BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
49
NAPOLI

XXI.
C.
49

Digitized by Google

XXI.
C.
47.

Digitized by Google

TRACTATVS NOVUS & ABSOLUTUS *De* LITIUM EXPENSIS

In tredecim Capita certasq;
Sectiones diſtributus;
Singulari cura & labore ſuccinctè
congeſtus
ab

HENRICO TEMMEN, J. U. D.
Officiali & Conſiliario Oſnabr.

Adjecta ſunt Summaria & Index geminus,
alter Capitum, alter rerum & verborum
locupletiſſimus.

OSNABRUGI,

Apud Joh. Georg. Schwânderum. Anno 1678.

Reverendiſſimo ac Sereniſſimo Principi ac Domino,

DOMINO

ERNESTO-AVGVSTO,

Epiſcopo Oſnabrugenſi, Duci Brunſuicenſi ac Luneburgenſi;

Domino meo Clementiſſimo.

NOn poſtremam ſed planè imperatoriam & rectoris boni & boni induperatoris virtutem poſſidet ille, qui, *REVERENDISSIME & SERENISSIME*

ME PRINCEPS, non ſolum armis, ut cum Juſtiniano loquar, egregiè decoratus, ſed & legibus probè reperitur armatus. Illis quia ſine hiſce nec auctoritas contra imperium detrectantes tueri, neque id contra omnem vim & injuriam ſalvum ac incolume manere. His verò, quod ut corpora noſtra ſine mente, ſic imperium nullum valido ſine legum auxilio eſſe queat. Hinc, utra harum potior, & in qua plus ponendum ſit præſidii non immeritò ambigitur; Sunt enim, qui palmam armis tribuendam eſſe, & Lacedęmonis imperium Pauſaniæ & Lyſandri rebus benè geſtis longè prolatum fuiſſe judicant; Cum tamen hoc ne minima ex parte Lycurgi legibus & diſciplinę ſit comparandum prout Ciceronem cenſiſſe videmus, eò quod has ipſas ob cauſas Lacedæmones æque egregios belli Duces & paratiores habuerint

buerint exercitus & fortiores, quam parva ſint foris arma, niſi quoque ſit conſilium domi; Imo quod bella prorſus belluina eſſe oporteat, niſi legibus intra limites quoſdam redigerentur. Sed utut ſit, virtutes tamen haſce ambas tam arctiſſimo inter ſe vinculo conjunctas eſſe, ut à ſe invicem divelli nequeant, ex illis, quę modò dicta ſunt, facilè conſtare arbitror. Quoniam autem leges vi, ambitu, quandoque pecuniâ turbari ſolent, dum ut quiſque potentiâ, gratiâ, opibus validus eſt, ita legibus vel non parére, vel earum pœnas ſubterfugere, judicibus auctoritati aut pecuniæ calumniantium cedentibus haud raró deprehendere licet. Quapropter ut boni Duces nunquam non ſummâ curâ anniſi ſunt, ne imperium injuriis exterorûm exponatur, ſed vis injuſta juſtis quoque armis propellatur. Ita quoque pruden-

tibus, & qui jura ſuſtinuerunt hactenus è re Reipublicæ eſſe, maximopere viſum fuit, ne domi concordia violetur, nec homines facilè litibus cum aliis agerent. Siquidem perpetuam hanc temeritatis illius ſive ſimplicis ſive fraudulentę pœnã eſſe voluerunt, ut eum, quem temerè adverſarium ſuum in judicium vocaſſe conſtiterit, illi viatica litisque ſumptus reddere oporteat. Sed cum ſanctio hęc ſaluberrima modò à judicibus, qui pecunia & pretio ſe corrumpi ſinunt, vel ex parum laudanda incuria negligunt, quo minus religionis & legum & noxæ, de qua cognoſceretur, memores ſunt, poſthabeatur; Litigantibus quoque nonnullis hac tempeſtate nihil tam turpe, tam inhoneſtum, tam iniquum ſit, quod non fucatâ & juſti & honeſti & ęqui ſpecie defendatur, uſque adeo, ut juxta illud Poëtæ:

Et

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Decrevi itaque horis ſubciſivis ex neceſſitudine illius quod ſuſtineo muneris in cauſam hujus mali, quo provincias pene omnes laborare videmus, paulò altius inquirere. Cum autem ſtudii mei omnisque huic rei impenſæ hactenus operæ copia ab illis, qui iiſdem ſacris operantur, ſummoperè expeteretur, aſſiduis horum aliorumq; amicorum petitionibus fatigatus tandem qualescunq; labores hoſce meos de LITIUM EXPENSIS, meum licèt unicè in uſum, adeoq; ab omni ornatu orationis tanquam veſte deſtitutos, nudos, & prout ex auctoribus optimis optima fide lectis prius integrè probèque ponderatis eorum ſententiis in certos locos collecti ſunt, exire paſſus ſum, æqui lectoris exiſtimationi relin-

quens

quens, quid præſtiterim : Præſtitiſſe autem nonnihil videbor, ſi illis, qui hujus editionis mihi exſtitére auctores, eorumque ſimilibus placuiſſe cognoverim. Ceterum, ne ii maximo, quo ſummoperè indigent, Patrono deſtituerentur, ſublime Tuum *REVERENDISSIME ac SERENISSIME PRINCEPS*, ſolium ſummâ devoti animi ſubmiſſione accedo, certiſſima hac fiducia ſubnixus, Te, quem juſta & pia omnino, quæ pro libertate, ſalute ac incolumitate Patriæ ſuſcepiſti arma; illisque parta inſignis nuper prope Saram non ſolum victoria, ſed etiam religioſiſſima ſacratiſſimarum legum cura & judiciorum integritas pro ſervanda ſtabiliendaque domi inter ſubditos concordia, æternitati conſecrarunt; illos fronte lætâ (ut omnia ſemper ſoles) ſuſcepturum, ſimul ac clementiſſimè admiſſurum, humilem hancce

ac

ac pedes circum repentem
Inter *VICTRICES* hederam Tibi
ſerpere *LAVROS*
qua devotisſima reverentia offert ac dedicat animum

Anno 1678.
die 22. *Martij*

Rever^mæ^ Serenitati Tuæ

devotiſſimum

Henricus Temmen.

Ad

Reverendiſsimi & Sereniſsimi Principis ac Domini, Domini

ERNESTI - AVGVSTI

Epiſcopi Oſnabrugenſis, Ducis Brunſvicenſis & Luneburgenſis

Curiæ Epiſcop. Officialem & Conſiliarium,

VIRUM

Plurimùm Reverend. Nobiliſsimum ac Conſultiſſimum

D. HENRICVM TEMMEN

JC. Clarisſimum.

Cum *de Litium Expenſis* ederet Tractatum.

QUæ quondam terras poſtrema Aſtræa reliquit,
Deſertam voluit viſere rurſus humum.
Noſcere quæ forſan ſuperent veſtigia recti,
Iacesſitq; animo blanda cupido pio.

Cumq;

Cumq; pererraſſet loca multa haut ſegniter orbis
Bructerium en tandem, dixit, adibo ſolum:
Æquus ubi cunctis dat jura innoxia TEMMEN
Ille meus præſes deliciumq; meum.
Ergo ubi prçcelſum roſtrum putealque ſacratum
Conſpicit, ac qui ſit dira Megæra procul,
Qui fraudesq; doli maculoſa piacula deſint,
TEMMIA dum ſeſe juſtior urna movet.
Tunc ſic, Diva parens recti, gratatur alumno
Anteq; quam repetat, cœlica tecta ſuo
Macte ait: ô Themidos ſoboles digniſſima ſeclo
Saturno quondam, quale regente fuit.
Macte diu legesq; meas, age, ſedulus urge
Naufragium injuſtis, ara pharosq; bonis.
Sidera ſic inter veluti Latonia creſcens,
Fulgebis ſeclis innumerabilibus.
Hæc ubi dicta dedit, ſeſe ſubduxit in auras
Flagravitque ſacro totus odore locus.
Aſt ſi luſtraſſetq; oculis, Tua dogmata, queîs nunc
Quæ preſſêre forum, monſtra nefanda domas;

Dumq; id quod calidis Jurisprudentia votis
Optavit, curę pars fuit una Tuæ,
Dumq: doces doctè, quæ ſint impendia litis
Quisq; frui his poſſit, quiſquis & hiſce vacet,
Quomodo victori, quem lite moratur iniquâ,
Promeritas pœnas, improba parsq; luat.
Ambigo; ſidereum Diva an petiiſſet Olympum
Carior anne illo; terra forumque foret?

Joh. Vieregge, J. U. D.
Reip. patr. Oſna. Conſul.

Index Capitum.

CAP. I.

PROLEGOMENA.

CAP. II.

De Etymologia Synonimis & differentia litis expenſarum.

CAP. III.

De iis qui litis expenſas accipiunt, easque petendi jus habent.

SECTIO I. De Judice, Aſſeſſore, Notario & Executore.

SECTIO II. De Advocatis, Procuratoribus, Fidejuſſoribus, Sequeſtris, Teſtibus.

SECTIO III. Quo tempore, & qua actione ſalaria & expenſæ litis petantur à partibus,

CAP. IV.

Quis inter litigantes expenſas ſolvat.

CAP. V.

De iis qui ab expenſis perſolvendis immunes ſunt.

CAP. VI.

Quando alter litigatorum expenſas ad litem

litem ſubminiſtrare teneatur adverſario ſuo.

CAP. VII.

Quando litigans obtinere poſſit expenſas ab alio, qui extra litem eſt.

CAP. VIII.

De condemnatione litigantium in expenſas.

SECTIO I. De expenſis temerariæ citationis.

SECTIO II. De expenſis contumaciæ.

SECTIO III. De expenſis retardati proceſſus.

SECTIO IV. De expenſis victoriæ.

SECTIO V. Quando non ipſe litigans, ſed ejus procurator vel adminiſtrator condemnandus ſit in expenſas.

SECTIO VI. Quo jure petantur expenſæ.

CAP. IX.

De expenſarum compenſatione, & quando earum condemnationi locus non eſt.

SECTIO I. De cauſis, quæ victum ab expenſis victori refundendis liberant, ex perſona utriuſq; litigatoris provenientibus.

SECTIO II. Quando ipſemet victor det cauſam, quod victus à refuſione expenſarum liberetur.

SE-

SECTIO III. Quando ex perſona victi cauſæ proveniant, quod condemnatio expenſarum locum non habeat.

SECTIO IV. Quando deciſionis qualitas condonationem expenſarum inducat.

CAP. X.

De taxatione expenſarum.

CAP. XI.

Quando expenſæ repetantur ab aliquo, qui extra litem fuit.

CAP. XII.

Quando ii, qui expenſas acceperunt, teneantur ad reſtitutionem earum.

CAP. XIII.

De juribus & prærogativis expenſarum.

Typo-

Typographum feſtinantem premebant Nundinæ Francofurtenſes, quas hinc mendas incuria dedit, lector ſincerus emendabit, dabitq; veniam benevolus cum Horatio dicente:

Aſt ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis.

CAP.

CAPUT I.

PROLEGOMENA.

SUMMARIA.

1. *Natura humana poſt lapſum primi parentis eſt facta imbecillior ad reſiſtendum appetitui ſenſitivo.*
2. *Omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona eſt.*
3. *Ex lucri cupidine ortæ ſunt lites.*
4. *Ad lites non requirebantur primitus magnæ expenſæ.*
5. *Judicibus non licuit olim à litigantibus quidquam accipere.*
6. *Nec Advocatis, quibus id vetitum erat per legem Cinthiam.*
7. *Curis alienis nemo ſe gratis ſubmittit.*
8. *Cauſæ, ob quas neceſſarium fuit advocatis ſalaria conſtituere.*
9. *Labor & vigiliæ vitam reddunt breviorem.*
10. *Pro labore debetur remuneratio,*
11. *Litigantes poſt litem obliviſcuntur remunerationis.*
12. *Abſurdum eſt, alteri ſubvenientem, in damno eſſe.*

13 *Bovi trituranti os occludere vetuit Deus.*
14 *Nemo debet nocere ſibi, ut aliis proſit.*
15 *Quinam effecerint ut lex Cinthia reſtringeretur.*
16 *Improbitas quorundam Advocatorum & Procuratorum.*
17 *Litigantes ſæpe experiuntur ſe plus expendiſſe quam recipiant.*
18 *Litigantes chymiſtis ſimiles.*
19 *Lites ſunt alimenta procuratorum.*
20 *Litigantes ſemper eſſe debent quaſi litantes.*
21 *Qui à lite diſcedit, ſatis lucratur.*
22 *Litis moleſtiæ.*
23 *Chilon lites fugiendas docuit.*
24 *Bonacoſſa cœlibem dicit eum, qui ſine lite eſt.*
25 *Litigare pro modico muliebre eſt.*
26 *Proverbium, ob Parni ſchaphulam.*
27 *Prudentia eſt, perdere potius quandoque quàm litigare.*
28 *Injuſti litigatoris votum.*
29 *Juſti litigatoris ſolatium.*
30 *Nulla lis ſine expenſis ventilatur.*
31 *Diſtributio operis.*

1 CUm poſt primi parentis lapſum ipſi non tantum calamitoſum, ſed & toti ejus poſteritati magis exitioſum, natura humana dono integritatis orbata, ex pravo in malum inclinante habitu imbecillior facta fuiſſet ad reſiſtendum appetitui ſenſitivo, ut in multa corrueret vitia & peccata, Gloſſa *in c. 1. verb. originalia, de pœnit. diſt. 4.* adeo ut malitia multa creverit, & cuncta

cta cogitatio cordis intenta fuerit ad malum omni tempore, Geneſis *cap. 6. verſ.* 4. & omnis ætas ab adoleſcentiâ in malum prona, *c.* 1. *XII. quæſt.* 1. nec homo ſit adeo juſtus in terra, qui bonum faciat & non peccet, Eccleſiaſt. *cap.* 7. *verſ.* 21. inventa fuere pronomina illa Meum & Tuum. *c. dilectiſſimos* 2. *XII. q.* 1. Inde ex cœca lucrandi cupidine, omnium malorum verâ radice *c. bonorum* 7. *diſt.* 47. ortæ ſunt diſſenſiones, ex iis lites; 2 3

Hæ quidem primitus minimo expenſarum gravamine decurrebantur, cum quidquam accipere & Judicibus vetitum, & Advocatis ac Procuratoribus turpe erat, de illis eſt textus in *Novella de mandatis Principum* 17. §. *oportet*, ibi *contentum eſſe ſolis à Fiſco tibi miniſtratis*, & in *l. fin. Cod. ad leg. Jul. repetund*. de his ita refert Tacitus *lib.* 13. Multa arbitrio Senatus conſtituta eſſe, ne quis ob cauſam orandam mercede aut donis emeretur; & Ovidius *lib.* 1. *Elegiarum*: 4 5 6

Turpe reos emptâ miſeros defendere linguâ,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Cautum nempe fuit lege Cinthiâ, ne quis Oratorum de cætero ob cauſam dicendam præmium munusve acciperet, ſicut jam ante T. Galba C. Aſinius & Meſſala, & ex recentioribus Aruntius & Eſernius iis accipiendis ultro abſtinuerant; Ex perverſo tamen hominum genio, operas ſuas pretio magis nummario, quam charitate & liberalitate metientium, indeque reſultante neceſſitate evénit, ut quod ante nefas & turpe, modo licitum & decorum habeatur; Cum enim curis & fer- 7

7 vitiis alienis nemo ſe gratis ſubmittat vitio naturæ §. 5. *Inſt. de fideicom. hæred.* nec ad id præcisè cogi poſſit, *l.2.§.3.ff. de curat. bon. dand. c. precariæ. X. quæſt. 2.* non utile ſolùm, ſed & neceſſarium fuit philantropiis inſtigari homines,ut ait *l. 2. ff. de proxenetis*,&refrigeſcenti eorum charitati antidota admoveri; ne juſtæ quandoque cauſæ, patrono deficiente
8 deſererentur; aut humiles à potentioribus ſupprimerentur, & ne ſublatis ſtudiorum præmiis ipſa quoque ſtudia perirent ut minus decora,& defraudati laborum prçmio homines ignavi ac penitus deſides redderentur; Sed ecquis eſt, qui alienas moleſtias & labores in ſe ſuſcipere velit in ſanitatis detrimentum? cum labor & vigiliæ vitam reddant
9 breviorem, ut habet Ovidius de ponto *lib. 1. eleg. 5.*

Otia corpus alunt,animus quoq; paſcitur illis,
Immodicus contra carpit utrumq; labor,
Me quoq; debilitat ſeries immenſa laborum,
Ante meum tempus cogor & eſſe ſenex.

niſi aliquo ſperato præmio, quo illi leniri leviusque ſupportari valeant.

Ita nihil æquius aut humanæ ſocietati ſalubrius
10 conſtitui poterat, quam ut alterius neceſſitatibus ſuccurrenti;certum honorarium,& pro impenſo labore ſolatium conſtitueretur, cum aliàs beneficio accepto debitam remunerationem, ad quam natu-
11 raliter ex obligatione antidorali quilibet adſtrictus eſt,*l.ſed etſi 52.§.conſuluit.11.ff.de hæred.petit.*ſaltem differre, ſi non in totum oblivisci litigantium mos ſit, de quo ſatis conqueruntur experti, & Lanfrancus Zacchias *tract.de ſalario quæſt. 52. n. 45.* dicit, liti-

litigantes ita fugere ſolutionem ſalarii, ut lupus leænam, inde Martiali *epigram.66.lib.1.ad Flaccum*, tales chiragrâ laborare videntur

Litigat, & podagrâ Diadorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit hæc chiragra eſt;

quia teſtante Senecâ quem refert Lotterius *de re beneficiaria lib.2.quæſt.41.n.5.* ingratitudo inſitum mortalitati vitium eſt.

12 Abſurdum namque foret alteri ſubvenientem in damno eſſe, & , dum alteri proſpicit, & ſua negligit, egere ; unde Gloſſa *in Novella de judicibus 82.§. ne autem. verb.pedaneis*:

Dum labor eſt damno creſcit mortalis egeſtas.

13 Et hæc eſt cauſa, cur bovi trituranti os occludere Deus vetuerit. Deuteronom. *cap. 25. verſ. 4.* Et eum qui altari inſerviret, de eo quoq; vivere juſſerit *Epiſt.1.ad Corinth. cap.9. verſ.13.* Nemo enim debet nocere ſibi, ut aliis proſit, nec omittere ſuam 14 utilitatem etiamſi per conſequens aliis noceat, Garſia *de hypotheca poſt contractum vivente n. 14.* Hæc pluribus exornat Tiber. Decianus, *in apologia adverſus Alciatum. cap.22.n.152. & ſeq.*

15 His rationibus etiam Suillius & Caſſianus advotorum primi Tiberium Imperatorem permoverunt, ut legem Cinthiam eo uſq; temperaret, quod pro ſingulis cauſis ad dena ſeſtertia capere liceret, & ea ſolum egreſſi repetundarum tenerentur, prout de his apprime dicit Ludovicus Gomeſius *in oratione habita die 1. Octobris anno 1532. cum audientia ſacri Palatii initium haberet, n. 15. invenies eam poſt repetitionem ejuſdem in.c.ſi pater.1.de teſtament.in.6.*

 Sed

16 Sed irrepſit quorundam hanc legum æquitatem
malè abutentium improbitas, qui Chriſtianâ chari-
tate prorſus ſepoſitâ pro commodo proximi ne vel
pedem loco moverent , aut manum calamo appli-
carent, niſi prius id quod petere eis conceſſum eſt,
ſi non in duplo , ſaltem ultra modum licitum ex-
torqueant, vel ad minimum de eo conſequendo ſa-
17 tis ſuperque caveri faciant, ut damnis ſuis multi ex-
periantur , habitis rationibus plus expenſarum in
Advocatos, judicia & exactores deprehendi eroga-
tum, quàm redituum ex factis litium exactionibus
receptum, quos imprudentiæ arguit, & naturali ra-
tione carere demonſtrat Scaccia *de commerciis &*
cambiis §.2. *gloſſ*. 5. *n*. 223. *argumento l mediterra-*
18 *neæ* 9. *Cod. de annon. & tribut.* Inde etiam litigan-
tes Chymiſtis ſimiles proponit Carpzovius *definit.*
forenſ. part. 1. *conſt.* 1. *defin.* 9. *num.* 4. qui laborioſè
quærunt lapidem, donec omnia dilapidaverint , ita
litigantes & ſe & opes conterere dicit, donec triſtiſ-
ſimum litis eventum experiantur, & Chymiſtarum
præmium, extremam nempe paupertatem, ſentiant,
unde eſt vulgare illud:

Qui plus expendit quam propria burſa rependit,
Non admiretur ſi paupertate gravetur.

ex qua etiam quandoque evenit, ut ex propriâ pa-
triâ diſcedere & in peregrinis affligi cogantur, *No-*
vella 86. *in princip.* ſunt enim lites hoc ſeculo non
19 niſi alimenta procuratorum, & ſive juſtæ ſive inju-
ſtæ eæ ſint, ſine magnis impendiis peragi nequeunt,
Bo-

Bonacoſſa *in tractatu de ſervis & famulis quæſt.*
266. *num.* 3. ſiquidem litigantes ſemper quaſi li- 20
tantes eſſe debent, id eſt muneribus propitiantes,
placantes ad votum impetrandum, ſicuti verbum
illud explicat Perottus *in Cornu copiæ ad Epigram.*
Martialis 11. *fol.* 150. *colum.* 1. *lin.* 17. Idcirco
eum qui à lite diſceſſerit ſatis lucrari dicit. Mævius 21
in diſcurſu levam. debit. cap. 1. *num.* 289. & Ul-
pianus *in l. item ſi res* 4. *ff. de alienat. jud. mut. cauſ.*
verecundam cogitationem ejus, qui lites execra-
tur, non eſſe vituperandam; Et hoc meritò, cum
lites non modò ſumptus ingentes exigant, ſed & 22
magnas adducant ſecum moleſtias, perturbationes
animi, paupertates, inimicitias, falſitates & omnia
ferè mundi mala, Vivius *deciſ.* 479. *num.* 5. Benè 23
ergo Chilon inter tria præcepta aureis literis Del-
phis conſecrata litis miſeriam fugiendam docuit,
ſicut id refert Lycoſthenes *in ſuis apophthegmat.*

Non tamen perverſitas naturæ acquieſcere va-
let, quin magnis ſuiſmet ſumptibus ſuorumque bo-
norum jacturâ & incommodis hiſce, in lites ferè
quotidianas prolabatur, ut quaſi cœlibem dicat Bo- 24
nacoſſa *dict. quæſt.* 266. *num.* 3. eum qui ſine lite
eſt. & mirari ſanè poſſis, quouſque malevolorum
pervicacia progrediatur ob minimam ſæpe rem in
judicia proſilientium, Judicem ſeq; ipſos moleſtan-
do, qui non perpendunt quod honorabile non ſit, 25
imo magis quam muliebre pro modico litigare, *ar-*
gum. l. ſi merces 25. §. 6. *ff. locati.* inde vituperioſum 26
illud proverbium manavit: *Ob Parni Schaphulam*;
quod Parnus amiſsâ parvâ naviculâ cum omnibus

flumen tranſeuntibus altercabatur ; An non ſibi potius prodeſſent , ſi minutiſſimum quidpiam, quod nec operę prętium ſit extra judicium petiiſſe, remitterent; argum. *c.ſuſcepimus ext.de homicidio.* Gomeſius *in c. diſpendia.n.* 12. *de reſcriptis. in.* 6. quam ſe tantis curarum anxietatibus & inceſſanti expenſarum exactioni ultroneè & ex propoſito quaſi ſupponerent, cum teſte Pythagora, melius ſit
27 & prudentia potius perdere quandoque de proprio, quam litigare.

28 At inquietudo hominum alteri vel latum unguem cedere, eamq; ob cauſam lites evitare ignominioſum fingit, nihili paſſim expenſarum & pecunię jacturam ęſtimat, hoc ſolo ſibi pro ſatisfactione & ſolatio ſufficere ducens, ubi adverſarium iisdem moleſtiis involvere, ſi non obruere poſſit, & magis ſibi commodum putat expenſas perſolvere & retardare litem, quam bonam fidem agnoſcendo debitum ſolvere, aut bona alterius reſtituere, *l.nemo* 82.*ff.de verb.obligat l.negantes.*9.*Cod.de obligat.& act.*

29 Condolendum ei quidem, cui cum collitigatore tali res judicio agenda eſt, nullum interim ſolamen aliud habet, quam ut improbitatem adverſarii ad tempus patienter ferat.

Fer facilis, forſan fiet fortuna ferendo.

Perge pati patiens, patiendo palma paratur.

Cauſam diligenter urgeat, judicem ſedulus, modeſtè tamen interpellet, quia

Tandem bona cauſa triumphat

ut detectâ opponentis malitiâ Victoriam & in litem

tem factas expenſas glorioſus reportet. His cum nihil frequentius ſit, nec ulla lis ſine expenſis ventiletur, & in qua non de iis decidi debeat, ea quæ de expenſis hiſce in privatum commodum ex variis Doctorum ſcriptis collegi, ſequentibus pagellis combinare libuit. 30

Ne tamen diſturbato oberrem ordine, talem limitibus circumſcriptam ſervabo methodum, ut prius de vocabuli derivatione, ſynonimis & differentia agam; dein quinam, quando, & qua actione expenſas à litigatoribus petant, quis ex collitigantibus eas perſolvat, aut ab iis pendendis immunis ſit, quis eas litiganti ſubminiſtrare, quis in eas condemnari aut ab iis abſolvi debeat, quomodo ſint expenſæ taxandæ, quando eæ ab aliquo, qui in lite non fuit, aut ab iis, qui illas acceperunt, repoſcantur, demum aliquot expenſarum privilegia recenſendo claudam. 31

CAPUT II.

De Etymologia, Synonimis & differentia litis expenſarum.

SUMMARIA.

1. *Litis nomen à limine deducitur.*
2. *Alii à verbo licet derivari volunt.*
3. *Malè quidam à veteri Teutonum vocabulo* Liden *promanare autumat.*

4 *Lis vulgariter pro omni controverſia ſumitur.*
5.6. *Juridicè, pro inſtantia, vel pro re in controverſiam deducta.*
7 *Communius pro actione tam in rem quam in perſonam.*
8 *Et pro cauſa in judicium deducta.*
9 *Lis & cauſa ex uſu forenſi promiſcuè ſumuntur.*
10 *Lis ſecundum præſentem materiam latius ſumitur.*
11 *Lis ordinata quando dicatur.*
12 *Expenſa antiquiſſimum vocabulum eſt.*
13 *Verbum expenſa unde derivetur.*
14 *Veterum in rationibus ſolvendi modus.*
15 *Populus Romanus quando pecuniâ ſignatâ primùm uſus fuerit.*
16 *Moneta publica fuit etiam primis temporibus.*
17 *Expenſare quid ſit.*
18 *Verbo expenſa quid intelligatur.*
19 *Et quidem in præſenti ſignificatione.*
20.21.22. *Expenſæ dicuntur etiam impenſæ, impendia, ſumptus.*
23 *Expenſæ aliæ judiciales aliæ extrajudiciales.*
24 *Quatuor differentiæ expenſarum.*
25.26. *Sportulæ quid ſint & unde dicantur.*
27 *Quinta claſſis expenſarum.*
28 *Alia diviſio expenſarum inter neceſſarias & voluntarias.*

1 Litis verbum à limine deduxit Iſodorus9 ut patet ex *c.forus* 10. *extra de verb. ſignif.* quod cum diſtinguerentur rerum dominia, primæ inter ho-

homines controverſiæ de eorum limitibus amplificandis exortæ fuerint, juxta illud Virgilii:

Limes erat poſitus litem ut diſcerneret agris.

Gothofredus *in notis ad l.36.ff.de verb.ſignif.* Sed 2
hos in Etymologia vocis nonnihil à vero aberrare putat Gœdæus *in l. litis nomen. n.4.ff.de verb.ſignif.* quem ad verbum ſequitur Calvinus *in Lexico.* & inde originem ſumit, quod lis dicta ſit quaſi licet, media litera in T mutata, & omnis concertatio omnis diſcordia & omne jus, de quo litis nomen profertur, ſe ad licitum & illicitum habeat, tanquam effectus ad ſuam cauſam, & quemadmodum authore Alciato, voci lis litis S. præpoſuêre vel juxta Perottum *in Cornu copiæ ad Epigram. Martialis 6. fol.* 128. *col.* 4. *lin.* 53. St. ita etiam Slicet, vel ut alii volunt ſelicet Veteres pro licet dixerint. Minus aptè quidam in diſputatione ſua à veteri Teu- 3
tonum vocabulo Liden / quod litigantes utrimque multa patiantur, litis verbum manare ſuſpicatur.

Miſſum facio illorum de hac nominis origine contentionem; ſufficit ad propoſitum meum ſcire, quid verbum litis indicet & quid jura per illud intelligi velint, argum. *l.ſi in nomine* 4.*Cod.de teſtam.* cum verba ideo tantum inventa & recepta ſint, ut per ea conceptum animi homines ſaltem aperiant & palam faciant, & ſola nominum controverſia torqueat homines pertinaces & contentionis cupidiores quam veritatis. Gloſſa *in l.2.verb.vocabula, Cod. de conſtit.pecun.*

Am-

4 Ambiguum autem eſt litis nomen, nam vulgariter omnem controverſiam, diſcordiam & contentionem etiam extrajudicialem ſignificat. Eccleſiaſt. *cap.28.verſ.*11.*&* 13.ibi: *vir iracundus incendit litem, & lis feſtinans effundit ſanguinem. l. ſervus* 20. §. *ſed ſi aliqua rixa ff. de obligat. & act.* unde Ovidius:

Lis eſt cum forma magna pudicitia.

Item

Hanc Deus & melior litem fortuna diremit.

5 Juridicè, pro judicio ſeu inſtantia ſumitur *l.* 18. §. *dolo cujus ff. dolo malo l. rem non novam* 14. ibi. *non aliter litium primordium C. de judiciis*, at impropriè, quia & lis in judicium deducitur, *l.* 31 §. *litem. ff. de negot. geſt. l.* 2. *Cod. de petit. hæred.* & per lapſum temporis peremptâ inſtantiâ lis ipſa ſalva eſt, & denuò agi poteſt, *l. & poſt edictum* §. *circumducto ff. de*
6 *judiciis*. Aliquando rem ipſam ſignificat, quę in controverſiâ eſt, Obrecht *de litis conteſtatione cap.* 1. *n.* 11. hinc lis dicitur ęſtimari, cum quanti ea res eſt, quæ in judicium venit, æſtimatur à judice. *l. ſemper* 15. §. *hoc interdicto* 7. *ff. quod vi aut clam.*

7 Communius pro actione ſumitur tam in rem, quam in perſonam *l. litis nomen* 36. *ff. de verb. ſigni-*
8 *fic.* & pro ipſâ causâ ſeu negotio in judicium deducto, *l.* 2. §. 2. ibi. *litem dirimere. ff. de judiciis l. non ſolum* 5. §. 3. ibi. *litem in alium ff. de alienat. jud. mut.*
9 Unde uſu forenſi invaluit, quod lis & cauſa in judicium deducta promiſcuè ſumantur, Ummius *in proceſſ. judic. diſp.* 12. *n.* 1. Et quamvis nomina ſint diſtincta, re tamen ipſâ & in effectu eadem ſunt, cum lis

t controverſia judicialis de re aliqua inter plures
a Zangerum, *de exceptionibus part.*1.*cap.*1.*n.*15.
citatos Doctores me remitto, præter eos vide
erentiam inter litem, quęſtionem, jurgium, con-
verſiam & judicium, apud Georgium Nattam *in*
m.ſæpe §.1.*n.*24. *& ſeq. de verb. ſignific.* Illud 10
nen adjiciendum duxi, ſecundum ſubjectam hanc
ateriam latius ſumi poſſe, cum etiam ante litem
nteſtatam expenſæ fiant ad litis ordinationem, 11
uo reſpectu lis ordinata dicitur Mandoſio *in c.cum*
*l.*9.*num.*73. *ext. de conſtitut.* quando actor paratis
ripturis, teſtibus aliisque pro ſe facientibus habito
olloquio & conſilio cum Advocato & Procurato-
e an litigare expediat, & qualiter judicium inſtitui
& tractari debeat, concludit tandem adverſarium
citandum fore, idque tanto magis procedere, ſi li-
bellum confectum Judici pręſentet, citationemque
petat.

Expenſa ſimiliter antiquiſſimum & apud latinos 12
uſitatum fuiſſe vocabulum, teſtantur paginæ tam
ſacræ quam prophanæ, Regum *lib.* 3. *cap.* 9. *verſ.*
15. *& lib.* 4. *cap.* 12. *verſ.* 12. derivatum à ſupino 13
verbi expendo, quod ex præpoſitione ex & verbo
pendo, id eſt, libro, pondero, componitur, ideo ab
expendendo ſeu appendendo dictum, quod veteres 14
propter infrequentem monetæ uſum, aut ejus nu-
merandæ moleſtiam æs vel argentum infectum in
rationibus ad libram appendere ſolerent ex Plinio
*lib.*33.*cap.* 3. refert Briſſonius *de verb. & rer. quæ*
ad jus pertinent ſignif. verb. expenſa. Jeremiæ *cap.*23.
*verſ.*10. ibi *appendi ei argentum ſeptem ſtateres &*
decem

15 *decem argenteos*; Nam & Populus Romanus ad initium ære gravi rudi & informi, poſtea ſub Servio Tullo ſexto Romanorum Rege, ære ſignato pecudum notâ, unde & pecunia dicta eſt, demum Q. Fabio conſule anno urbis 484. quinque annis ante bellum Punicum primùm uſus fuit argento cuſo Joannes Baptiſta Aſinius *ad l. 2. §. & pœnæ pecuniariæ n.* 195. *ff. de religios. & ſumpt. funer.* vel juxta Lotterium *de re beneficiaria. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 178.
16 anno ab urbe condita. 486. Fuiſſe tamen jam ante pecuniam argenteam monetæ publicæ, extat Geneſis, *c.* 23. *verſ.* 16. ibi *Abraham appendit pecuniam, quam Ephron pro agro poſtulaverat, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ*, Unde quaſi emptiones & venditiones per æs ad libram pretii loco appenſum perficiebantur *Inſt. tit. de teſtam. ordinand. §.* 1. ubi proſtat teſtamenta per imaginariam venditionem hæredi factam ære appenſo adhibitis quinque teſtibus & libripende erecta eſſe.

Etymologiam fuſius deſcriptam habet Garſias *tract. de expenſis & meliorat. cap.* 1. Scaccia *de ſententia & re judicata. gloſ.* 15. *n.* 17. quo lectorem
17 remiſiſſe ſat erit. Inde etiam expenſare dicitur *l. Thais.* 41. *§. libertatem ff. de fideicom. libert.* quod aliàs expenſum ferre quaſi ſolutum & acceptum ferre ſignificat, Briſſonius *cit. loco.* quod etiam impropriè pro referre, adſcribere, ſeu annumerare alicui rei accipitur *l. qui veſtem.* 10. *ff. de ſuppellect. legat.* junctâ *l.* 7. §. 2. *eod. tit.* ubi Javolenus ait, qui veſtem omnem & res pluriũ generum ſuppellectili expenſum

ſum ferre ſolitus erat, id eſt, adſcribere, annumerare, vel ad ſuppellectilem referre ſolitus erat, etiam pro imputare ſumitur, *l. pupillus* 24 *ff. quæ in fraud cred.* ubi Scævola, quod creditores negligentiæ ſuæ expenſum ferre debeant.

Intelligitur autem verbo expenſæ quævis pecu- 18
nia expoſita ſeu conſumpta, *l. 37. ff. de relig. & ſumpt. funer.* vel in eum uſum deſtinata. Paralipom. *lib. 1. cap. 29. verſ. 2. & in c. 2. verſ. qualiter ergo David. de conſecrat. diſt. 1. Novella, ut determinatus ſit numerus, 3. in princip. verſ. inveſtigantes igi-*
tur. In præſenti ſignificatione, quę juris noſtri in 19
judicio obtinendi causâ quomodolibet erogata eſt. *l. 15. Cod. de judiciis.* vulgo die Gerichts-Koſten
nuncupata; Dicuntur etiam impenſæ *l. in fundo* 20
38. *ff. de rei vindicat.* cum impendere idem ſit
quod ſumptum facere, *l. 55. §. 1 ff. locati.* item im- 21
pendia, *l. 46. §. litis ff. de procurator.* ubi expenſæ litis impendia dicuntur, & in *l. 8. §. 2. ff. rem ratam*
haberi, ſicut & ſumptus *l. ubi purè 19. in fin. & l.* 22
mulier 22. §. 3. ff. ad S. C. Trebell. unde ſumptibus litis inanibus vexare, *l. 1. ff. de inoff. teſtam.* quæ licet ſynonima ſint, verbo tamen expenſæ quoad propoſitum in foro & praxi magis uſitato inſiſtendum erit, impenſæ enim & impendia ea propriè dicuntur, quę ad rei conſervationem & meliorationem fiunt, & quaſi impenduntur, Perott. *in Cornu cop. ad epigr. Martial. 1 fol. 14. col. 1 lin. 20.* de quib. tractat Garſias *tract. de expenſis & meliorationib.* & eſt tit. *ff. de impen. in res dot. fact.* & verbum ſumptus ad alimenta & impenſas funerales crebrius applicare placuit

legis-

legiſlatoribus de his ſcripſit Joannes Baptiſta Aſinius *in explicatione tituli ff. de religioſ. & ſumpt. funerum*, quamvis verbis hiſce promiſcuè uti, non ſit errori habendum.

Sunt autem litis expenſæ vel judiciales, quas Bi-
23 chius *deciſ.* 73. *n.* 1. & *deciſ.* 534. *n.* 18. vivas ſeu
24 proceſſales vocat, vel extrajudiciales, & conſtituuntur in quadruplici differentia, juxta Speculatorem, *tit. de expenſis §. poſtremo n.* 21. Gailium *lib.* 1. *obſer.* 151. *num.* 2. quamvis paulò aliter Ayrer. *in proceſſu hyſtorico part.* 1. *cap.* 1. *obſ.* 7. *n.* 3. Et earum quædam ad inſtruendum proceſſum pertinent, quę Advocatis dantur pro conſcribendis libellis, conficiendis ſcripturis probationum vel exceptionum, & defenſionum, aliiſque deductionibus & productis, Procuratoribus pro exhibendis partium juribus ſive ſcripto, ſive voce, Notariis pro conficiendis inſtrumentis, Actuario cauſę pro expediendis proceſſibus, actorum copiis, executorialibus, aliiſque ad cauſam neceſſariis ſcripturis, Nunciis pro inſinuationibus proceſſuum *l. ſancimus* 15. *Cod. de judiciis.* Aliæ pro examine teſtium expenduntur *l. quoniam* 11. *C. de teſtib.* ad quas commiſſionum ſeu remiſſorialium ad examinandum teſtes & compulſorialium ad exhibendum jura & ſcripturas. eaſq; tranſumendum & exemplandum, de quibus tractat Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 725. & *cap.* 11. *n.* 803. expenſæ referendæ ſunt; Dein eæ quæ judici dantur, quas ſportulas dicimus, germanicè Leg- oder Gericht-Gelder *Novella* 82. *de judicibus c. ne autem.* Quarti generis expenſarum litis eæ ſunt, quas ipſis executori-

toribus, qui & viatores vocantur §. *tripli* 24. *inſt. de actionib.* & publici juratique ſunt nuncii, ſolvere oportet, & dicuntur ſimiliter ſportulæ *tot. tit. Cod. de ſport. & ſumpt. in diverſ. jud. fac.* Oldendorp. *claſſ.* 1. *act.* 13. Sunt autem ſportulæ dona ſeu munera vel ſalaria quæ pro labore judicibus & executoribus præſtantur Perez *in Cod. tit. de ſport. & 25*
ſumpt. n. 4. â ſportis vel ſportulis, id eſt caniſtris ex 26
vimine textis cibi aut pecuniæ condendæ causâ paratis, per Metonymiam ex conſuetudine dictæ Calvinus *in lexico. verb. ſportula,* unde etiam in primitiva Eccleſia cum oblationes fidelium quoquo menſe clericis miniſtrarentur, tales miniſtrationes ſportulæ dicebantur, ſicut ex S. Cypriano demonſtrat, Lotterius *de re beneficiaria. lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.*
10. *& ſeq.* Eſt & alia litis expenſarum ſpecies, 27
quam ad quintam claſſem referre poteris, viatica nempe & ſumptus itineris ipſiusmet litigatoris, quas ſicut hic neceſſario impendit, ita earum quoque ratio in taxatione haberi ſolet. *l. eum quem temere* 79. *ff. de judiciis.* Bartolus *ibid.* Gloſſa *in l. non ignorat.* 4. *C. de fruct. & lit: expenſ.* Gudelinus *de jure noviſſimo. l.* 4. *c.* 13. *verſ. reliquum eſt.* Guido Papę *decis.* 625. Carpzovius *defin. forens. part.* 1. *conſtit.* 31 *defin.* 7.

Inter expenſas autem quædam ſunt neceſſariæ, 28
ſine quibus lis commodè expediri nequit, juxta morem ſolitum & conſuetum judiciorum factæ; Aliæ voluntariæ, quas delicatas vocant, occaſione textus in *l.* 25. *in fin. ff. de pignorat. act.* & litigantes ſponte, non exigente neceſſitate fecerunt, veluti, ſi quis arrharum nomine largiter quid dederit,

aut annuum ſalarium pro navanda opera munificentius conſtituerit. Gailius *lib.*1. *obſ.*151. aut ſi equum meritorium conduxit is, qui pedes ire ſolitus erat. Aſinius *in praxi judiciaria* §.32. *cap.*3. *n.*6. de ſingulis ſuo & commodiori loco dicetur.

CAPUT III.

De iis, qui litis expenſas accipiunt, easq; petere jus habent.

SUMMARIA.

1. *Inter eos, qui de litium expenſis accipiunt, dignior eſt judex.*
2. *Sine judice lis judicialis eſſe nequit.*
3. *A judice denominatur judicium.*
4. *Notarii, pedelli, advocati & procuratores acceſſoriè ad judicium veniunt.*
5. *De principali prius agendum eſt quam de acceſſorio.*
6. *Digniora minus dignis præponenda.*

PRæpoſterè egiſſe videri poſſem, quod de his, qui expenſas judiciales accipiunt, iis, quibus easdem dare & expendere incumbit, præmittere intendam; naturaliter enim prius à quopiam dari oportet, quam ab alio idem accipi poſſit; Cum tamen lites primorditus ſine expenſarum onere ferè gratis peragerentur, exigente verò neceſſitate tam legis

legis quam conſuetudinis introductæ licentiâ ab eo paulatim diſceſſum ſit, non incommodè me feciſſe arbitror, ſi eos, qui exigendarum expenſarum jus obtinuerunt, prius recenſeam, mox ad eas obligatos ſubnectam, certum eſt neminem ad expenſas adſtringendum fore, ſi qui eas petat, aut cui petere conceſſum ſit, prius non appareat.

Inter eas verò perſonas, quæ de litium expenſis participare ſolent, dignior eſt judex, cum ſine eo lis judicialis eſſe nequeat, *c. forus* 10. *extr. de verb. ſign.* 1
& ab eo tanquam digniore judicium denominetur, 2
Niconitius *in c. quoniam contra, part.* 2. *n.* 757. *extr. de probat.* Cagnacenus *in d. c. quoniam. n.* 47. Reliquæ acceſſoriæ ſunt, quæ vel judici ad faciliorem cauſarum forenſium expeditionem aſſiſtunt, ut Aſſeſſores, Actuarii, executores, vel partibus controvertentibus accedere conſueverunt, ut Advocati, procuratores, defenſores, fidejuſſores, ſequeſtri, teſtes; Quocirca de judice prius diſquirendum erit, 5
conveniens namque eſt, ut de principali prius agatur, quam de acceſſorio. §. *fin. Inſtit. de jure naturali gentium & civili*, & ut digniora præponantur 6
minus dignis, *c. ſtatuimus* 8. *diſt.* 61. *c. placuit* 1. *diſt.* 18. *c. Epiſcopus* 10. *diſt.* 95. *c.* 1. *& c. ſtatuimus extr. de major. & obed.*

SECTIO. I.

De Judice, Aſſeſſore, Notario & Executore.

SUMMARIA.

1. *Judicum alii ſunt ordinarii, alii delegati, alii arbitri.*
2. *Judex Ordinarius non accipit ſportulas.*
3. *Nec ſumptus itineris.*
4. *Neque eſculenta & poculenta.*
5. *Aut pretium equi in itinere mortui vel rei amiſſæ.*
6. *Aſſeſſores Cameræ Imperiales dicuntur judices ordinarii.*
7. *Judex ordinarius qui ſufficiens ſalarium non habet, ſportulas accipere & licitè petere poteſt.*
8. *Non eſt jure naturæ prohibitum, ut judices à partibus aliquid accipiant.*
9. *Lege ſtatui vel conſuetudine introduci poteſt ut judices exigant aliquid à partibus.*
10. *Judices accipere poſſunt in recompenſationem laboris*
11. *Non pro adminiſtratione juſtitiæ, licet eum in finem daretur, ut recta ſententia dicatur.*
12. *Conſuetudo valida eſt, ut judices certum quid à partibus accipiant.*
13. *Hodie ex moribus & ſtatutis omnium fere locorum judices ſportulas accipiunt.*
14. *Hodie tanta non dantur ſalaria judicibus, quam olim.*

15. *Judex pedaneus quantum olim habuerit.*
16. *Judices licitè ſportulas exigunt, ſi illæ ſint in partem ſalarii aſſignatæ, vel ad certum modum à ſuperioribus taxatæ.*
17. *Leges de eſculentis & poculentis dicentes non ſunt abrogatæ.*
18. *Ideo Judex ea accipere poteſt.*
19. *Modo avaritiam acceptantis non ſapiat.*
20. *Munera excæcant animos ſapientum.*
21. *Caveant judices à muneribus crebrò accipiendis.*
22. *Proponitur exemplum Samuelis.*
23. *Explicatur textus Iſaiæ.*
24. *Explicatio Bedæ ſuper Marci cap. 6. verſ. 8.*
25. *Ludowicus Divus Rex Galliæ non interdixit judicibus ſuis Xenia accipere.*
26. *Quanta eſculenta judex accipere poſſit.*
27. 29. *Differentia an ſit inter vocabula xenia & munera.*
28. *Xenodochium & xenoparochus quid.*
30. *Delegatus ad univerſitatem cauſarum æque ac ordinarius ſportulas accipit.*
31. *Etiam Officialis Epiſcopi ſportulas accipit.*
34. *Judex Eccleſiaſticus non exigit ſportulas ſi habeat ſufficientes redditus Eccleſiaſticos.*
35. *Fallit ſi ſufficienter non ſit proviſus.*
36. *De Conſuetudine officiales exigunt ſportulas.*
37. *Conſuetudo & mens Epiſcopi præ omnib. attendenda eſt.*
32. *Appellatio non datur ab Officiale ad Epiſcopum.*
33. *Oſnabrugi appellatur ab Officiale ad Epiſcopum per modum recurſus ad obtinendos ſpeciales commiſſarios.*

38. *Delegato ad cauſam particularem debentur Sportulæ.*
39. *Commiſſariis etiam debetur ſalarium.*
40. *Delegatus Pontificis accipit ſola eſculenta & poculenta gratis oblata.*
41. *Niſi extra domicilium eat, quo caſu alimenta & vecturas habet.* 42. *nec defalcatur id, quod aliàs domi conſumſiſſet.* 43. 44. *limitatur in non habente beneficium Eccleſiaſticum, qui in recompenſationem laboris ſtipendium exigit.*
45. *Pontifex non intendit alicui præjudicare per ſuum reſcriptum.*
46. *Delegatus ad exequendam diſpenſationem poteſt modicum quid pro labore accipere.*
47. *Stipendium laboris rationem muneris non habet.*
48. *Arbiter à partibus ſalarium habet.*
49. *Aſſeſſores Cameræ Imperialis ſi ad eos quaſi arbitros acta mittantur pro ſententia, amplas ſportulas exigunt.*
50. *Arbiter an ſumptus itineris habeat.*
51. *Sumptus alimentorum moderati eſſe debent.*
52. *Arbitrator etiam ſportulas habet.*
53. *Aſſeſſores qui.*
54. *Aſſeſſores ſportulas habent pro relationibus vel alio actu expediendo.*
55. *Aſſeſſores an ſalarium non conventum exigant?*
56. *Actuariorum officium.*
57. *Actuariis ſalarium à partibus debetur.*
58. *Concilii Tridentini duo cap. conciliantur.*
59. *Actuarius non tenetur dare partibus copias, niſi prius habitâ mercede.*

60. *Actua-*

60. *Actuarius quando habet ſalarium ſufficiens ex publico, nihil exigit à partibus.*
61. *Niſi quædam emolumenta in adjumentum ſtipendii.*
62. *Actuarius taxam publicam excedere non debet.*
63. *Judex moderatur mercedes Actuariorum.*
64. *Actis ad Cameram transmittendis in calce ſubſcribi debet quantum pars appellans pro iis ſolverit.*
65. *Pedelli olim habuerunt ſportulas juxta quantitatem in libello expreſſam.*
66. *Hodie accipiunt habito reſpectu ad milliaria.*
67. *Sportulæ & jura judiciorum debentur, licet partes ante publicationem Sententiæ concordaſſent.*
68. *Sive partes id feciſſent ex ſe, ſive à judice commoniti.*
69. *Declaratur.*

JUdicum alii ſunt Ordinarii, alii Delegati, hi vel ad univerſitatem cauſarum, vel ad quandam particularem; alii Arbitri. 1

Et judici quidem ordinario ſportulas accipere non licet *l. fin. Cod. ad leg. Jul. repetund. Novella de mandatis principum. 17. cap. oportet* ibi; *contentum eſſe ſolis à fiſco tibi miniſtratis*, cum ſalarium ex publico habeat: *d. cap. oportet.* Speculator *tit. de ſalariis §. dicturi. n. 5.* ne alienum jurgium ſuam putet eſſe prædam *l. omnes C. ad leg. jul. repetund.* Juxta illud: ſufficiant vobis ſtipendia veſtra *c. paratus. c. militare XXIII. quæſt. 1.* Et quo ad cauſas criminales eſt textus in Conſtitutione Carolina *art.* 205. ut nec alimenta nec ſumptus itineris ipſi debeantur, ſive adeat locum ſuę jurisdictionis, Specu- 2 3

lator *d.§.dicturi.n.*8. Colerus *de alimentis lib. 1. cap.* 14. *n.* 6. ſive extra juriſdictionem ſuam ſitum *dict. Novella de mandatis principum* 17. *c. illud tamen te* Colerus *d. n.* 6. Paris de Puteo *tract. de ſyndicatu*
4 *verbo expenſæ. n.* 5. Adeo quamvis olim ei licuerit eſculenta & poculenta, quę xenia dicuntur, recipere *l. plebiſcito.* 18. *ff. de officio præſidis. l. ſolent.* 6. §. 3. *ff. de officio proconſulis.* ut id etiam hodie vetitum ſit, Gloſſa in *Novella, ut judices ſine quoquo.* 8. *cap. ſcriptum eſt exemplar. verb. avaritiam,* quæ prædictas leges abrogatas eſſe ait, Boërius *decis.* 153. *n.* 25. Schneidewinus *in. §. tripli. n.* 4. *inſt. de actionib.* Colerus *d.c.* 14. *n.* 7. ubi hanc ſententiam magis commu-
5 nem eſſe atteſtatur; Multò minus pretium equi in itinere mortui, vel alterius rei amiſſę petere valet *l. inter.* 26. §. *non omnia ff. mandati* Colerus *d. n.* 7.

Quod, ut ut à Colero & aliis ſic generaliter determinetur, ad eum tamen reſtringendum erit, cui de ſufficienti ſalario ex publico proviſum eſt, ſicut eam ob cauſam Aſſeſſores in Camera
6 Spirenſi, qui ſimul judices ſunt, & paſſim in Ordinatione Camerali, Urtheiler/ id eſt, judices appellantur, ſportulas non accipiunt, Gailius, *lib.* 1. *obſerv.* 151. *numer.* 7. Gilhauſen *arbit. judiciar. part.* 7. *cap.* 9. *numer.* 9. nec ulla munera nec donaria recipere poſſunt, Ordinat. Cameral. *part.* 1.
7 *tit. de juramento aſſeſſorum* Ubi vero id deeſt, aut longęva conſuetudo per Principes approbata contrarium induxit, libere ſportularum nomine Ordinarius certum quid petere poteſt, Gailius. *d. obſ.* 151. *n.* 10. Joann. Antonius de Nigris *in repetit. extravag.* *uni.*

unic.de vita & honeſt. cler. n. 118. textus eſt in *dict. Novella, ut judices* 8. *in fine*, ibi: *aut ſi non eſt aliquod eis ſolatium*, Gloſſa *in dict. Novella cap. ne autem. verb. pedaneis*, ibi: *de judicibus ordinariis & delegatis idem dico quod de pedaneis* Zieglerus *tract. de judicum officio & vitiis, concl.* 20. §. 1. ibi: *ſive à litigantibus ut dentur*; Non enim eſt jure naturæ prohibitum, ne judices aliquid à litigantibus recipiant, ſed ob ſolum metum, ne intuitu pretii in alterutram partem corrupti propendeant, ideo lege validè conſtitui poſſe, ut certum quid pro ſubſcriptione citationis aut ſententiæ percipiant, docet Dominicus Soto *tract. de juſtitia & jure lib.* 5. *quæſt.* 8. *art.* 4. *circa finem.* vel illud conſuetudine introduci P. Ludowicus Engels *in collegio juris Canonici tit. de offic. judicis n.* 12. conſuetudo enim vim legis obtinet, ut circa jus merè poſitivum mutare quid poſſit, irrationabile enim non eſt, quod judex qui maximam moleſtiam habet in audiendis partium altercationibus, legendis libellis, diuturnis ſeſſionibus, evolvendis legibus & authoribus pro tanto labore moderatum quid â partibus exigat. Et hoc in recompenſationem laboris; Covarruvias *in cap. peccatum part.* 2. §. 2. *num.* 2. *argumento, l.* 4. §. *in judicio ff. fin. regund.* Menochius *de arbit. jud. quæſt. caſ.* 342. *numer.* 39. cum alias pro adminiſtratione juſtitiæ nihil accipere audeant *c. non ſane* 15. *XIV. quæſt.* 5. etiamſi eum in finem daretur, ut ſententia recta dicatur, qui enim rectè judicat, ut inde præmium remunerationis expectet, fraudem in Deum committit,

8 9 10

tit, authore Gregorio, quia juſtitiam, quam gratis impertire debuit, acceptione pecuniæ vendit, *c. qui recte.66.XI. quæſt.* 3. Et hanc conſuetudinem valere,
12 ut ab ordinario judice certi quid percipiatur, eandemque ſervandam eſſe, docet Schnedewinus *ad d.§.tripli.n.*4. Speculator *d. §.dicturi n.* 13. Gloſſa *in Auth. offeratur, verb. Sportulis in fin. Cod. de litis conteſt.* Fachinæus *lib.*2.*conſil.*75. *n.* 2. Et ubi ea viget, jure â litigantibus Sportulas extorqueri poſſe, Monor de Eſcobar *tract. de ratiocin. adminiſt. cap.*
13 27. *n.* 6. Et hodie moribus & ſtatutis locorum omnes judices præter ſalarium, quod de publico accipiunt, etiam ſportulas pro negotii qualitate â litigatoribus accipere, earumque definitionem judicis arbitrio committendam, Perez *ad tit. Cod. de ſport. & ſumpt. n.*6. Joan. Antonius de Nigris *in dict. extravag.n.*120. Ummius *in proceſſu judiciar. diſp.*22. *thes.* 5. *n.*20. Pax Scala *tractatu de conſilio ſapientis lib.*3.*cap.*11. *n.*1.

14 Nec mirum, cum hodie tanta non dentur judicibus ſalaria de publico, quanta olim data eſſe conſtat, Facit optimè *Novella de judicib.* 82.*c.ne autem*
15 *circa hoc labor*, ubi judicibus pedaneis, quibus non erat juriſdictio, ſed tantum notio quædam & judicandi facultas de cauſis humilioribus, *d. Novella* 82. *cap.*5.*l.fin.Cod. ubi & apud quem.* Perez *ad tit Cod. de pedaneis judic.* annuatim duæ libræ auri, quæ centum quadraginta quatuor aureos faciebant. *l. quotieſcunque Cod de ſuſceptoribus* Gloſſa *in l. fin. ff. de in jus voc. & in l. quicunque, verb. ſolidis Cod. de ſervis fugit. & in §. fin. inſt. de pœnis tem. litig.* ex caſſâ

publica

publica pro annuo ſalario miniſtrabantur, & pręter hoc, pro qualibet cauſa quatuor aurei, ſportularum nomine, ſolvi debebant, cum ſumma litis centum aureos excederet *dict. Novella* 82. *cap. ne autem*, ex quo ſatis colligere licet, quanta ordinariis olim præſtita fuerint ſalaria.

Hoc minus dubii habet, ubi vel in partem ſalarii conſuetæ ſportulæ aſſignantur, vel eæ ſunt ad certum modum à ſuperioribus taxatę, pro ut ex variis locorum Ordinationibus proviſum conſtat, nec inde dicetur per ſordes judicari, vel venalem dari ſententiam, utraque enim pars ęqualiter ad eas contribuet, perinde ac ſi ad inſtantiam unius vel utriuſque juxta dicenda in cap. ſeq. ad juris peritos pro conſilio reſolutivo, & decreto formando acta transmiſſa eſſent; imo à judice exiguntur ex debito, ſic earum datio non inclinat nec obligat judicem ad ſpecialem favorem dantibus præſtandam, ſicut munerum, quæ ex mera liberalitate dantium proveniunt. Sed & citatę leges *l. ſolent & l. plebiſcito* abrogatæ non ſunt, teſte Speculatore *dict.* §. *dicturi n.* 5. ut adhuc ab Ordinario, qui ſufficienter ſalariatus non eſt, Xenia, eſculenta ſcil. & poculenta à litigatoribus oblata, acceptari poſſint. Bartolus *in. dict. l. plebiſcito*. Abb. Panormitanus *in c. etſi quæſtiones* 18. *n.* 8. *ext. de ſimonia* Boërius *decis.* 153. *n.* 24. Cacheranus *in proœmio deciſionum n.* 5. Paris de Puteo *de ſyndicatu, verb. eſculenta*, Mantica *de tacitis & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 22. *num.* 3. *& ſeq.* Jacobus Andreas Cruſius. *ad ſtatuta Mindenſia. lib.* 1. *tit.* 1. *art.* 1. Facit *c. ſtatutum.* 11. §. *inſuper. de reſcriptis*

16 (beside "Hoc minus dubii habet")
17 (beside "niunt. Sed & citatę leges")
18 (beside "n. 5. ut adhuc ab Ordinario")

ptis.in.6. Et hanc eſſe communem Doctorum opinionem teſtatur Ziglerus *de judicum officio, concl.* 20.§.46. quamvis ipſe jam ante §.35. omnem largitionem quamvis in eſculentis conſiſtat, â judiciis arcere voluerit; Sed tunc permiſſa eſſe cenſentur, ſi gratanter & amicitiæ ſolum cauſâ, non ad movendum judicem oblata ſint, Mynſingerus *cent.* 2.*obſ.* 75. Boërius *d.deciſ.* 153.*n.*29. facit textus *in d.c. et ſi quæſtiones.* 11.*ext* 2.*de ſimonia*, inhumanum namq; eſſet ſponte oblata â nemine accipere *dict. l. ſolent.* cum illud recipi poſſit, quod gratis oblatum eſt, *c. dilectus* 30.*in fin.ext.de ſimonia*; quia liberalitas offerentis tollit ſuſpicionem, quam etiam in re modi-
19 ca inſtantiâ petentis inducent Vivianus *in d.c.ſtatutum. §. inſuper.* Modò tamen avaritiam accipientis non ſapiat, quod ea radix omnium malorum ſit, teſte Paulo *ad Thimot.* 1.*cap.6. verſ.* 10. aut judicis animus per ea capiatur, quo minus rectè diſcernat, atqui libera non eſt mens judicis quam cupiditas ligatam tenet *c. fin. VIII. quæſt.*2. ſiquidem munera
20 excœcant animos ſapientum, Exodi *cap.* 23.*verſ.*8. Deuteronom. *cap.* 16. *verſ.* 19. unde prævaricatio veritatis dici ſolent *c. qui rectè judicat.* 66. *XI. quæſt.*3.

21 Caveant idcirco Judices, ne per talia munera ineſcati animum â ſinceritate judicii deflecti ſinant, ut cauſam quam fas eſt citius aut tardius judicent, quod eò per ſordes judicaſſe dicantur. Boërius.*d.decis.*153.*n.*2. Menochius *dict.caſ.*342.*n.*26. vel quod deteſtabilius eſt, â recti tramite devient, & ſententiam pervertant, manebit hos inevitabilis

pœna

pœna tam legum quam Canonum,de qua tractat Menochius.*d.caſ.*342. Unde iis crebro accipiendis non aſſueſcant, cum ea paſſim accipere viliſſimum ſit,& omnia,avariſſimum *d.l.ſolent* §.*non vero*,& licet per ea Judicis animus non corrumpatur penitus, ſaltem placátur,juxta illud Ovidii.

Munera crede mihi placant homineſq́; Deoſq́;.
Placatur donis Juppiter ipſe datis.

Sed ubi honeſtè poterunt, retrahant manum, eamq́; Deo Regi & Legi cuſtodiant puram *Novella de judicibus* 82. *cap. ne autem in fine*,imitantes quâ poſſunt exemplum illud Samuelis, Regum. *lib.* 22
1.*cap.*12.*verſ.*3.ubi conſtitutoRege & â ſe abdicato imperio populum coram Domino in teſtimonium adduxit, quod de nullius manu munus acceperit, & ſi quod tale nominari poſſet, ſe reſtituturum promiſit,teſte enim Iſaia *cap.* 33. *verſ.*15.qui manus ſuas ab omni munere excutit,iſte in excelſis habitabit, & talem in Catalogo Sanctorum deſcribi
poſſe,ſe non vereri ait Vivius *decis.*113.*n.*11.Hunc 23
textum Iſaiæ ſumit Mantica *d.tit*, 22. *n.* 6. de donis quæ accipientis animũ allicere & pervertere ſolent, non de eſculentis per text. in *d.c.etſi quæſtiones ext. de ſimon.* Huic explicationi convenit,quod habet 14
Venerabilis Beda *lib.* 4.*c.*54.*ad c. Lucæ.* 12. præceptum illud quod legitur Marci *c.*6.*verſ.*8.Apoſtolis datum, ne peram neque tunicam ſecum portarent & *cap.* 10. *verſ.* 21. & Matthæi *cap.* 19. *verſ.* 21. Lucæ *cap.* 18. *verſ.* 22. adoleſcenti, ut omnia ſua venderet,& daret pauperibus,non ita accipiendum eſſe, quaſi nihil pecuniæ Sancti reſervare debeant,

ſuis

ſuis vel pauperum uſibus ſuggerendę, ſed ne Deo propter eam ſerviatur, ita ut animus ei adhęreat, ne alias ob inopiæ timorem, juſtitia deſeratur, cum & ipſe Dominus cui angeli miniſtrabant, ad informandam Eccleſiam loculos habuiſſe legatur, & â fidelibus oblata conſervans, & ſuorum neceſſitatibus aliisque indigentibus tribuens, Marci *cap.* 6.
25 *verſ.* 37. Nec etiam piiſſimi Principes Magiſtratibus ſuis qui jus populo dicebant â xeniis abſtinere mandarunt, exemplo ſit Ludowicus hujus nominis nonus, quadrageſimus quintus Galliarum Rex, qui propter ſingularem ſanctitatem adeptus eſt cognomentum Divus, æquus fuit & juſtitiæ amantiſſimus Princeps, hic ſubditis ſuis jus æquâ lance tribui voluit, & ne judices divitum muneribus corrumperentur, poſtquàm iis de amplis ſalariis providiſſet, vetuit, ne quid muneris nomine acciperent, neve quævis beneficia, pro ſe aut liberis ſuis neque â litigatoribus, neque ab ullo ſuæ juriſdictionis & territorii homine ſumerent, & ubi in quem hæc mandata tranſgredientem incideret, ſummâ eum ſeveritate coërcebat, ut nec ſummis quidem viris parceret, conceſſit tamen eſculenta ab offerentibus accipi poſſe, quæ decem ſolidorum pretium in hebdomadam non excederent.

26 Quantitatem horum donariorum cum Speculatore *d.* §. *dicturi.n.* 5. non ſtatuerem, dum dicit, multum aut magnum non debere judicem recipere, ſcil. ſi excedat valorem centum aureorum, â quocunque etiam mittatur, quod *d. l. plebiſcito* repugnat, loquitur enim de eſculentis & poculentis, quæ

quæ inter dies proximos conſumantur, hos de duobus intelligit Paris de Puteo *in dict. verb. eſculenta. verſic. conſiliarii. n.* 1. de tribus verò diebus accipit Vivius *d. deciſ.* 113. *n.* 1. Ego boni viri arbitratu juxta conditionem dantis & accipientis & dati valorem, argumento *c. etſi quæſtiones.* 18. *ext. de ſimonia*, Jacobus Andreas Cruſius *ad ſtatuta Mindenſia lib.* 1. *tit.* 1. *art.* 1. & cujuslibet accipientis conſcientiæ dijudicandum relinquo, quid? annon judex amplam habens familiam partem bovis intra tres dies conſumere poſſet, maximè ſi liberalis ſeu hoſpitalis eſſet in tractandis amicis;

Monere volo, cum verbis, xenia, munera, donaria, promiſcue uſus ſim, quod obſtare videatur *d. l. ſolent.* §. *fin.* ubi mandatum, quod donum vel munus Proconſuli vel ei qui in officio eſt, accipere prohibetur, ad xeniola non pertinet, ſed nec xenia ad munerum qualitatem producenda eſſe dicitur, ibique Gloſſa *verb. non pertinet*, ait, appellatione doni vel muneris non contineri xenia ſecundum interpretationem, ſed tantum ex verbi ſignificatione, & Gloſſa in *d. l. plebiſcito.* non eſſe eſculentum propriè donum vel munus, ſed xenium, quam Gothofredus in *d. l. ſolent, lit. g.* ſequitur, quod nempe aliud ſit donum, aliud xenium, ut inde eadem verba malè confudiſſe dici poſſem. 27

Eſt tamen xenium quod liberaliter datur hoſpitibus, ſcil. edulia à Græco verbo ξένος hoſpes derivatum, unde & Xenodochium, ſeu hoſpitale dictum, quo peregrini pauperes recipiuntur, eisque victualia præbentur *Rubrica & l.* 15. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* 28

Eccleſ. Fritzius *de privileg. hoſpitalium cap.* 1. *n.* 6. *&* 14. & Xenoparochus, qui peregrinis res ad victum neceſſariàs publicè præbet, & nomine Reipublicæ donat *l. munerum.* 18. *§.* 10. *ff. de muneribus* ſicque dono ſeu muneri in definitione convenit, cum & ſponte non neceſſario detur, juxta. *l. munus* 214. *ff. de verb. ſignif.* & hoc ſatis innuit textus *cit. l. plebiſcito*, ubi eſculentum & poculentum, quod ad xenium ſpectat ſub nomine doni vel muneris continetur, excluditur enim ſeu magis excipitur ibidem & in *d. l. ſolent* à dono & munere xenium, ſeu eſculentum & poculentum, ergo neceſſario continetur ſub eo, quod excluſio ſeu exceptio à regula incluſionem excepti præſupponat, & privatio habitum, & ſi non eſſet de genere, ad quid neceſſe erat xenium excludere, cum ipſo facto excluſum fuiſſet, §. *ſervus.*
29 4. *inſt. de cap. diminut.* Differunt ergo non re, ſed ſolâ vocis prolatione ſeu tanquam genus à ſpecie, donum generale eſt, xenium ad victualia magis dirigitur, ſic xenium merito donum vel munus dici poteſt; Extenſiorem explicationem qui deſiderat, eum ad Ægid. Thomatum *tract. de collectis cap.* 2. *n.* 4. *&* 5. brevitatis amore remitto, cum diſtinctio hæc vocum intentioni & propoſito meo parum ſubſerviat.

30 Quæ de Ordinario judice dicta ſunt, eadem delegato ad univerſitatem cauſarum conveniunt, quia is pro Ordinario habetur, Gloſſa *in c. cum cauſam* 62. *verb. delegatus, in fin. ext. de appellat.* Unde
31 & Vicario Epiſcopi in contentioſis, quem Officialem vulgo nominant, applicanda, quod & is Ordina-

narius ſit â lege conſtitutus. Gloſſa *in c. Romana Eccleſia. 3 in princ. verb. generaliter, de appellat. in.* 6. Aufrerius *in notis ad Capellam Tholoſanum deciſ.* 97. *n.* 1. & idem ac unum cum Epiſcopo auditorium conſtituere cenſeatur, ut nec appellatio ab eo 32 ad Epiſcopum detur, textus eſt *in d. c. Romana in princip.* â quo hic Oſnabrugi vi perpetuæ in pacifi- 33 catione Monaſterienſi reſervatæ, dein Norimbergę año 1650. die 28. Julii concordatę Capitulationis. §. demnach auch von undencklichen Jahren. 19. in eo diſceſſum eſt, ut ab Officiali ad Epiſcopum per modum recurſus pro commiſſariis ſpecialibus obtinendis gravato ſupplicare liceat, ſi ad Cameram imperialem appellationem ſuam interponere nolit, quæ verba potentiam neceſſariò includunt, ita ut recurſui locus eſſe nequeat, niſi in ſummâ capitalis ad Cameram appellabili quadringentorum nempe imperialium, aliter tamen obſervatur, ut non habito reſpectu ſummæ controverſę ad recurſum indiſtinctim admittantur. Dixi Vicarium in contentioſis Ordinarium eſſe, modò generalis & principalis ſit, quia foraneus ad certam partem diœceſis vel ad certos actus datus pro delegato habetur, â quo ad Epiſcopum vel ejus Officialem appellatur, Gloſſa *in clement.* 2. *verb. foraneo. de reſcript. c. Romana* 3. *de appellat. in.* 6. Maranta. *in ſpeculo. part.* 4. *diſt.* 5. *n.* 14. Advertendum tamen, quod 34 Abbas *in c. cum ab omni.* 10. *n.* 9. *ext. de vit. & honeſt. cler.* Innocentius *in c.* 1. *ext. de pluſ petit.* Joann. Ant. de Nigris *in repetit. extravag. de vit. & honeſt. cler. n.* 118. ſtatuant, Judicem Eccleſiaſticum ſive

Ordinarius ſive delegatus ſit, modò ſufficientes fructus ex redditibus & beneficiis Eccleſiaſticis habeat, ſibi debere cavere â perceptione ſalarii ſeu ſportularum â litigantibus exſolvendarum, per allegatum textum in *c. cum ab omni*, ibi: *nos attendentes, quod ad hoc nobis & aliis clericis ſint Eccleſiaſtici reddi-tus deputati, ut ex ipſis honeſtè vivere valeatis, Ideoq; mandamus, quatenus ab hujusmodi exactionibus de cætero abſtinentes vigorem judiciarium gratis ſtudeatis litigantibus impertiri.*

35 Rectè ergo inferunt iidem. Abbas Joann. Ant. de Nigris, & Lanfrancus Zacchias *tract. de ſalario quaſt.* 72. *n.* 33. ſi judex Eccleſiaſticus beneficium & redditus ſufficientes non habeat, quòd licitè poſſit ſalarium exigere â litigantibus tam Clericis quam laicis, cum ii non magis quam hi privilegium non ſolvendarũ ſportularum habeant, quòd tamen quidam ex prędicto textu eruere voluerunt, ſed abſque ullo fundamento, non enim diſponitur ibi de Clericis litigantibus, ſed de Clericis judicibus ſo-

36 lùm, pro ut ex textu ſatis claro videre eſt; Interim de conſuetudine, Officiales, ſint ſufficienter præbendati nec ne, in eorum tribunatibus ſportulæ ſolvuntur, exſurgeret alias nova quæſtio, quando quilibet pro conditione ſua ſufficienter præbendatus diceretur, vel pro qua quota non ſufficientis proviſionis liceret ſportulas exigere, conſtat enim Officiales ſibi in officio quidem, at non in beneficiis

37 ſuccedere, præ omnibus conſuetudinem & ſuperioris conſtituentis ſcil. Epiſcopi mentem circa hoc ſpectandam arbitror.

Delega-

Delegato ad cauſam particularem debentur 38
ſportulæ ſecundum loci conſuetudinem, Mynſingerus, *cent.* 2. *obſ.* 75. *n.* 12. Gailius. *d. obſ.* 151. *n.* 10. Guido Papę *decis.* 68. *n.* 7. cum & Commiſſariis, qui delegatis per omnia fere comparantur. Ruland. *de* 39
Commiſſariis. lib. 1. *cap.* 5. *n.* 1. ſalarium debeatur Gilhauſen. *arb. judiciar. cap* 9. *n.* 8. idque in Camera Spirenſi ad certum modum ſit taxatum Ruland. *de Commiſſ. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 12.

Aliud eſt in delegato Pontificis, qui nihil, niſi 40
eſculenta & poculenta recipit, modica tamen & gratis oblata, *d. c. ſtatutum* §. *inſuper. de reſcript. in* 6. & ibi Vivianus, & in §. *Notarium*, ubi in §. *ſi quid* addit teneri delegatum in conſcientia ad reſtitutionem, ſi quid à partibus accipiat, niſi extra locum 41
domicilii ſui ipſi eundum eſſet, quo caſu alimenta tam vecturæ quam cibariorum præſtari debent, *d.* §. *inſuper.* modò litigatores non ſint pauperes, vel alter eorum, pro quo ſuiſmet expenſis cauſam expedire debet, argumento *c. placuit I. quæſt.* 2. ex quo enim cauſam acceptavit, imputet ſibi ſi non prævidit quę prævidenda erant, argum. *l.* 1. §. *penult. ff. de ſeparationibus.* quod ſi tamen delegatus ipſe non habeat unde expenſas facere poſſit, remittet negotium ad ſuperiorem ſe excuſando, argum. *c. ſi quando* 5. *extr. de reſcript.* Vivianus *in c. ſtatutum.* 11. §. *inſuper. de reſcriptn in* 6. Idem eſſe in Commiſſario ad examinandum teſtes aut tranſumendum ſcripturas, & ſequeſtro a Judice conſtituto extra domū abeunte ob rem ſequeſtratam, docet Coler. *d. c.* 14. *n.* 11. *c. mulieres* 2. *de judic. in* 6. ut etiam alios 42
ſum-

ſumptus pro re ſequeſtrata neceſſitate exigente fa-
42 ctos repetat; Et alimenta quidem debentur integra, non facta defalcatione eorum, quæ domi aliâs delegatus conſumpſiſſet, *c. ſtatutum* 11. §. *inſuper. de reſcript. in* 6. Colerus *d. cap.* 14. *n.* 10. Albericus de Maletis *tract. de teſtibus cap.* 7. *n.* 84. quia ex lege debentur hæ expenſæ, quamvis circa eas, quæ ex victoria cauſæ veniunt, diverſum ſtatuatur, Albericus de Maletis *d. n.* 84. Crotus *tract. de teſtibus part.* 9. *n.* 62. Moderata tamen eſſe debent alimenta juxta morem & facultates litigantium, *d.* §. *inſuper.* conſuetum, argumento *c. cum Apoſtol.* 6. *extr. de cenſib. & exact.* ubi Epiſcopis & Archidiaconis viſitantibus Eccleſias ſuas mandatur, non ſumptuoſas quærere epulas, ſed cum gratiarum actione recipere, quod honeſtè ac competenter fuerit illis miniſtratum juxta facultates Eccleſiarum.

43 Hæc limitabis in delegato Papæ, qui non habet beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens, ex quo vivere poſſit, cui expenſæ debentur à partibus in recompenſationem laboris, licet domicilii locum non egrediatur. Speculator *d.* §. *dicturi n.* 7. Abbas Pa-
44 normitanus *d. c. cum ab omni, n.* 11. Exemplum ponit Speculator in ſtudioſo delegato carente beneficio, quod is in compenſationem laboris & damni ex intermiſſione ſtudiorum perpeſſi expenſas ſeu ſtipendium accipere poſſit, nemo enim damnum habere debet, unde præmium videtur meruiſſe, *c. pervenit* 2. *extr. de fidejuſſor. c. ſane* 7. *extr. de renunciat.* & ſuis expenſis militare cogitur. *c. cum ex*
45 *officii* 16. *extr. de præſcript.* nec intendit Pontifex

ſum-

ſummus per ſuum reſcriptum alicui præjudicium inferre. *c. licet* 12. *extr. de offic. ordinar. c. cum inferior.* 16. *extr. de major. & obed.* & ſic accipe verba Par. de Puteo *in tract. de ſyndicatu, verb. judex, n.* 10. Confirmantur hæc ex doctrina Sanchez, quam tradit *in tract. de matrimonio, lib.* 8. *de diſpenſationibus diſp.* 35. *num.* 10. quod licet delegato Pontificis ad 46
exequendam aliquam diſpenſationem, v. gr. matrimonialem in gradu vetito, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohiberi ſoleat, cujuſcunque muneris aut præmii etiam ſponte à partibus oblati receptio, conſuetudo tamen ea valeat, quæ in quibuſdam diœceſibus inolevit, ut delegatus accipiat, ducatum vel aliam quandam quantitatem pro labore, quem ſubit in teſtium informatione recipienda, ad verificanda narrata precum & pro diſpenſatione exequenda, & quod hæc ſententia veriſſima ſit, cum veniat in ſtipendium laboris impenſi, non in 47
remunerationis præmium, nec muneris rationem habeat, & intentio prohibitionis ſit, ne muneribus corruptus & excœcatus ordinarius minus bene munus ſuum obeat, & quod ſtipendium laboris jure vel conſuetudine debitum non corrumpat Judicem, nec ipſum à recto deſiſtere obliget. Quidquid ſit, moribus hodiernis delegati Pontificis ad litem quandam indiſtinctè pro impenſo labore expenſas exigunt, beneficium quamvis habeant ſufficiens.

De Arbitro idem, quod de his ſtatuendum erit, 48
quod ipſi ſalarium à partibus debeatur, Guido Papæ *deciſ.* 68. *in fin.* Speculator *tit. de arbitro.* §. *ſequitur.*

quitur n. 74. per *l. in ſacris* 12. *Cod. de prox. ſacr. ſcrin. l. quoties* 3. *Cod. de privil. Scholar.* Jaſon *in §. tripli Inſt. de action. n.* 48. Lanfran. Zacchias *tract. de ſalario quæſt.* 54. *n.* 7. fere enim in omnibus cum ipſis judicibus conveniunt Arbitri, *l.* 1. *ff. de receptis arbit.* nam quidquid in judiciis ſtatutum eſt, debet in arbitriis obſervari, quæ ad inſtar judiciorum redacta ſunt, *l. compromiſſum* 1. ubi Gloſſa *ff. de recept. arbit. l. rem non novam* 14. *Cod. de judic.* non placet diſtinctio Jacobi Gothofredi *in tract. de ſalario c.* 5. *§.* 2. qua Arbitris electis vel datis judicialiter ex forma ſtatuti ſalarium concedit, extrajudicialiter vero electis Arbitris & Arbitratoribus id denegat, quia in his æque ac iis ſuadet æquitas remunerari laborem, cum aliàs compromiſſa recuſarentur, quæ ad finiendas lites multum proficiunt, vide Ioannem Andreæ *in notis ad Speculatorem, tit. de ſalariis judicum. n.* 15. *verb. ſalarium.* ubi opinionem hanc ſatis ſtabilivit. Quocirca Borcholten *reſponſ. part. poſter. reſp.* 15. *pag.* 68. *col.* 1. refert, quod utcunque Camera

49 Spirenſis ſportulas non accipiat, ſi tamen inter partes conventum ſit de certo modo procedendi, eoque expleto, acta ad Cameram Imperialis judicii pro ferenda ſententiâ, tanquam ad Arbitros mittantur, non gratis judicari, ſed quod ampla pecunia pro ſtudio, labore, & ferenda ſententia perſolvi debeat.

50 An autem & ſumptus itineris habeat Arbiter, ſi quos ipſi facere neceſſe eſt? Affirmat Speculator *tit. de recuſat. §. effectus n.* 18. eſt enim Arbiter quaſi delegatus. *c. cum ſpeciali.* ibi. *ſciantq; ſe, extr. de appellationibus c. cum R.* 35. *ext. de offic. deleg.* niſi

tamen

tamen ſalarium pro tota cauſa expedienda accepiſſet, idque ad ſumptus neceſſarios faciendos ſufficeret, & taliter intelligendus erit, Colerus *d.c.* 14. *n.* 15. ubi concludit, ſi arbiter nullam recipiat mercedem, quod hoc caſu ſumptus itineris ei dari oporteat, ne in damno ſit, ſecus ſi ſalarium habeat, quod ſalarium habenti alimenta non debeantur, *l. ſuo victu* 18. *ff. de operis libert.*

Dum de ſumptibus alimentorum loquor, nota quod ii moderati eſſe debeant non delicati, *d. c. ſtatutum* §. *inſuper de reſcript. in* 6. & tales, quales ii, qui petunt, aliàs domi ſuæ vel in itinere facere conſueverunt, Speculator *d.* §. *dicturi n.* 1. 51

Idemque in Arbitratore eſſe, ut ei ſportulæ vel ſalarium debeatur, tenet Jaſon *in* §. *tripli. n.* 49. *inſt. de action.* argumento *l. ſed & loci* 4. §. *ſed & ſi memor* 1. *ff. fin. regund. l.* 1. §. 1. *& fin. ff. ſi mens. falſ. mod. dix.* 52

Aſſeſſores, qui juriſperiti eſſe debent, *l.* 1. *ff. de offic. aſſeſſ.* & conſiliis ſuis judicem adjuvant, *l. velut* 7. *Cod. eod.* unde & conſiliarii judicum dicuntur, *l. penult. ff. eod. l.* 3. 10. 11. 12. *Cod. eod.* ſuo tamen nomine in judicio nihil agunt, ut nec litigantes abſente judice audire poſſint. *l.* 2. *& penult. Cod. de Aſſeſſor.* 53

Hi etiam ſalarium remuneratorium accipiunt à partibus litigantibus, *d. c. ſtatutum.* §. *aſſeſſorem. de reſcript. in* 6. *c. non licet. XI. quæſt.* 3. *l. diem functo ff. de offic. aſſeſſ.* Speculator *dict.* §. *dicturi. num.* 10. Schneidewinus *d.* §. *tripli. num.* 5. *inſt. de action.* idque pro formanda ſententia, vel alio actu judiciali expediendo, judicis arbitrio æſtimabitur, 54

Speculator *tit. de Aſſeſſore* §. *ſalarium. n. 2. l. 1. §. ſed etſi comites. 8. ff. de var. extraord. cognit.* nec inter-
55 eſt, convenerit Aſſeſſor de ſalario nec ne; Non obſtat quod Jaſon *in l. diem functo, n. 10. ff. de offic. aſſeſſ.* dicit, Aſſeſſori propter ſolum laborem, deberi ſalarium, unde inferre poſſis quod non debeatur propter probitatem ſcientię, ideo ei non conventum non debeatur, quia tale non debetur niſi fuerit de eo prius conventum *l. qui mutuam pecuniam. 56. §. ſalarium ff. mandati l. ſalarium. 17. Cod. eod.* Lanfrancus Zacchias *tract. de ſalario quæſt. 56. n. 3.* quia ſuppoſitum Jaſonis erroneum eſt, cum Aſſeſſores ſcientiam conjunctam labori debeant adhibere, & non propter ſolum laborem, ſed magis propter
56 ſcientiam ſalarium mereantur. Notarii, quos ſcribas, actuarios, judicii ſecretarios, ſeu grapharios à verbo gręco γράφω dicimus, quorum officium conſiſtit in conſcribendis actis judicii, quę ſunt citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, ſententię, cęteraq; in judiciis occurrentia, ut ea competenti ordine deſcribant, deſignando loca, tempora, perſonas, eaque fideliter conſervent, ut ſi ſuper proceſſu lis oborta fuerit, per hęc veritas declarari poſſit, de quo eſt celebre *cap. quoniam contra 11. ext. de probat.* & latius vide Berlichium *part. 1. concluſ. 8.* Emericum Rosbach. *in proceſſu judi ci-*
57 *vili. tit. 8.*

Quin & iis ſalaria pro ſcripturis tam judicialibus quam extrajudicialibus debeantur à partibus

ſive

ſive cauſæ ſint prophanæ ſive Eccleſiaſticæ extra quæſtionem eſt. *d.l.*1.§. *ludi quoque ff. de var. extraord. cognit. l.*4.*§.*2.*in verb. quæſtum & ibi* Jaſon *n.*4. Bartolus.*in.l. argentariis, n.* 2. *ff. de edendo.* Johann. Antonius de Nigris *d. extrav. un. de vit. & honeſt. Cleric.n.*121. Ordinat. Cameral. *part.* 2. *tit.* 34. *in principio* & noviſſime eſt textus in Concilio Tridentino *ſeſſ.*24.*de reformat. cap.*20. ibi:*porro ipſam actorum copiam teneatur notarius congrua mercede acceptâ appellanti quanto citius exhibere, & ad minus intra menſem*, cui non adverſatur in eodem Concilio *ſeſſ.* 13 *cap.* 3. qui textus de actis ab ipſomet Epiſcopo vel ejus Cancellario confectis intelligendus eſt, non ſi per Notarium conſcripta eſſent; 58
Licet Notarius ad acta con-& deſcribenda litigantibus ex officio teneatur. Covarruvias *in c. peccatum part.*2.*§.*3. *num.* 2. ſicut & teſtis ratione juſtitię & charitatis ferre teſtimonium, quoties id neceſſe eſt, ad vitandum damnum alicujus, tamen ratione laboris & expenſarum juſtam mercedem exigit, ita & Notarius acta ſeu productorum copias partibus edere non tenetur, niſi mercede prius recepta. Aſinius *in praxi judiciar.* §. 14. *cap.* 10. *n.* 1. Quod ſi verò ſalarium ſufficiens ſit ipſi conſtitutum ex publico, hoc caſu quidquam a litigantibus accipere vetitum eſt, etiam à ſponte offerentibus, juxta mentem Lanfranc. Zacchiæ *tract. de ſalario quæſt.*78. *n.* 3. poſt Felinum *in c. tua nos.* 9. *circ. med. ext. de homicid.* niſi forte emolumenta aliqua quæ ſimul publica authoritate expreſſa vel tacitâ quaſi in adjumentum & complementum Stipendii ſint ei conceſſa

(Margin numbers: 59 beside "Notarius acta ſeu productorum copias partibus e-"; 60 beside "nius in praxi judiciar."; 61 beside "micid. niſi forte emolumenta".)

ceſſa, prout obſervantia omnium tribunalium edocet ſimilia ad certam taxam redacta eſſe, quam ex-
62 cedere prohibet *l. 1. §. 6. Cod. de offic. præfect. prat. l. in ſacris ſcriniis. Cod. de prox. ſacr. ſcrin.* ut nec à ſponte offerentibus ultra eam acceptare liceat, non obſtante etiam conſuetudine, Lanfrancus Zacchias
63 *d. quæſt. 78. n. 30.* Quæ ſalaria ſi immoderata exigantur, Judicis erunt partes, relevare quærulantes à gravamine curialium ſuorum, & cuncta, quæ litigatores impediunt, emendare. *d. c. ſtatutum. §. notarium*, argumento *c. finem litibus 5. extr. de dolo & contum. c. præterea 5. extr. de offic. delegati*, & tales improbos exactores punire. *l. in nomine 2. §. hoc etiam decernimus, 17. Cod. de offic. prætor. Afric. Novella de judicibus 82. §. nullo quoque. Novella, ut litigantes jurent, 124. cap. & hoc quoque.* Moderabitur ergo judex ſecundum cauſæ & fori conſuetudinem, quantum pro quolibet actu & ſcriptura debeatur a parte expendi, maximè ubi adverterit actorum lineas tanto inter ſe intervallo diſtare, ut cuilibet altera vel duæ interſeri potuerint, præterquam quod paginæ dimidiata pars, den Bogen halb gebrochen/ vacuo tributa fuerit, quod ironicè
64 Acten-weiß geſchrieben vulgus enunciat.

Unde in Ordinatione Camerali *part. 2. tit. 34. § 9. und nachdem ſich ꝛc.* cautum eſt, quod in calce actorum, quæ in cauſis appellationum ad Cameram Imperialem tranſportanda eduntur, pretium à parte pro iis ſolutum adſcribatur, eum in finem, ut ſi plus æquo fuerint taxata acta, moderatio in Camera peti queat, quàm judice inferiore etiam

etiam inaudito à Camera decerni , nec eo excipiente quidem ab ea recedi ſolere , ita quod ſupra juſtam æſtimationem taxatamve ſummam à Notario extortum fuerit, reſtitui neceſſum ſit,idque ſuo tempore factum refert Schwanman , *obſervat. Cameral.* 178. *num.* 7. ſed habet commune adagium : Man ſolle ſich vor das erſte Außthun hüten ; nec illa ſubſcriptio ſemper obſervatur.

Executoribus, qui & viatores *l. magis puto.* 5. §. 65
ne tamen 13. *ff. de rebus eorum qui ſub tut.* hodie
Pedelli & curſores dicuntur , ſportulæ dabantur
olim initio litis pro qualibet cauſâ ſecundum quan-
titatem in libello expreſſam , §. *tripli inſt. de actio-*
nibus. Ex moderno tempore ceſſant, & pro qua- 66
libet executione ſeu intimatione habito reſpectu
ad diſtantiam itineris & milliaria ſolvuntur , addi-
to quopiam pro ipſo intimationis & relationis
actu juxta cujuſque fori obſervantiam, idque jam
tempore Baldi ita obſervatum fuit , prout teſtatur
in *Authentic. offeratur. num.* 11. *Cod. de litis con-*
teſtatione.

Hic ſubjungere libet eam quæſtionem quam mo-
vet Specul. *tit. de ſalar. judicum n.* 15. ſi partes poſt 67
concluſionem ante prolationem tamen ſententiæ
litem compoſuerint,an ſportulas & jura judiciorum
Judici , notario & pedello ex conſuetudine debita
adhuc ſolvere teneantur ? & concludit quod ſic,
idemque tenent Pariſius *in addit. ad* Bartolum *in l.*
1.§.*divus. n.*14. *ſub lit. d.* Jaſon. *ad tit. de action.*§.
tri-

*Tripli vero.n.*58.Faber *ad Cod.lib.*3*. tit.* 2*. defin.* 8. quia quod proximè faciendum eſt pro jam facto habetur *l.penult.ff. de teſtam. milit.* idque procedit
68 ſive judex conceptâ ſententiâ ante publicationem ex officio partes ad tranſactionem incitet, ſive partes ex ſe componant, cum id ſalvo jure tertii fieri debeat, nec ſtetit per judicem quo minus ſententia publicata ſit. Jaſon. *d.n.* 58. Decius. *in l.jure civili.* 122*.n.*1*.ff.de Reg.Jur.& conſil.* 70*. n.* 2. Lanfrancus Zacchias.*de ſalario quaeſt.*72*. num.* 23. Jacobus
69 Gothofredus.*de ſalario cap.* 6*. §.* 11. modo tamen actus pro quo jura ſolvenda ſunt, diverſus non ſit â prolatione ſententiæ, ſicut jura ſunt quę pro deſcribenda copia ſententię Notario vel ejuſdem intimatione pedello dantur.

SECTIO. II.

De Advocatis, Procuratoribus, Fidejuſſoribus, Sequeſtris, Teſtibus.

SUMMARIA.

1. *Advocatis olim pro patrocinio nihil dabatur.*
2. *Neronis tempore hoc immutatum eſt.*
3. *Advocatis debetur Salarium tam de jure Canonico quam civili.*
4. *Advocatorum officium laudabile & humanæ vitæ neceſſarium eſt.*
5. *Advocatis debetur ſalarium etiamſi non eſſet promiſſum.*

6. *Ad-*

'dvocatis debetur ſalarium pro modo litis, advo-
iti facundia & fori conſuetudine.
alarii quantitas à lege determinata eſt ad 100.
ureos.
dvocato non datur actio pro ſalario ultra 100.
ireos.
Tiſi ſalarium 100. aureos excedens juramento
cedente promiſſum eſſet.
Cliens promittens ultra 100. aureos obligatur
ltem naturaliter.
uinam hoc negent.
Salarium advocati non eſt ad 100. aureos ar-
andum in cauſa gravi & intricata.
Maxime ſi plures quaſtiones incidant & inſtan-
trum numerus.
n Rota Romana judices taxant ſalarium refle-
ntes ad laborem & tempus quo lis duravit.
alarium advocatorum excedere poteſt 100. au-
os in cauſa Epiſcoporum Abbatum de ſtatu eo-
Cauſis Principum. (rum.
ʼiut ſi de vita hominis agatur.
'oc negat Pinellus.
tiones Pinelli.
aus Bartoli.
. 23. Refutatur Pinellus.
tinetur dententia Bartoli.
Cauſa criminali ordinariè majus ſalarium de-
ur quam in civili.
oluit Pinellus etiam alias communes ſententias
ugnare.
Advocatus initio cauſa ſalarium pactus, non po-
pendente lite de majore paciſci.

28. Pal-

28. *Palmarium etiam promitti ſolet advocatis.*
29. *Pacta de palmario improbantur.*
30. *Pactum de palmario non improbatur cauſa finita initum.*
31. *Circa pactum de palmario facit Salicetus tres caſus.*
32. *Pactum, ut Advocatus in caſum victoriæ certum quid, aliàs nihil habeat, invalidum eſt.*
33. *Pactum ut Advocatus præter ſalarium etiam palmarium habeat, alii damnant.*
34. *Alii admittunt.*
35. *Alii diſtinguunt inter palmarium modicum & exceſſivum.*
36. *Alia diſtinctio inter tempus litis.*
37. *Lauterbach omne pactum rejicit ante finitam cauſam initum.*
38. *Retinetur prima diſtinctio.*
39. *Pactum quo 50. in caſum victoriæ promiſſa ſunt nulla mentione facta de ſalario.*
40. *Palmarium accedente juramento promiſſum à cliente ſolvendum eſt.*
41. *Pactum de quota litis prohibetur.*
42. *Advocatus non debet pro minimo ſalario patrocinari.*
43. *Advocatus non debet ſalarium rigidius exigere.*
44. *Advocati pro ſordidis habentur ſi pecuniam magis quàm clientum cauſas curant.*
45. *Clericus beneficiatus an poſſit pro advocatura ſalarium exigere? Alii putant non poſſe exigere ſed oblatum recipere.*
46. *Clericus poteſt exigere ſalarium advocaturæ.*
48. *Maximè ſi non ſit ſufficienter præbendatus.*
47. *Gloſſa authoritas maxima eſt.*

Tu-

49. Tutores Advocatis ſalarium conſtituere poſſunt.
50. Tutores remuneratoriè donare poſſunt.
51. Advocatus petens ſalarium à tutore conſtitutum de labore docere debet.
52. In donatione remuneratoria, quæ legitimæ liberorum nocet, non ſufficit confeſſio patris jurata, ſed merita probari debent.
53. Tutor ſi cauſas pupilli patrocinando defenderit, ſalarium advocaturæ recipit.
54. Qui duorum vice fungitur, duplex ſalarium meretur.
55. Advocato debetur ſalarium conventum, licet cauſa ad finem non deducatur, ſi per eum non ſtetit.
6. Privilegium per non uſum non amittitur, ſi non occurrat occaſio utendi.
7. Advocato debetur ſalarium conventum lite tranſacta.
8. Tranſactio cauſæ victoriam ſapit.
9. Advocato debetur palmarium lite tranſacta, quando cliens intentum obtinuit.
). Idem ſi non obtinet, ſed dolo tranſegit.
. Si cliens tranſegit de conſilio Advocati, quia cauſa erat dubia, non debetur palmarium ſed ſalarium pro rata ſervitii.
Diſtinguit Zacchias an ſalarium promiſſum ſit, ut cauſam ad finem defendat, an pro victoria cauſæ.
Diſtinguit Sichardus ratione palmarii, an tranſactio interveniente advocato facta ſit, vel abſq; eo.
Advocatus quando palmarium habeat, licet tranſactioni cauſa intervenerit?
Diſtinctio Pilei Modicenſis, an cauſa ad ſubmiſſio-

miſſionem perducta ſit, an vero in præliminaribus ad huc conſiſtat.

66. *Advocatus in una parte cauſa victor & in altera ſuccumbens utrum totum palmarium habeat? Affirmat Gloſſa.*

68. *Rectius negatur & facienda eſt deductio pro rata.*

69. *Idem ſi palmarium pro pluribus cauſis conſtitutum eſſet.*

67. *Aurem qui tetigit totum hominem tetigiſſe videtur.*

70. *Advocatus pro tribus cauſis defendendis ſalarium certum pactus, ſi duas tantum defendit, pro rata ſalarium exigit.*

71. *Labore diminuto, minuitur ſalarium.*

72. *Advocatus qui pactus eſt ſalarium annuum pro una certa & aliis movendis cauſis, integrum conſequitur, ſi alia mota non ſit.*

73. *Advocatus ſuccumbens non accipit palmarium, tamen ſalarium.*

74. *Vitium ſæpe eſt materiæ non artificis.*

75. *Martialis à Cliente ſuo plus exegit causâ perditâ ob ruborem incuſſum.*

76. *Advocatus an teneatur pro eodem ſalario patrocinari in cauſa appellationis!*

77. *Deciditur quod non.*

78. *Idque ſi a definitiva appelletur, ſecus ſi ab interlocutoria, vel reſtitutio petatur.*

79. *Advocatus intentans ineptam actionem pro eodem ſalario emendare debet, niſi ex falſa relatione clientis hoc feciſſet.*

80. *Advo-*

80 *Advocatus a duobus ſalarium annuum habens ſi ii inter ſe litigare velint, cui patrocinari debeat?*
81. *Argumenta pro eo qui prior ſalarium conſtituit.*
2. *Argumenta pro ſecundo.*
3. *Debet ei aſſiſtere qui bonam cauſam fovet, vel ſi res dubia ſit, priori & alteri advocatum idoneum ſubſtituere.*
4. *Vaſallus duorum priori domino in perſona aſſiſtit & poſteriori per ſubſtitutum ſervit.*
. *Juriſconſultus pro conſilio ſalarium accipit etſi non revolviſſet libros.*
Procurator quis?
. *Procurator Reipublicæ, univerſitatis.*
Procurator privatorum.
Ad mandatum ſuſcipiendum nemo cogi poteſt.
Fallit in bene conſtitutis judiciis.
Procurator ad lites ſalarium exigit.
Explicatur l.1.ff.mandati.
Mandatum procuratoris dupliciter conſideratur.
Procurator etiam repetit expenſas in litem factas quamvis ſuccumbat.
Negotiorum geſtor qui utiliter cœpit, repetit expenſas licet non ſuccedat negotium.
Procurator repetit etiam uſuras expenſarum quamvis mora non intercedat.
nquam intereſſe lucri ceſſantis.
ocurator ſi cauſam propriam habeat, an in a aliena quam ſimul agit exigat expenſas iti-, & quid in damnis fortuitis.
tor ſatisdare debet in caſum ſuccumbentiæ de dendis expenſis.

100. *Fidejuſſor an poſſit ſalarium recipere pro actu fidejuſſionis?*

101. *Actus fidejuſſionis eſt debitum charitatis & miſericordiæ.*

102. *Ad quod quis tenetur, pro eo mercedem accipiens, turpiter facit.*

103. *Fidejuſſio magnas habet difficultates & pericula.*

104. *De fidejuſſore ſententia Salamonis.*

105. *Pro fidejuſſione licet quid paciſci, extenditur etiamſi pignus daretur.*

106. *Generaliter verum non eſt, ut, ad quod quis tenetur, id gratis facere debeat.*

107. *Pro fidejuſſione nihil accipere honeſtius eſt, ſi non ſubeſt periculum.*

108. *Sequeſter an ſalarium exigere poſſit? rejicitur quorundam diſtinctio.*

109. *Sequeſter fructuum habet ſalarium.*

110. *Depoſitarius ſi laborem & incommoda habet, pro eo ſalarium exigit, alias non.*

111. *Depoſitum pro ſalario irregulare eſt.*

112. *Adminiſtrator bonorum debitoris communis habet ſalarium.*

113. *Pro depoſito proprio non debetur merces, & illa ſoluta repeti poteſt.*

114. *Pro depoſito facto in gratiam depoſitarii nullum debetur ſalarium.*

115. *Teſtes alimenta & ſumptus itineris habent tam adeundo, quam redeundo & morando in loco teſtimonii dicendi.*

116. *Quantitas ſumptuum teſtis arbitrio judicis æſtimatur.*

117. *Nobili, perſona honoratiori, ſeni, infirmo vel ad eundum inepto ſumptus vectura equorum debentur.*

118. *Etiamſi propriis equis uſi fuerint.*

119. *Mulieri prægnanti debetur vectura, ſi abſque periculo accedere non poſſit.*

120. *Ruſticus & robuſtus pedes adire debet.*

121. *Peccatum eſt dare pauperibus nimis delicata cibaria.*

122. *Conſtitutio Carolina teſtibus plebeis certum quid in dies ſingulos aſſignavit.*

123. *Teſti de longinquis evocato in via ægrotanti debentur ſumptus erogati in infirmitate.*

124. *Teſti non defalcatur id quod domi conſumpſiſſet.*

125. *Reſpondetur argumentis contrariis.*

126. *Teſtis non exigit ſalarium pro tempore inſumpto.*

127. *Teſtis dicit teſtimonium gratis.*

128. *Teſtis qui ex operis diurnis ſe & familiam alit, diurnam mercedem ceſſantem repetit.*

129. *Teſti damnoſum eſſe non debet ſuum teſtimonium.*

130. *Reſpondetur ad argumenta contraria.*

131. *Teſtis ſi habet laborem quem ſufferre non ſpectat ad teſtis officium, pro eo mercedem exigit.*

132. *Teſtis ſi a producente accepit ſumptus pro decem diebus & niſi per ſex abeſt, reſiduum reſtituit.*

133. *Teſtis ſi non abſumpſit quod ſibi datum eſt, ut qui ab amicis fuit invitatus, ſi ita datum eſt ut habeat ſimpliciter pro victu, retinet, ſi vero ita ut ad rationes ferat totum reſtituit.*

134. *Teſti qualiter damnum in itinere paſſum reſici debeat a producente ſub diſtinctione.*

ADvocatis qui cauſis peragendis in judiciis quoquo ſtudio operantur. *l.* 1. *§. advocatos,*
1 *ff. de var. extraord.* primitus nihil pro patrocinio datum, ut & turpe inhoneſtum ac ſordidum fuerit
2 ea de cauſa quidquam accipere, Neronis tandem temporibus conſtitutum eſſe, ut juſta eis merces ſub laudatiſſimo honorarii palmarii ſeu ſolatii nomine â litigantibus exhiberetur, ex variis Scriptorum teſtimoniis deducit Tiraquellus *de nobilitate*
3 *cap.* 29. *n.* 21. *& ſeq.* de jure noſtro textus eſt in *d. l.* 1. *§. in honorariis & §. divus*, quod & decretis Canonicis, conſtitutionibusque Pontificum approbatur. *c. non licet.* 71. *XI. quaſt.* 3. ubi D. Auguſtinus, non licet judici vendere juſtum judicium, etſi liceat advocato vendere juſtum patrocinium, iiſdem fermè verbis in *c. non ſane XIV. quaſt.* 5. *c. Romana. §. nec etiam. de foro compet. in* 6. nam uti advocationis of-
4 ficium laudabile viteque humanæ maximè neceſſarium eſt, ita præmiis & honoribus conveniebat remunerari, *l. laudabile.* 4. *Cod. de advocat. div. judic.*
5 Idcirco debetur ſalarium advocato, licet non fuiſſet de eo conventum. Conſtituitur alioquin vel annuum vel pro quavis cauſa pro modo litis, advo-
6 cati facundiâ, fori conſuetudine, & judicii in quo agitur obſervantiâ; Æſtimabitur autem pro qualibet cauſâ ſecundum licitam quantitatem â lege ad centum aureos determinatam. *d. l.* 1. *§. in honorariis. & §. ſi cui autem eſt*, Bartolus *in d. l.* 1. *§. divus Se-*

verus.

verus. Duarenus *cap*. 3. *ff. de poſtulando* Weſenbecius *in tit. Cod. de advoc. diverſ judic.* Ayret. *in proceſſu hiſtorico part*. 1. *cap*. 1. *obſ*. 7. *n*. 5. ut ultra eam 8
ſummam non oriatur obligatio civilis nec actio detur. Guido Papæ. *decis*. 190. *n*. 2. unde Gloſſa in caſu *l*. 3. *Cod. de poſtul.* ait, ultra centum aureos turpiter accipi, etiam quantacunque ſit cauſa, licet de ingro regno, ut habet Speculator. *tit. de ſalar. advoc. n*. 1. *in fin*. niſi promiſſio ſalarii excedentis dictam 9
ſummam â cliente juramento vallata fuerit, ex quo tam de jure civili quam Canonico obligatio & actio oritur juxta Guidonem Papæ. *d. quæſt*. 190. *n*. 2. Trentacinquium *variar. reſolut. lib*. 2. *de poſtulando reſolut*. 1. *n*. 11. cum obligatio ſaltem naturalis ſub- 10
ſit, quæ ex contractu de jure reprobato propter conſenſum de jure gentium exſurgit *l*. 1. *ff. de novat. l. ſi pupillus*. 127. *ff. de verb. obligat.* nec pactio talis bonis moribus vel bono publico principaliter adverſetur, Gothofredus tamen *tract. de ſalario. cap*. 7. *thes*. 6. *lit. a*. negat obligationem naturalem ex 11
ea produci.

Ego in tanta cauſa maximè ſi gravis eſſet & in- 12
tricata ſalarium adeo non arctarem, videtur hoc quoque ſentire Speculator. *d. loc. n*. 2. dum ait quod olim ita fuerit, cum ſalaria advocatorum de publico dabantur, & par diſtributio advocatorum fieret â Judice, hodie verò liceat paciſci de quanta non de quota litis, idem velle Angelum refert Guido Papæ *dict. loc. circa fin.* accedit Gothofredus *in notis ad d. l*. 1. *in verbo palmarii*, dicens definitionem ſummæ hodie non ſervari, & ita in Curia Romana

practicari & decidi videre eſt *in deciſ. 65. poſt. tract. de ſalario* Lanfranci Zacchiæ. nec eſt æquitatis, quod hac parum fœlici ætate eodem ſalario laborare advocatum cogendum putemus, quo tempore legis latæ factum extat, cum olim annona eſſet ſatis vilior hoc tempore, domus multò minori pretio conducebatur, ſervorum, ancillarumque ſalaria viliora & veſtium impenſa tenuior, ob id etiam judicibus ſalaria augenda eſſent juxta Menochium. *de arb. jud. quaſt. caſ.* 514. *n.* 10.

13 An, cum ſæpius & adverſarii malitia & cauſę pluriumque incidentium gravitate & inſtantiarum ſuccedente numero acta in tantum accreſcere videmus, ut Notarii pro deſcribendis iis ad memoratam ſummam mereantur, ſicut etiam atteſtatur Carpzovius *in proceſſu jurid. titul.* 18. *art.* 5. *numer.* 82. actorum copias ad plures quam ducentos imperiales quandoque excreviſſe, Advocato qui diurnis operis etiam nocturnas lucubrationes adjungens ſe defatigando rem fideliter peregit minus quam illis attribuendum dicemus? Unde quaſvis cauſas arduas in quibus magnis laboribus magnoq; ſtudio opus eſt, excipit Trentacinquius. *d. reſolut.* [illegible] *n.* 13. Finkelthaus *obſervat.* 98. *n.* 49. Lanfrancus Zacchias. *tract. de ſalario*
14 *quaſt.* 52. *n.* 106. & in Rota Romana receptum eſſe quod ſalarium advocati pendeat ex judicis arbitrio, qui id taxet correſpectivum ad laborem & tempus quo cauſa duravit, patet ex *deciſ.* 65. *n.* 6. *poſt tract. de ſalario* Zacchiæ.

15 Excipiunt etiam cauſas magnorum virorum, ut Epiſcoporum & Abbatum ſi eis quæſtio moveatur de

de ſtatu dignitatis eorum nempe Epiſcopatus ſeu Abbatię. Sichardus *ad Cod. tit. mandati. l. 1. in fin.* Pariſius *vol.4. conſil.* 105. *n.* 20. *&* 21. Lanfrancus Zacchias *d. quæſt.* 52. *numer.* 104. Berlichius *part.* 1. *concl.* 9. *num.* 71. Idem de Principe dices ſi ei quæ- 16
ſtio ſtatus aut natalium moveri contingat, aut ſi de vita hominis ſalvanda litigetur, quo 17
caſu nullum volunt eſſe taxatum ſalarium â jure, ut etiam maximum accipere liceat. Bartolus *in l. ſi pater.* 34. §. *fin. ff. de donat.* Baldus *in margarita. verb. advocato licet certo.* Pariſius *&* Berlichius *citatis locis* Menochius *de arbit. jud. quæſt. cas.* 513. *n.* 4. Decius *in l. creditori. n.* 4. *Cod. de pactis* Jaſon. *in* §. *tripli. inſt. de action. num.* 53. Sichardus *in d. l.* 1. *num.* 7. *& in d. l creditori. num.* 7. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 29. *num.* 37. Trentacinquius. *d. reſolut.* 1. *num.* 12. Lanfrancus Zacchias *d. quæſt.* 52. *num.* 99. Finkelthaus *d. obſ.* 98. *num.* 49. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 7. *theſ.* 10. *lit. a.* Fridericus Hiltrop *in proceſſ. judiciar. part.* 1. *tit.* 20. *de ſalario advocat. numer.* 13. addens præter rationem ſuperius allegatam, quod olim lis ultra triennium non protrahebatur, hodie ſecus.

Quos, maximè Bartolum & ſequaces incautæ & ineptæ exceptionis arguere voluit Arius, Pinel- 18
lus *in l.* 1. *Cod. de bon. matern. part.* 3. *n.* 62. *verſ. infero vigeſimo octavo* ex ratione *l.* 1. §. *quod autem. ff. de aleator.* quod generaliter prolata generaliter ac- 19
cipi nec reſtringi debeant, & inter cauſam criminalem & civilem diſtinctio in dubio non detur. *l. abſen-*

tem. 5. *ff. de pœnis* ibi: *ſecundum morem privatorum judiciorum*, minuſque ſtudium in illa quam in hac requiratur; Cum tamen Paulus de Caſtro dicat
20 non eſſe tutum recedere ab opinione Bartoli, qui tantâ etiam per Hiſpaniam refulſit authoritate, ut publicâ conſtitutione ſancitum fuerit, ne in contrarietate Doctorum ab opinione ejus in judicando recederetur, quem juris lucernam, lucem & illuminatorem juris dicit poſt Jaſonem Thomas Grammaticus *decis. Neapolit.* 63. *num.* 15. cujus laudem magis deduxit Tindarus. *tract. de teſtibus lib.* 1. *cap.* 1.
12 ſic non immeritò vereor, ne inconſideranter & acerbè nimis eum tantoſque illi adhærentes Doctores cenſurare præſumpſerit, regulâ ſuâ generali innixus, cujus varias reſtrictiones collegit Everhardus *in loc. legalib. loc.* 78. *à ratione legis ad reſtrict. ipſius legis.* fit enim reſtrictio generalitatis, ſi ex alia lege ratio reſtrictionis manifeſta ſit, *l. quamvis.* 11. *ff. de in jus voc.* ſicut in hoc caſu ex ratione & deciſione legis *ſi pater.* §. 1. *ff. de donat.* legem 1. §. *ſi cui ff. de variis extraord. cognit.* reſtrinxerunt argumento *l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* habet enim, ſi quis aliquem â latrunculis vel hoſtibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hæc donatio irrevocabilis eſt, nam merces eximii laboris appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit, addit Gloſſa, ſicut enim homo non æſtimatur *l. juſtiſſimè ff. de ædilit edict.* ita nec quod ſalutis ejus cauſa datur, & Gothofredus *in notis ibid.* quod talis donatio in infinitum aſcendere poſſit, nec revocetur ut immodica quantumvis in-

inſinuata non ſit; Ex quibus ratio reſtrictiva ſat pateſcit, quod nempe talis donatio vel honorarium contemplatione ſalutis ſalvata generali legum definitioni non ſubjaceat,nec ad certum modum æſtimari debeat ; Verba a Pinello ex *d. l. abſentem* allegata non adverſantur, habent caſum ſingularem 22
ab hoc plane diverſum, ſcilicet, quod in criminalibus contra contumaces eodem modo judicialiter procedendum ſit, ſicut in judiciis privatis, non quod illæ his graviores non ſint, aut advocatus ratione rei inæſtimabilis ſalvatę majus honorarium non mereatur, ex quo â diſparatis non fit illatio. *l.fin.ff.de calumniat.l.20.ff.de minorib.l.* 10. *Cod. de donat.int.vir.& uxor.* Quod demum Pinellus alle- 23
gare voluit minus ſtudii & curæ advocatis eſſe in cauſis criminalibus quam civilibus, quilibet dijudicabit; Magonius *decis.Florent.*12.*n.*1. ait, qui defendit clientem ab impetitione homicidii, ſalarium ejus dici mercedem eximii laboris & æſtimationem vix recipere; Ut exemplo demonſtrem, agitata fuit cauſa capitalis annis non pridem lapſis in tribunali non procul hinc diſtante Generoſi cujuſdam Comitis,& acta ad extraneos Doctores,privatos tamen pro concipienda ſententiâ tranſmiſſa, iisque pro ſola relectione actorum & decreto concipiendo nonaginta imperiales exſoluti fuerunt, hinc facilè colliges, quod non leve ſtudium patrono fuerit, quamvis Reum non totaliter ab ultimo ſupplicio, tamen â ſeveriore liberarit.

Non diſcedo ab opinione Bartoli, modo cauſa 24
talis ſit quæ magnos labores tantoque honorario

D 5 ali-

aliquatenus correſpondentes habeat, abſurdum enim foret pro quavis capitali cauſa excedens ſala-
25 rium exigere, licet in hac ordinariè majus debeatur quam in cauſa civili, Trentacinquius *d. reſolut.* 1. *n.* 14. Nec authoritas Pinelli alioquin doctiſſimi me à communi Doctorum opinione dimovere poteſt, voluit idem *in d. tract. ad l.* 1. *Cod. de bon. ma-*
26 *tern. part.* 3. *a n.* 19. *per plures ſeq.* communem & ab univerſa juris prudentiæ ſchola receptā ſententiam circa privilegia donationis remuneratoriæ obſtinato ſtudio evertere, ut quaſi ſententiam illam omni jure deſtitutam ſua opinione relinquat, ſed quam parum fœlici conamine, demonſtrat Joannes Garſias. *tract. de donat. remunerat.* qui eum hac de cauſa *n.* 4. perſtringens addit, quaſi verò in eo ſit Pinello ſita & poſita laus, ſi quo jure quàve injuriâ univerſas & univerſè acceptas ſententias ad internecio-
27 nem uſque deſtruat & evertat. Inito igitur pacto de certo ſalario totius litis à principio, alia poſtmodum conventio de uberiore ſalario pendente lite non valet Speculator *tit. de ſalario advocat. n.* 5. Jacob. Gothofredus. *de ſalario. c.* 5. *§.* 8. rationem dat, quod ſibi advocatus imputare debeat, qui litis magnitudinem æſtimare non potuerit, exemplo artificis, qui per averſionem opus faciendum conduxit, ne & alias creſcente periculo eoq; clientibus objecto advocati quidvis extorqueant, idcirco omnes pactiones inter advocatum & clientem pendente lite prohibentur. *l.* 6. §. 2. *C. de poſtulando*, limitat tamen Speculator, ſi advocatus ab initio non convenerit de toto licet recepiſſet ſalarium pro conſilio
28 unius diei. Solet & palmarii id eſt victoriæ nomine

(cum.

(cum palmarium dicatur à palma, quę victoriam denotat) certum quid, advocato promitti, *d. §. ſi cui cautum.* ita tamen, ut hoc in iis centum aureis computetur, *d. §. ſi cui.* Speculator. *d. loc. n.* 2. è contra quod centum aureos excedere poſſit, docet Berlichius, *d. concluſ. 9. n. 76.*

Sed cum à quibuſdam conventiones de palmario improbentur, quod propter illud arrepto nimio affectu ad cauſam advocati ſtudeant per fas & nefas omneſque verſutias obtinere, ne laborem ſuum perdant in ſummum Reipublicæ damnum, cui utilius ſit omnem materiam calumniandi removeri abbreviarique lites; Advertendum, hos non damnare eas quæ cauſâ peractâ ineuntur, ceſſantibus hoc caſu rationibus & motivis, ex quibus illicitas & invalidas dicunt, modò ex libera & inconcuſſa clientis voluntate palmarium oblatum ſit vel de eo conventio inita, textus in *l.* 1. §. 12. *ff. de var. extraord. cognit.* pro ut in ſimili finitâ lite pactum de re quapiam quæ in lite fuit, ut eam advocatus pro honorario habeat, non improbatur, nihil enim in ſe vitii habet. 29 30

Quod ſi lite nondum finitâ palmarium in caſum victoriæ promiſſum eſſet, diſtinguit Salicetus. 1. an ea lege certum promiſſum ſit, quod ſi advocatus vincat, habeat illud, ſin minus, nihil planè nequidem ſalarii nomine. 2. vel an cliens advocato palmarium ita promiſerit, ut ſive vincat ſive non, legitimum tamen ſalarium vel ejus nomine certum quid habeat, 3. vel utrum cliens palmario promiſſo nullam ſalarii mentionem fecerit. 31

Prio-

100. *Fidejuſſor an poſſit ſalarium recipere pro actu fidejuſſionis?*

101. *Actus fidejuſſionis eſt debitum charitatis & miſericordiæ.*

102. *Ad quod quis tenetur, pro eo mercedem accipiens, turpiter facit.*

103. *Fidejuſſio magnas habet difficultates & pericula.*

104. *De fidejuſſore ſententia Salamonis.*

105. *Pro fidejuſſione licet quid paciſci, extenditur etiamſi pignus daretur.*

106. *Generaliter verum non eſt, ut, ad quod quis tenetur, id gratis facere debeat.*

107. *Pro fidejuſſione nihil accipere honeſtius eſt, ſi non ſubeſt periculum.*

108. *Sequeſter an ſalarium exigere poſſit? reiicitur quorundam diſtinctio.*

109. *Sequeſter fructuum habet ſalarium.*

110. *Depoſitarius ſi laborem & incommoda habet, pro eo ſalarium exigit, alias non.*

111. *Depoſitum pro ſalario irregulare eſt.*

112. *Adminiſtrator bonorum debitoris communis habet ſalarium.*

113. *Pro depoſito proprio non debetur merces, & illa ſoluta repeti poteſt.*

114. *Pro depoſito facto in gratiam depoſitarii nullum debetur ſalarium.*

115. *Teſtes alimenta & ſumptus itineris habens tam adeundo, quam redeundo & morando in loco teſtimonii dicendi.*

116. *Quantitas ſumptuum teſtis arbitrio judicis æſtimatur.*

117. *Nobili, perſonæ honoratiori, ſeni, infirmo vel ad eundum inepto ſumptus vecturæ equorum debentur.*

118. *Etiamſi propriis equis uſi fuerint.*

119. *Mulieri prægnanti debetur vectura, ſi abſque periculo accedere non poſſit.*

120. *Ruſticus & robuſtus pedes adire debet.*

121. *Peccatum eſt dare pauperibus nimis delicata cibaria.*

122. *Conſtitutio Carolina teſtibus plebeis certum quid in dies ſingulos aſſignavit.*

123. *Teſti de longinquis evocato in via ægrotanti debentur ſumptus erogati in infirmitate.*

124. *Teſti non defalcatur id quod domi conſumpſiſſet.*

125. *Reſpondetur argumentis contrariis.*

126. *Teſtis non exigit ſalarium pro tempore inſumpto.*

127. *Teſtis, dicit teſtimonium gratis.*

128. *Teſtis qui ex operis diurnis ſe & familiam alit, diurnam mercedem ceſſantem repetit.*

129. *Teſti damnoſum eſſe non debet ſuum teſtimonium.*

130. *Reſpondetur ad argumenta contraria.*

131. *Teſtis ſi habet laborem quem ſufferre non ſpectat ad teſtis officium, pro eo mercedem exigit.*

132. *Teſtis ſi a producente accepit ſumptus pro decem diebus & niſi per ſex abeſt, reſiduum reſtituit.*

133. *Teſtis ſi non abſumpſit quod ſibi datum eſt, ut qui ab amicis fuit invitatus, ſi ita datum eſt ut habeat ſimpliciter pro victu, retinet, ſi vero ita ut ad rationes ferat totum reſtituit.*

134. *Teſti qualiter damnum in itinere paſſum refici debeat a producente ſub diſtinctione.*

ADvocatis qui cauſis peragendis in judiciis quoquo ſtudio operantur. *l.* 1. §. *advocatos.*
1 *ff. de var. extraord.* primitus nihil pro patrocinio datum, ut & turpe inhoneſtum ac ſordidum fuerit
2 ea de cauſa quidquam accipere, Neronis tandem temporibus conſtitutum eſſe, ut juſta eis merces ſub laudatiſſimo honorarii palmarii ſeu ſolatii nomine â litigantibus exhiberetur; ex variis Scriptorum teſtimoniis deducit Tiraquellus *de nobilitate*
3 *cap.* 29. *n.* 21. *& ſeq.* de jure noſtro textus eſt in *d. l.* 1. §. *in honorariis & §. divus*, quod & decretis Canonicis, conſtitutionibusque Pontificum approbatur. *c. non licet.* 71. *XI. quaſt.* 3. ubi D. Auguſtinus, non licet judici vendere juſtum judicium, etſi liceat advocato vendere juſtum patrocinium, iiſdem fermè verbis in *c. non ſane XIV. quaſt.* 5. *c. Romana.* §. *nec etiam. de foro compet. in* 6. nam uti advocationis of-
4 ficium laudabile vitæque humanæ maximè neceſſarium eſt, ita præmiis & honoribus conveniebat remunerari, *l. laudabile.* 4. *Cod. de advocat. div. judic.*
5 Idcirco debetur ſalarium advocato, licet non fuiſſet de eo conventum. Conſtituitur alioquin vel annuum vel pro quavis cauſa pro modo litis, advo-
6 cati facundiâ, fori conſuetudine, & judicii in quo agitur obſervantiâ; Æſtimabitur autem pro qualibet cauſâ ſecundum licitam quantitatem â lege ad centum aureos determinatam. *d. l.* 1. §. *in honorariis. &* §. *ſi cui autem eſt*, Bartolus *in d. l.* 1. §. *divus Se-*

verus.

verus. Duarenus *cap.* 3. *ff. de poſtulando* Weſenbecius *in tit. Cod. de advoc. diverſ judic.* Ayrer. *in proceſſu hiſtorico part.* 1. *cap.* 1. *obſ.* 7. *n.* 5. ut ultra eam 8
ſummam non oriatur obligatio civilis nec actio detur. Guido Papæ. *decis.* 190. *n.* 2. unde Gloſſa in caſu *l.* 3. *Cod. de poſtul.* ait, ultra centum aureos turpiter accipi, etiam quantacunque ſit cauſa, licet de ingro regno, ut habet Speculator. *tit. de ſalar. advoc. n.* 1. *in fin.* niſi promiſſio ſalarii excedentis dictam 9
ſummam â cliente juramento vallata fuerit, ex quo tam de jure civili quam Canonico obligatio & actio oritur juxta Guidonem Papæ. *d. quæſt.* 190. *n.* 2. Trentacinquium *variar. reſolut. lib.* 2. *de poſtulando reſolut.* 1. *n.* 11. cum obligatio ſaltem naturalis ſub- 10
ſit, quæ ex contractu de jure reprobato propter conſenſum de jure gentium exſurgit *l.* 1. *ff. de novat. l. ſi pupillus.* 127. *ff. de verb. obligat.* nec pactio talis bonis moribus vel bono publico principaliter adverſetur, Gothofredus tamen *tract. de ſalario.* 11
cap. 7. *thes.* 6. *lit. a.* negat obligationem naturalem ex ea produci.

Ego in tanta cauſa maximè ſi gravis eſſet & in- 12
tricata ſalarium adeo non arctarem, videtur hoc quoque ſentire Speculator. *d. loc. n.* 2. dum ait quod olim ita fuerit, cum ſalaria advocatorum de publico dabantur, & par diſtributio advocatorum fieret â Judice, hodie verò liceat paciſci de quanta non de quota litis, idem velle Angelum refert Guido Papæ *dict. loc. circa fin.* accedit Gothofredus *in notis ad d. l.* 1. *in verbo palmarii*, dicens definitionem ſummæ hodie non ſervari, & ita in Curia Romana

 pra-

practicari & decidi videre eſt *in decis.* 65. *poſt. tract. de ſalario* Lanfranci Zacchiæ. nec eſt æquitatis, quod hac parum fœlici ætate eodem ſalario laborare advocatum cogendum putemus, quo tempore legis latæ factum extat, cum olim annona eſſet ſatis vilior hoc tempore, domus multò minori pretio conducebatur, ſervorum, ancillarumque ſalaria viliora & veſtium impenſa tenuior, ob id etiam judicibus ſalaria augenda eſſent juxta Menochium. *de arb. jud. quaſt. caſ.* 514. *n.* 10.

13 An, cum ſœpius & adverſarii malitia & cauſę pluriumque incidentium gravitate & inſtantiarum ſuccedente numero acta in tantum accreſcere videmus, ut Notarii pro deſcribendis iis ad memoratam ſummam mereantur, ſicut etiam atteſtatur Carpzovius *in proceſſu jurid. titul.* 18. *art.* 5. *numer.* 82. actorum copias ad plures quam ducentos imperiales quandoque excreviſſe, Advocato qui diurnis operis etiam nocturnas lucubrationes adjungens ſe defatigando rem fideliter peregit minus quam illis attribuendum dicemus? Unde quaſvis cauſas arduas in quibus magnis laboribus magnoq; ſtudio opus eſt, excipit Trentacinquius. *d. reſolut.* 1. *n.* 13. Finkelthaus *obſervat.* 98. *n.* 49. Lanfrancus Zacchias. *tract. de ſalario*
14 *quaſt.* 52. *n.* 106. & in Rota Romana receptum eſſe quod ſalarium advocati pendeat ex judicis arbitrio, qui id taxet correſpectivum ad laborem & tempus quo cauſa duravit, patet ex *decis.* 65. *n.* 6. *poſt tract. de ſalario* Zacchiæ.

15 Excipiunt etiam cauſas magnorum virorum, ut Epiſcoporum & Abbatum ſi eis quæſtio moveatur

de

de ſtatu dignitatis eorum nempe Epiſcopatus ſeu Abbatię. Sichardus *ad Cod. tit. mandati. l.* 1 *in fin.* Pariſius *vol.*4. *conſil.*105. *n.* 20. & 21. Lanfrancus Zacchias *d.quæſt.*52.*numer.* 104. Berlichius *part.* 1.
concl. 9. *num.* 71. Idem de Principe dices ſi ei quæ- 16
ſtio ſtatus aut natalium moveri contingat,
aut ſi de vita hominis ſalvanda litigetur, quo 17
caſu nullum volunt eſſe taxatum ſalarium â jure, ut etiam maximum accipere liceat. Bartolus *in l. ſi pater.* 34. §. *fin. ff. de donat.* Baldus *in margarita. verb. advocato licet certo.* Pariſius & Berlichius *citatis locis* Menochius *de arbit. jud. quæſt. cas.* 513. *n.* 4. Decius *in l. creditori. n.* 4. *Cod. de pactis* Jaſon. *in* §. *tripli. inſt. de action. num.* 53. Sichardus *in d. l.* 1. *num.* 7. & *in d. l creditori. num.* 7. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 29. *num.* 37. Trentacinquius. *d. reſolut.* 1. *num.* 12. Lanfrancus Zacchias *d. quæſt.* 52. *num.* 99. Finkelthaus *d. obſ.* 98. *num.* 49. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 7. *theſ.* 10. *lit. a.* Fridericus Hiltrop *in proceſſ. judiciar. part.* 1. *tit.* 20. *de ſalario advocat. numer.* 13. addens præter rationem ſuperius allegatam, quod olim lis ultra triennium non protrahebatur, hodie ſecus.

Quos, maximè Bartolum & ſequaces incau- 18
tæ & ineptæ exceptionis arguere voluit Arius, Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bon. matern. part.* 3. *n.* 62. *verſ. infero vigeſimo octavo* ex ratione *l.* 1. §. *quod autem. ff.*
de aleator. quod generaliter prolata generaliter ac- 19
cipi nec reſtringi debeant, & inter cauſam criminalem & civilem diſtinctio in dubio non detur. *l. abſentem*

tem. 5. ff. de pœnis ibi: *ſecundum morem privatorum judiciorum*, minuſque ſtudium in illa quam in hac requiratur; Cum tamen Paulus de Caſtro dicat
20 non eſſe tutum recedere ab opinione Bartoli, qui tantâ etiam per Hiſpaniam refulſit authoritate, ut publicâ conſtitutione ſancitum fuerit, ne in contrarietate Doctorum ab opinione ejus in judicando recederetur, quem juris lucernam, lucem & illuminatorem juris dicit poſt Jaſonem Thomas Grammaticus *decis. Neapolit. 63. num. 15.* cujus laudem magis deduxit Tindarus. *tract. de teſtibus lib. 1. cap. 1.*
12 ſic non immeritò vereor, ne inconſideranter & acerbè nimis eum tantoſque illi adhærentes Doctores cenſurare præſumpſerit, regulâ ſuâ generali innixus, cujus varias reſtrictiones collegit Everhardus *in loc. legalib. loc. 78. à ratione legis ad reſtrict. ipſius legis.* fit enim reſtrictio generalitatis, ſi ex alia lege ratio reſtrictionis manifeſta ſit, *l. quamvis. 11. ff. de in jus voc.* ſicut in hoc caſu ex ratione & deciſione legis *ſi pater.* §. 1. *ff. de donat.* legem 1. *§. ſi cui ff. de variis extraord. cognit.* reſtrinxerunt argumento *l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* habet enim, ſi quis aliquem â latrunculis vel hoſtibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hæc donatio irrevocabilis eſt, nam merces eximii laboris appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit, addit Gloſſa, ſicut enim homo non æſtimatur *l. juſtiſſimè ff. de ædilit edict.* ita nec quod ſalutis ejus cauſa datur, & Gothofredus *in notis ibid.* quod talis donatio in infinitum aſcendere poſſit, nec revocetur ut immodica quantumvis in-

inſinuata non ſit; Ex quibus ratio reſtrictiva ſat pateſcit, quod nempe talis donatio vel honorarium contemplatione ſalutis ſalvatæ generali legum definitioni non ſubjaceat,nec ad certum modum æſtimari debeat ; Verba a Pinello ex *d. l. abſentem* allegata non adverſantur, habent caſum ſingularem 22
ab hoc plane diverſum, ſcilicet, quod in criminalibus contra contumaces eodem modo judicialiter procedendum ſit, ſicut in judiciis privatis, non quod illæ his graviores non ſint, aut advocatus ratione rei inæſtimabilis ſalvatę majus honorarium non mereatur, ex quo â diſparatis non fit illatio. *l.fin.ff.de calumniat.l.*20.*ff.de minorib.l.* 10. *Cod. de donat.int.vir.& uxor.* Quod demum Pinellus allegare voluit minus ſtudii & curæ advocatis eſſe in 23
cauſis criminalibus quam civilibus, quilibet dijudicabit; Magonius *decis.Florent.*12.*n.*1. ait, qui defendit clientem ab impetitione homicidii, ſalarium ejus dici mercedem eximii laboris & æſtimationem vix recipere; Ut exemplo demonſtrem, agitata fuit cauſa capitalis annis non pridem lapſis in tribunali non procul hinc diſtante Generoſi cujuſdam Comitis,& acta ad extraneos Doctores,privatos tamen pro concipienda ſententiâ tranſmiſſa, iisque pro ſola relectione actorum & decreto concipiendo nonaginta imperiales exſoluti fuerunt, hinc facilè colliges, quod non leve ſtudium patrono fuerit, quamvis Reum non totaliter ab ultimo ſupplicio, tamen â ſeveriore liberarit.

Non diſcedo ab opinione Bartoli, modo cauſa 24
talis ſit quæ magnos labores tantoque honorario

aliquatenus correſpondentes habeat, abſurdum enim foret pro quavis capitali cauſa excedens ſalarium exigere, licet in hac ordinariè majus debeatur quam in cauſa civili, Trentacinquius *d. reſolut.* 1.*n.*14. Nec authoritas Pinelli alioquin doctiſſimi me à communi Doctorum opinione dimovere poteſt, voluit idem *in d. tract. ad l.* 1. *Cod. de bon. matern. part.* 3. *a n.* 19. *per plures ſeq.* communem & ab univerſa juris prudentiæ ſchola receptā ſententiam circa privilegia donationis remuneratoriæ obſtinato ſtudio evertere, ut quaſi ſententiam illam omni jure deſtitutam ſua opinione relinquat, ſed quam parum fœlici conamine, demonſtrat Joannes Garſias. *tract. de donat. remunerat.* qui cum hac de cauſa *n.*4. perſtringens addit, quaſi vero in eo ſit Pinello ſita & poſita laus, ſi quo jure quàve injuriā univerſas & univerſè acceptas ſententias ad internecionem uſque deſtruat & evertat.

25

26

27 Inito igitur pacto de certo ſalario totius litis à principio, alia poſtmodum conventio de uberiore ſalario pendente lite non valet Speculator *tit. de ſalario advocat. n.* 5. Jacob. Gothofredus. *de ſalario. c.* 5. *§.* 8. rationem dat, quod ſibi advocatus imputare debeat, qui litis magnitudinem æſtimare non potuerit, exemplo artificis, qui per averſionem opus faciendum conduxit, ne & alias creſcente periculo eoq; clientibus objecto advocati quidvis extorqueant, idcirco omnes pactiones inter advocatum & clientem pendente lite prohibentur. *l.* 6. §. 2. *C. de poſtulando*, limitat tamen Speculator, ſi advocatus ab initio non convenerit de toto licet recepiſſet ſalarium pro conſilio unius diei.

28 Solet & palmarii id eſt victoriæ nomine (cum.

(cum palmarium dicatur à palma, quę victoriam denotat) certum quid, advocato promitti, *d. §. ſi cui. cautum.* ita tamen, ut hoc in iis centum aureis computetur, *d. §. ſi cui.* Speculator. *d. loc. n.* 2. è contra quod centum aureos excedere poſſit, docet Berlichius, *d. concluſ. 9. n. 76.*

29 Sed cum à quibuſdam conventiones de palmario improbentur, quod propter illud arrepto nimio affectu ad cauſam advocati ſtudeant per fas & nefas omneſque verſutias obtinere, ne laborem ſuum perdant in ſummum Reipublicæ damnum, cui utilius ſit omnem materiam calumniandi removeri abbreviarique lites; Advertendum, hos non 30 damnare eas quæ cauſâ peractâ ineuntur, ceſſantibus hoc caſu rationibus & motivis, ex quibus illicitas & invalidas dicunt, modò ex libera & inconcuſſa clientis voluntate palmarium oblatum ſit vel de eo conventio inita, textus in *l.* 1. §. 12. *ff. de var. extraord. cognit.* pro ut in ſimili finitâ lite pactum de re quapiam quæ in lite fuit, ut eam advocatus pro honorario habeat, non improbatur, nihil enim in ſe vitii habet.

31 Quod ſi lite nondum finitâ palmarium in caſum victoriæ promiſſum eſſet, diſtinguit Salicetus. 1. an ea lege certum promiſſum ſit, quod ſi advocatus vincat, habeat illud, ſin minus, nihil planè nequidem ſalarii nomine. 2. vel an cliens advocato palmarium ita promiſerit, ut ſive vincat ſive non, legitimum tamen ſalarium vel ejus nomine certum quid habeat, 3. vel utrum cliens palmario promiſſo nullam ſalarii mentionem fecerit.

Prio-

32 Priori caſu, quamvis ſub iſto palmarii genere etiam ſalarium in compenſationem laboris contineatur, de quo conventio, modo ordinarium ſit, ante litem finitam valida eſſe poteſt, approbanda tamen eſt eorum ſententia, qui pactum tale ut invalidum & illicitum rejiciunt, idque propter metum calumniæ, ne advocati tali lucro & compendio capti per fraudes & mendacia graſſentur, ſcientes amiſsâ causâ ſe fruſtra laboraſſe, illæ enim pactiones cenſentur invalidæ quibus præbetur occaſio peccandi, argumento *l.* 27. §. 3. *ff. de pactis* Paulus de Caſtro *in. l. ſi quis advocatorum.* 5. *numer.* 5 *Cod. de poſtulando.* Trentacinquius *variar. reſolut lib.* 2. *de poſtulando. reſol.* 1. *n.* 4. Menochius *caſ.* 521. *n.* 7. Lauterbach *ſingulari diſput. de palmario, theſ.* 28.

33 Altero caſu, promiſſo præter legitimum ſalarium palmario quodam, conventionem licitam declarant alii. Jac. Gothofredus *de ſalario thes.* 7. *lit. b.* Pileus Modicenſis *quæſtion. juridicar.* 54. Barthol. Brixienſis *quæſtion. dominical.* 72. Alii vero invali-
34 dam & illicitam decernunt Dominicus Soto *tract. de juſt. & jure lib.* 5. *quæſt.* 8. *art.* 4. ibi: *palmarium eſt prohibitum paciſci, quidquid econtra nonnulli gloſſatorum muſſitent, ne per hoc offeratur occaſio fraudibus & technis nefandis excogitandis pro victoria obtinenda.* Joa. Bapt. Plotus. *tract. de in litem jurand.* §. 16. *n.* 9. *verſ. ſive paciſcatur de certa quantitate vel re in caſu victoria, ſive ſub conditione ſi vincat ultra ſalarium debitum.* Diſtingunt alii, u-
35 trum promiſſa quantitas palmarii modica ſit, an magna

magna & exceſſiva, in illa pactum admittunt, in hæc verò damnant, quod ex ea reſultet præſumptio fraudis. Paulus de Caſtro. *d.l. ſi quis. numer.* 3. Trentacinquius *d. reſolut.* 1. *n.* 4. Lanfrancus Zacchias *de ſalario. quæſt.* 52. *n.* 88. ibi: *ſi promittatur in caſum victoriæ aliquid plus, pactum eſt licitum, modò illud plus moderatum ſit & non in magno exceſſu* Gothofredus. *d. thes.* 7. *lit. d.* Carpzovius *lib.* 3. *tit.* 1. *reſpons.* 1. *numer.* 16. ibi: *& poteſt advocatus firmiter paciſci cum litigatore in principio vel fine cauſæ, ut certa ſibi quantitas ſolvatur pro ſuo labore ſive vincat ſive non, & de certo aliquo palmario ſibi dando ultra ſtipendium ſi vicerit, dummodo ſit moderatum.* Videtur etiam quod Speculator, *tit. de ſalario advocatorum numero* 2. eo condeſcendat, dum dicit quod liceat paciſci advocato, ut habeat decem ultra ſalarium. Hanc 36
diſtinctionem admittit Lauterbach. *d. diſput. thes.* 30. circa modicum palmarium ſi de eo ante litem cœptam & priuſquam cliens advocato ſecreta cauſæ denudaverit, & ab eodem in fidem receptus ſit, conventio inita fuiſſet, alias non validari, ſed nullam eſſe quamvis in modico conſiſtat ſi lite pendente, vel etiam poſtquam advocatus clientem in fidem recepit, convenerint, propter metum & ſuſpicionem concuſſionis, & ne metu periculi clientibus objecto advocati quidvis ab eis extorqueant, Et ut Quintilianus loquitur periculis pretia imponant, cum enim poſt ſecreta cauſæ communicata clienti tutum non ſit, advocatum offendere & ab eo recedere, propterea ipſum omnia ob timorem litis ad-

advocato promittere cenſeri, eamque ob cauſam omnes pactiones, contractus inter advocatum & clientem prohiberi *l.6.§.2.C.de poſtul.* à qua generali diſpoſitione nec palmariũ excipi; Imo *theſ.*32.
37 adjicit, ſi ratio & juris analogia reſpiciatur, etiam in modico palmario quamvis ante litem promiſſo pactum non valere, quia à pactione de minima quota aut parte litis ad promiſſionem de modico palmario valeat argumentum, quæ ſententia ſi in praxi eſſet ſtrictè tenenda, nunquam aut rariſſimè advocati de palmario gauderent, ſunt enim finità cauſâ clientibus ſuis ut diaboli, teſte Magonio.
Quidquid ſit priori Doctorum diſtinctioni tuto in-
38 hæreri exiſtimo, licet enim pactum de minima quota litis reprobatum eſſe velint, non ideo modicum palmarium reprobabitur, cum hoc nullo textu expreſſè prohibeatur, nec eſt veriſimile quod advocatus pro modico quodam, quod ultra ſalarium accipere ſperat, per calumnias & fraudes ſe proſtituturus ſit, qui causâ perditâ nihilominus ſalarium conſequitur, quam diſtinctionem etiam Theologi approbant, Angelus de Calvaſio *in ſumma. verb. advocatus n.* 15. Paulus Layman *in theolog. morali lib.* 3. *tract.*4.*c.*26.*n.*10, quippe quod promiſſio palmarii modici per ſe mala non ſit, quamvis dicatur cauſam dari advocato ad fraudes committendas, non ideo tamen ſequitur, eum pro modico lucello commiſſurum, cui abſque eo labores conſueto honorario compenſantur, Paulus de Caſtro *d. l. ſi quis. n.* 3. facit *c. etſi quæſtiones.* 18. *ext. de ſimonia.* modicum vero vel exceſſivum quodnam dicatur, juxta cauſæ,
tem-

temporis & perſonarum circumſtantiam judex æſtimabit. In caſu tertio, quando cliens in caſum 39
victoriæ, 50. promiſit nullâ ſalarii mentione factâ, pactum hoc validum ait Salicetus, quia licet cauſâ ceciderit, advocatus tamen ſalarium petere poſſit, Lauterbach. *d. diſput. theſ.* 33. per ante dicta defendit contrarium, ad quem lectorem remitto. Sed an 40
palmarium in caſu vetito promiſſum accedente juramento teneatur cliens ex vinculo religionis advocato præſtare? Quidquid alii de jure Canonico contendant & dubitent, præſtandum ajo, quid enim ſi juramento promittens uſuras eas ſtipulanti exſolvere tenetur, *c. debitores.* 6. *extr. de jurejurand.* cur non cliens palmarium? cum uſuræ jure Divino & naturali prohibitæ ſint, palmarium vero ex ſola ratione legis & præſumptione fraudis intentandæ vetatur; ideo id, quod hanc promiſſionem palmarii bonis moribus adverſari à quibuſdam dicitur, intelligendum eſt de cenſura legis, eſt enim contra bonos mores legi contraire, non quod ex natura ſua bonis moribus contrarietur, ſicut & de ſalario 100. aureos excedente determinant Guido Papæ *deciſ.* 190. Lanfrancus Zacchias *de ſalarib. cap.* 52. *n.* 97. ſed an ſoluti repetitio detur, videbis infra. *cap.* 12. *n.* 62. *& ſeq.*

Caveant advocati ne de quota litis paciſcantur, 41
id ſub pœna amotionis à foro prohibetur, de qua Farinacius & alii copioſè ſatis habent, nec meum eſt extra metam dilabi.

Interim licet viliſſimum ſit pro minimo ſalario 42
patrocinari, & advocatus competentiam ſervare teneatur, juxta magnitudinem cauſæ & laboris, Franciſcus

ciſcus Vivius *decis.* 123. *n.* 1. monet tamen Tiraquellus *de Nobilitate c.* 29. *n.* 48. poſt Gloſſam *in l. quiſquis verb. habeat. C. de poſtulando.* non debere advo-
43 catum à cliente ſuo, qui forſan ſuperflua non habet rigidius ſalarium exigere, ſed donata hilari vultu acceptare, allegans verſus quos d. gloſſa ex Catone adducit.

Exiguum munus dum dat tibi pauper amicus.
Accipito placidè, & plenè laudare memento.

44 Pro ſordidis habiti ſunt qui pecuniam magis quam clientum cauſas curant, & honeſtum ſalarium in avaram negotiationem & licitationem vitioſâ metamorphoſi convertunt, idcirco M. Tullio objectum fuit â Saluſtio, quod ſanguine & periculis reorum immenſas ſibi opes comparaverit, contra ſanctionem legis Cinthię, & quod domum magnificentiſſimam unâ actione â L. Scilla nactus ſit, objectum fuit Demoſtheni quod argentanginam ſive argyranchem pateretur, cum argento victus cauſam ulterius non defenderet, ſimulans laborare anginâ, exprobravit avaritiam M. Tullius Hortenſio, qui cum Verrem defendendo â quo Sphyngis ſimulachrum pretioſum antiquitatis monumentum extorſerat, allegaret ſe ænigmata Tullii in actionibus propoſita non intelligere, reſpondens ſe id mirari cum ipſe Hortenſius Sphyngem domi haberet quæ ei ęnigmata facile explanaret, de ſimilibus vide Tiberium Decianum. *in apologia adverſus Alciatum. cap.* 32. *à n.* 157. *uſque ad finem.*

45 Si clericus & beneficiatus perſonis conceſſis patrocinium præſtitit, quod ſalarium exigere ipſis prohibitum ſit, videri poſſet ex *c. un. XV. quæſt.*

quaſt. 2. ubi Clericus pro patrocinio munera recipiens ſicut uſurarius deponendus eſt; unde Innocentius *in c.* 1. *extra de poſtulando n.* 1. & Angelus de Calvaſio *in ſumma verbo Advocatus n.* 6. ajunt, quod in ſacris conſtituti & beneficiati, licet coram judice Eccleſiaſtico patrocinari poſſint, nihil tamen pro ſalario quęrent, ſed ſpontè oblatum recipient, & Antonius Franciſci *in notis ad Abbatem in c. quia pleriq;* 8. *extr. de immunit. Eccleſ. n.* 32. *lit. b.* gloriatur, ſe ſemper ſolitum eſſe à clientibus ſponte oblatum accipere, nihil unquam petere, idque tutius pro conſcientia ſtatuit; Abb. Panormit. *in c.* 1. *in fin. ext. de poſtul*, referendo variorum ſententias nihil definit.

46 Sed illum canonem in deſuetudinem abiiſſe, nec moribus utentium unquam approbatum eſſe, teſtatur Gloſſa *in d. c. un. ad rubricam.* Speculator *tit. de advocat. ſalariis n.* 20. Decius *in l. creditori. n.* 3. *Cod. de pactis.* Tiraquellus *de nobilitate dict. cap.* 29 *n.* 30. nemo enim tenetur de ſuo alteri facere beneficium, *c. precaria* 4. *X. quaſt.* 2. Et ita determinandum erit, cum Gloſſæ authoritas ſit maxima, & omnes ſuperet authoritates, adeo ut ſi unum famoſum Doctorem poſt ſe habeat, ab ea in judicando recedendum non ſit. Baldus *in l. cum hæreditas. Cod. depoſiti* Everhardus ſenior *conſil.* 15. *n.* 4. Everhardus *in locis legalibus. loco à contrario ſenſu n.* 42. quales hic adeſſe & Speculatorem, Decium & Tiraquellum pro famoſis habendos nemo dubitabit; Et hæc de Clerico Eccleſiaſticis ſtipendiis præbendato, quin iis carentes licitè pro patrocinio juſtum honorarium accipiant, extra aleam eſt; An autem Clerici in ſacris conſtituti poſſint pro aliis in cauſis civilib:

47

48

E extra

extra perſonas conceſſas in *c.clerici* 1.*& c.cum ſacerdotis* 3.*extr.de poſtuland.* in foro ſeculari poſtulare, accuratè dilucidat Fagnanus *in d.cap.* Quidquid interim ſit, de obſervantia nemině ab advocatura arceri videmus, quia advocati non ipſi ad tribunalia eunt moderno tempore, ſed domi allegationes & conſilia conſcripta per procuratores exhiberi faciunt, quod licere, & ita Romæ quotidie practicari concedit idem Fagnanus *in d.c.clerici.n.*20.22. nec in hoc peccare ſacerdotes quantumcunq; beneficiati ſint, nec quicquam honeſtati clericali detrahi per exhibitionem patrocinii, quod extrajudicialiter & ſine ullo judicii ſtrepitu exercetur, oſtendit Lotterius *de re beneficiaria lib.*1.*in apparatu n.*158. nec obeſſet, ſi clericus extra judicium adiret judicem, eumq; informaret, quia poſtulare propriè eſt in judicio pro tribunali petere, & non alibi, *l.*4.*§.hoc autem judicium.ff.de damno infecto.*

49 Honorarium ſeu ſalarium hocce tam partes ipſæ litigantes, quàm legitimi adminiſtratores & tutores conſtituere poſſunt, Jac.Gothofr.*de ſalar.c.*2.§.11.
50 argum.*l.*1.§.6.*ff.de tutel.& rat.diſtrah.* poteſt enim tutor in remunerationem laboris rebus & negotiis minoris impenſi donare, *l.qui filium* 4.*ff.ubi pupil.educ.deb.* cum donatio remuneratoria magis debiti ſolutio ſit, quã donatio, Gomeſ.*ad ll.Tauri.l.*29.*n.*23.hoc ſolum intereſt, quod conſtituentib. his modicum eſſe debeat & labori congruum, & quod advocatus in litibus reverà laboraſſet; unde advoca-
51 tus à minore ſalarium conſtitutum petens, de labore ſuo docere debet. Lanfr. Zacchias *de ſalario q.*52.*n.*7. ſicut in donatione remuneratoria per admini-

ſtra-

ſtratorem facta conſtare debet de bene meritis, nec ſufficit, quod adminiſtrator ea confiteatur. Monoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſt. c.* 24. *n.* 30. Gomez *d.l.* 29. *n.* 23. ubi dicit, ſi donatio à patre alteri ex filiis ob bene merita facta ſit tanta, quæ legitimæ cæterorum præjudicet, ita ut eam conferre non debeat, quod non ſufficiat confeſſio patris etiam juramento firmata, ſed benemerita à filio probari debeant; Indeque ita judicatum eſſe, ut minor ab impetitione advocati, qui ſalarium à tutore conſtitutum habuerat, patrocinium verò ullum in lite factum docere non poterat, viſâ & reviſâ cauſâ abſolveretur, ſe teſtem oculatum dicit. Monoz *d. tract. cap.* 27. *n.* 43. 52

Poteſt etiam ipſemet tutor advocatus, ſi in cauſis pupilli ſui patrocinium præſtiterit, honorarium poſtulare, quamvis pro tutela ſalarium conſtitutum habeat. Monoz *d. cap.* 27. *n.* 52. *& ſeq.* Lanfrancus Zacchias *de ſalario quaeſt.* 52. *n.* 23. Cruſius *ad ſtatuta Mindenſia lib.* 2. *tit.* 3. *deciſ.* 1. cum qui duorum vice fungitur utriusque ſalarium habere debeat, *l. hiis ſcholaribus* 14. *Cod. de erogat. milit. annon.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 44. *n.* 8. & officium tutori non oporteat eſſe nocivum, maximè quod hoc patrocinium ſit extra tutoris officium, & huic licuerat alium advocatum adire pro lite proſequenda, eique ſalarium conſtituere, imo præſumptio eſt pro tutore, quod fidelius cauſam agat juramento ad tutelam adſtrictus, & ita judicatum refert Monoz. *d. c.* 27. *n.* 53. 53 54

Quod ſi advocatus cum cliente ſuo de certo ſalario convenit, debetur hoc ipſi lite quamvis ad finē non deductâ, modo per advocatū non ſtetit, quo minus 55

ad finem perducatur. *l.1.§.divus.de var.extraor.cog. l.qui operas* 38.*§.*1.*ff.locati.* Gloſſ. *in l. ex conducto* 15.§.*item cum quidam nave.verb.perſonis.verſ.cum autem quis operas ff.locati.*Gail.*lib.*1.*obſ.* 44.*nu.*12. Græveus *ibi.n.*19.Gylman.*voto.Camer.tom.*2.*part.*
56 1.*vot.*27.*n.*2. Capycius *deciſ.*125. ſicut à ſimili privilegium per non uſum non amittitur, ſi nunquam venit occaſio utendi, licet per plurimos annos ſteterit, & juriſdictioni non pręſcribitur, ſi exercitium ejus & caſus exercendi ſe non obtulerit. textus eſt notabilis *in l.Et Attilicinus ff. de ſervit.præd.ruſtic.*

57 Unde lite inter partes tranſactione vel amicabili compoſitione ſopitâ, advocatus promiſſum ſalarium vel palmarium petere poteſt, modo per eum non ſteterit, quo minus judicialiter per ſententiam cauſa pro cliente ſuo finita fuerit. Grævæus ad Gailium *d.obſ.*44.*n.*10. Magonius *deciſ.florent.*12.*n.*3. Gylmannus *d.vot.*27.*n.*5. Sichardus *ad l.unic. n.* 13. *C.de ſuffragio.* Franciſc. Vivius *comm. opin. lib.*2.*opin.*8. Soarez. *theſaur. recept. ſentent. lit. A.* 105. Carpzovius *definit.forenſ.part.*1.*conſt.*1.*def.*34.*n.*5. Bartholus Brixienſis *quæſt. dominical.*72. Cum &
58 iſta tranſactio ſeu amicabilis compoſitio cauſæ victoriam ſapiant, vel quaſi per advocatum non ſteterit, quo minus vincat. Gloſſa *ad d.l.unic.verb. petere debuiſſet. C.de ſuffragio.* Et ſecundum ea in judicio aulico Generoſi Comitis Tecklenburgenſis agente vidua Doctoris Lions contra Prænobilem von Diepenbrock anno 1675. die 4. Maji ad relationem Doctorum & Profeſſorum gymnaſii facultatis juridicæ Bremenſis judicatum eſt. Conſonat Gloſſa *in l.fin. verb. eventu litis ff. mandati* dicens: quod ad-

vocatus, qui pactus eſt certum in eventum litis ſi vincat cliens, ſibi dari v. gr. centum, poſtea tranſactio facta eſt, quaſi obtinuerit, poſſit ea petere. Cui aſſentior, ſi cliens per tranſactionem intentum obtineat, argumento *l. cum ſervus.* 104. *ff. de verb. obligat.* Altero eventu diverſimodè Doctores diſtinguunt, quos breviter referam. 59

Si ergo cliens per tranſactionem non obtineat, quod intendebat, aut cliens in fraudem, vel etiam inconſulto vel invito advocato tranſegit, aut de conſilio advocati, quia res forſan erat dubia, priori 60
caſu ad totum ſalarium promiſſum tenebitur, cum dolus & imprudentia nemini patrocinetur, & ſibi cliens imputare debeat, quod fortè parum conſecutus ſit, cum conſequi potuerit, argum. *l. ſi dictum* 56 *§. 1. ff. de evictiom. l. ſi noxali.* 11. *§. quod. ff. de peculio.*

Poſteriori caſu, nihil palmarii nomine, ſed ſalarium obtinet pro rata ſervitii. Speculator *tit. de ſalario advocat. n.* 8. Græværus ad Gailium. *d. concl.* 44. *num.* 12. Hoc abſque dubio procedit, quando advocato à cliente ſuo, dum ei victoriam certò promiſit, fiduciâ tali conceptâ amplum ſalarium promiſſum eſt, & in cauſæ progreſſu niſi amicabili tranſactione quaſi coactus cauſam componeret, victoriæ periculum probabile immineret. 61

Diſtinguit aliter Lanfrancus Zacchias *tract. de ſalario quæſt.* 52. *n.* 55. an advocato promiſſum ſit ſalarium, ut cauſam ad finem litis defenderet, vel tantum pro victoria cauſæ, & priori caſu pro rata ſervitii deberi, poſteriori, ſi tempore tranſactionis aliquo modo conſtet de victoria obtinenda, velut per documenta, confeſſionem partis, vel per teſtes, 62

deberi integrum reſolvit, aliàs pro rata ſi jura non erant producta & litis eventus incertus, & actor bonâ fide tranſegit.

63 Quoad palmarium diſtinguit Sichardus *in d. l. unic. n.* 13. *Cod. de ſuffrag.* aut tranſactio facta eſt interveniente advocato vel non, ſi intervenit tum conſenſit, nihil ergo habebit nomine palmarii, aut non intervenit, & tunc eſt certum, advocatum poſſe docere ſe probabiliter victurum fuiſſe ob juſtitiã cauſæ, eo caſu debetur palmarium, ſi autem id docere nequeat, ut quia de caſu ſatis dubio agebatur, certè palmarium non debetur, ſalariũ interim non denegabitur; hæc ille, & ratio eſſe poteſt, quod in re dubia id quod minimũ eſt, ſequi debeamus. *c. ex parte* 18. *ext. de cenſib. l. ſemper in obſcuris* 9. *ff. de reg. ju.*

64 Puto tamen interventionem advocati ſibi non nocere, quo minus palmarium obtineat, ubi cliens per compoſitionẽ finem intentum aſſecutus fuerit, quid enim intereſt ſive per tranſactionem ſive per ſententiam, modo obtineat, quin & hæc via clienti firmior & utilior eſt, in eo, ut ulterioribus expenſis & curis ſublevetur; ita ſi diſſuadente advocato cliens tranſactionem ultro ambiat & urgeat, neq; hoc caſu pręſentiam advocati ſibi nocituram arbitror, quin ęque palmarium obtineat, cum clienti prodeſſe & providere poſſit, ne in tranſactione circumveniatur, modo probabilem victoriæ ſpem habeat.

Ultra voluit Joannes Andreæ *quæſt. mercur.* 3. *n.* 5. quod taciturnitas præſentis advocati eidem nocere non poſſit, quod in tranſactione non agatur de palmario, ſed de jure partis, quem videre poteris.

65 Aliter diſtinguit Pileus Modicenſis, *quæſt. jurid.*

54.

54. quando advocato in caſum victoriæ centum, & in caſum ſuccumbentiæ ſunt quinquaginta promiſſa, interim à cliente res cum adverſario inſcio ſuo advocato tranſacta eſt, utrum advocatus proceſſerit in cauſa, ut ſola definitio ſupereſſe videatur, an vero nullo modo laboraverit, ut primo caſu tota centum debeantur, in ſecundo ſola quinquaginta, argumento *l. fin. Cod. de præſcript.* 30. *ann.* quamvis concedat etiam pro advocato judicari poſſe, ſi eo invito cliens tranſegerit nullo labore habito; huic opinioni accedit Barth. Brixienſ. *quæſt. dominic.* 72. ſed hic ſupponendum puto, oportere probabilem ſpem victoriæ eſſe pro advocato, juxta priora.

Poſito autem, quod cauſa multiplex ſit, plures habens partes, nunquid advocatus in una aut altera victor & in tertia ſuccumbens integrum habebit palmarium? affirmat Gloſſa *in d. l. unic. verb. petere debuiſſet. Cod. de ſuffrag.* ex ratione, quia vicit, ſequitur Specul. *d. tit. n.* 15. addens pro fundamento, quia qui aurem tetigit, totum hominem tetigiſſe videtur *c. vulgaris* 16. *diſt.* 1. *de pænitent.*, ſed argumentum debile eſt cum inverti poſſit, advocatus in parte perdidit cauſam, ergo ſuccubuit, ergo nihil ei debetur, ad illud Speculatoris reſpondeo, quod videatur quidem tetigiſſe, non autem dicitur quod tetigerit, & eſt ille canon deſumptus ex *leg.* 21. *in principio ff. de furtis*, ubi applicatur ad ſimilitudinem quæſtionis, quam ibidem proponit Ulpianus, an is, qui modium ex acervo frumenti ſuſtulit, totius frumenti furtum fecerit, ſicut qui aurem cujuſdam tetigit an totum hominẽ tetigerit? uti puta-
66
67

taverat Ofilius, quẽ corrigens Ulpianus reſpondet, non teneri furem ultra quàm in id quod ſuſtulit, ita nec ultra tetigit quam auriculam, dein auricula homini cõnexum membrum eſt,ut attrahens ad ſe auriculam,totum hominem attrahat,pars autem,in qua advocatus vicit,ab ea quâ perdidit planè ſeparata eſt.
68 Rectius poſt Cynum cenſet Sichardus *in d.l.unic. n.*12.*Cod.de ſuffrag.*faciendam eſſe quandam deductionem amiſſi cum eo, quod in judicio recuperatum eſt vel victum, ut ſi parum amiſit multum lucri fecit, habeatur ratio proportionalis, ut non totum ſed pro ea parte, qua vicit, palmarium repor-
69 tet; Et ſi palmarium pro victoria plurium cauſarum promiſſum ſit, debetur id proportionaliter pro rata victoriæ, Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.*
70 6.§.23.*lit.d.* Sicut qui de tribus cauſis defendendis ſalarium certum pactus duas tantum defendit, pro rata duarum ſolum obtinebit. Magonius *deciſ.Florent.*12.*n.*18.*& deciſ.*11.*n.*7. per doctrinam Barto-
71 li *in l. Sejo, ff. de ann. legat.* quod diminuto labore minui quoque debeat ſalarium,& duplicato labore ſalarium quoque duplicari,veluti ſi pro parte heredum intentatum fuit petitorium pro inveſtitura fundi Emphyteutici & ſuper eo data petitio & lis conteſtata, teſtes examinati & publicati, pro parte verò aliorum intentatum poſſeſſorium recuperandæ, & ſemper in utroque proceſſum,laborque advocati multiplicatus, maximè ſi in cauſa poſſeſſorii fuit petitum ut ſuſpenderetur petitorium, & judex pronunciavit,ſuper utroque procedendum. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.*8.§.3.*lit.a.verſ. idem in*

ad-

advocato, quia duæ ſunt cauſæ in quibus duæ requiruntur cognitiones, nihil enim commune habet proprietas cum poſſeſſione, *l. naturaliter* 12. §. *nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* & quod duæ ſint cauſæ & non una, tradit Maranta *in Speculo part.* 4. *diſt.* 7. *& ſeq.* quod maximè procedit cum fuerint datæ plures informationes juris, & diu laboratum, an poſt litem conteſtatam poſſit ſuſpendi petitorium; aliud ſi idem jus ſit, una concluſio ex eadem cauſa ad eundem finem.

Quod ſi advocato promiſſum fuerit certum ſalarium annuum pro una lite particulari expedienda, & pro omnibus aliis motis & movendis, nec alia lis mota fuerit, totum nihilominus ſalarium ſolvendum erit, imo etiamſi cliens nullam habuerit litem, nihilque laboraverit advocatus, conſequetur tamen annuum ſalarium ipſi promiſſum, cum ſatis ſit, quod per ipſum non ſteterit, & adveniente occaſione paratus ſit præſtare operas ſuas ad effectum conſequendi ſalarium, *l. ſed addes.* 19. §. *cum quidam. l. qui operas* 38. *ff. locati conducti.* Bartolus *in l.* 1. §. *divus. n.*8. *ff. de var. extraord. cognit.* Lanfrancus Zacchias *de ſalario quæſt.* 52. *n.* 37. Jacobus Gothofredus *d. cap.* 6. §. 2. 72

Caſu autem quo advocatus litem non obtineat, licet palmarium ſperare non poſſit, adhuc tamen ſalarium ſolitum & ordinarium exigit, argumento Gloſſę *in rubrica verb. inferas. diſt.* 83. Grævæus *d. concl.* 44. *n.* 15. Borcholt. *tract. de pactis cap.* 5. *n.* 87 Lanfranc. Zacchias *d. quæſt.* 52. *n.* 63. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 29. *n.* 55. *argum. l. ſed an ultro* §. 1. 73

ff. de negot. geſt. l. illicitas. §. ſicuti ff. de officio præſidis, quia:

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger.

Nec advocato ſemper imputandum eſt, ſi per eum non ſtetit, quo minus victoriâ potiatur, quia & vi-
74 tium materiæ ſæpe eſt non artificis, *l. ſi ſervus. ff. ad leg. Aquil.* & ſuccumbentia procedere ſolet à malo jure litigantis, vel ab injuſtitia judicis, quandoque forſan in pœnam peccati, argum. *c. Nabuchodonoſor. 22. c. ſi quos 47. XXIII. quæſt. 4.* quandoque etiam, quia clientes cauſidicis mercedem non ſolvunt, quia ſolertia, eloquentia & ingenium hæbeteſcunt niſi pecuniâ excitentur, Scaccia *de ſententia & re judicata: gloſſ. 15. n. 38.* ubi Poëticum illud figmentum Homeri applicat, ideo demolitionem Trojæ juſto Dei judicio proceſſiſſe, quod in conſtructione murorum Neptuno & Apollini merces retenta fuerit, quod ſimiliter clientes, quia cauſidicis debitam non ſolvunt mercedem, cauſas quandoque perdant aut nunquam extricent; Hæc procedunt, modò advocatus ex imperitia & imprudentia ſua non ſuccubuerit, de quo ſuo loco; Hac de cauſa licet ægrotus moriatur, nihilominus medico
75 ſalarium debetur, *d. gloſſ.* Imo Martialis in cauſa ſuccumbens ob ruborem inde ſibi incuſſum à Sexto clientulo ſuo plus pacto petiit, de quo *lib. 7. Epigr. 27.* carmen extat:

Egi Sexte tuam pactus bis millia cauſam,
Miſiſti nummos quot mihi? mille, quid eſt?
Narraſti nihil inquis, & à te perdita cauſa eſt.
Tanto plus debes Sexte, quod erubui.

Ideo

Ideo quoſdam taliter paciſci, ut ſi ſuccubuerint, faciant ſibi majus ſalarium promitti, ſi obtinuerint minus, recompenſantes honorem victoriæ cum minoratione ſalarii, & vituperium amiſſionis cauſæ cum augmento ſalarii, teſtatur Speculator *tit. de ſalar. advocat. n.* 6. ubi Joannes Andreæ *in not is* allegat Rofredum dicentem ſe multos vidiſſe tales.

Sed annon advocatus pro eodem ſalario patrocinari tenetur in cauſa appellationis? cum non videatur condemnatus qui appellavit. *l.* 2. §. 2. *ff. de pœnis*, & cauſa appellationis eadem ſit cum principali, *l. ita demum* 13. *Cod. de procurat.* Tamen, licet eadem ſit cauſa, non idem eſt judicium, & procurator in cauſa datus, quamvis appellare debeat, appellationem proſequi non tenetur, *l. invitus* 17. *Cod. de procurat. c. non injuſtè extra de procurat.* ergo nec advocatus, qui etiam procurator dicitur, *c. quia Epiſcopus* 3. *V. quæſt.* 3. *& ibi* Gloſſ. *verb. advocatus.* ne in infinitum teneatur. *l. qui bona* 13. §. *fin. & l. ſeq. ff. de dam. infect.* Gloſſ. *in d. l. unic. verb. plenè debuiſſet. Cod. de ſuffragio.* Speculator *d. tit. n.* 12. Sichardus *in l. ita demum.* 13. *n.* 15. *Cod. de procurat.* Pileus Modicenſis *quæſt. jurid.* 26. Barthol. Brixienſis *quæſt. Veneriali* 55. Jaſon *in l. ita demum* 13. *n.* 8. *Cod. de procurat.* Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 6. §. 26. Carpzovius *definit. forenſ. part.* 1. *conſt.* 1. *def.* 24. *num.* 5. & hoc ſi à definitiva appelletur; ſecus putant Speculator, Jaſon & Gothofredus, ſi ante definitivam ab interlocutoria, vel reſtitutio in integrum petatur, per *l. qui proprio.* 46. §. *item quæritur. ff de procurat.* dummodo eodem loci tra-

76

77

78

tractetur, cum videatur conveniſſe ibi patrocinium præſtare, ubi de ſalario convenit,& non alibi, niſi ſpecialiter id actum ſit,argumento *l. contraxiſſe* 21. *ff.de oblig.& act.l hæres* 19.§.1.*ff.de judiciis*.aut auditorium ad quod provocatum eſt, non inde procul diſtet.argumento *l.Mævia* 13.§.*fin.in fin.ff.de ann. legat.* quia tamen advocati ipſimet ad judicium venire non ſolent nec tenentur, non video quid diſtantia loci circa hoc variare poſſit, modo labori, quem fortè in tranſmittendis productis habent, à clientibus ſatisfiat.

79 Quod ſi ex imprudentia advocati inepta ſit propoſita actio, pro eodem ſalario aptam intentare tenetur, ſecus ſi actor de facto advocatum ſiniſtrè informârit, omittendo quidpiam vel falſum ſuggerendo, unde & deſerens litem incœptam ex cauſa, quam ab initio providere poterat, ſalario carebit, cum ſit quod ſibimet imputet, non autem ſi ex novâ & repentinâ id fecerit cauſâ, ut ſi fortè cliens contra ſe aliquid confeſſus ſit, quia tunc nihilominus ſalario gaudere debet. Specul. *d.tit.in fine per l. penult.ff.de vacat.muner.*

80 Antequam ab advocato digrediar,ſubjiciam quæſtionem,quam movet Barthol.Brixienſ. *quæſt.dominical.*69. & ex eo refert Speculator *tit. de advocatis n.* 24. Advocatus à duobus ſalarium annuum ſucceſſivè conſtitutum habens, ea de cauſa,ut eis in omnibus cauſis patrocinium præſtet, ſi inter illos lis
81 incidat, cui adhærere teneatur? Pro primo facit, quod prior tempore potior quoque jure haberi debeat.*c.cum autem advocatus* 24. *ext. de jure patron. c.Epi-*

c.Epiſcopos 7. *diſt.* 17.*l.diverſis* 8. *Cod. qui potior in pign.* unde ſi duobus eſt uſusfructus legatus, qui primo nominatus eſt, primus ad uſumfructum admittitur. *l. quoties* 34. *ff. de uſufruct.* etiam actio contra advocatum acquiſita primo, per conſtitutionem ſecundi ſalarii facto hujus interimi nequit. *l.* 1. *ff.de alienat.jud. mut. cauſ.* quod alteri per alterum non debeat iniqua conditio inferri, *l.non debet* 74.*ff. de reg. jur.* nec poterit advocatus in præjudicium primi conſilium ſuum mutare. *l.nemo poteſt* 75.*ff. de reg. jur.* Videtur adverſari quod recipiens ſalarium ſecundum cenſetur renunciare primo, cum utrique ſervire nequeat, argum. *c.de multa* 28. *ext. de præbend.c.literas* 9.*ext.de conceſſ.præb.non vac.* & quod primum pactum ſit intelligendum, ſi res in eodem ſtatu permanſerit. argum. *c.ne quis arbitretur* 14. *XXII.quæſt.*2.*c.quemadmodum* 25. *ext.de jurejur.* nam ſi quis contra patrem pupilli advocatus fuit, poſtea ejuſdem tutor factus cauſam pupilli defendere non prohibetur. *c. infames §.item ſi contra patrem III. quæſt.* 7. *l. penult. ff. de poſtulando.* aut quod advocatus eligere poſſit cui inſervire malit, argumento ſervi, qui cum omnibus dominis ſimul ſubvenire non potuit, alterum eligit cui auxiliaretur, veniam meretur. *l.ſi quis in gravi* 3. §. *ſi cum omnes ff.ad S.C.Syllan.* ita ut gratificationi locus eſſe poſſit in advocato. argumento *l.fin ff. de relig. & ſumpt. fun.* aut cum alteri inſervire nequeat quin lædatur alter, quod neutri aſſiſtere debeat, per textum in *c.denique* 10. *XIV.quæſt.*5. 82

Diſtinguunt præcitati authores, quod ſi ſciat advoca- 83

voca-

vocatus priorem fovere malam cauſam, illum deſerere & ſecundo aſſiſtere debeat, ſi verò id ignoret vel dubitet, primum adjuvare, & ſecundo perſonam idoneā, quæ adverſus primum defendat, ſubſtituere teneatur, & benè, cum advocatus cauſam licet inceptam in quacunque judicii parte, ut de injuſtitia ejus conſtare cœperit, à ſe abdicare debeat, idcirco nec ſecundo per ſubſtitutum inſerviet, ubi cognoverit eum malitiosè acturum; alias in obligationibus facti, qui prior tempore potior jure habetur, *l. in operis 26. ff. locati.*

84 Ita vaſallus duorum priori in perſona aſſiſtere, & cum in bello contra poſteriorem adjuvare obſtrictus eſt. *c. imperialem* §. *illud quoque. de prohibit. feud. alienat.* & poſteriori per ſubſtitutum ſervire poteſt. DD. relati à Roſenthal *tract. de feudis cap.* 8. *concl.* 16. *n.* 4. *lit. C.*

85 Juriſconſultus quoque pro conſilio ſuo ſalarium exigere poteſt, *c. non licet* 71. *XI. quæſt.* 3. *c. fin. XIV. quæſt.* 5. niſi abſque labore & revolutione librorum illud concepiſſet, juxta Gloſſam *ibidem*, argumento *c. conſuluit* 10. *ext. de uſuris.* quia gratis accepta gratis danda ſunt, *c.* 2. *extr. de magiſtris.* Reprobatur tamen communiter, Speculator *tit. de ſalario advocat. n.* 1. ibi. *ego tamen eum ad hoc non cogerem.* Joannes Andreæ *in notis ibid. verb. labore.* Jaſon. *tit. de actionib.* §. *ſed iſtæ n.* 113. Gothofredus *de ſalario cap.* 5. §. 5. Pax Scala *tract. de conſilio ſapientis lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. quia ſalarium accipit pro ſcientia, quam non infuſam nec gratis, ſed magno labore partam habet, & non præſentis ſolum ſed & præteriti laboris & vigiliarum ratio habenda eſt, ne deterio-

rioris conditionis ſit is, qui plurimis annis ſedulò ſtuduit, ut juris præſentem memoriam habeat, præ eo, qui modicum in illo verſatus magno labore reſponſum concipere debet.

Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, *l. 1. ff. de procurat.* is in jure multiplex occurrit, ſicut procurator Cæſaris, *l. 1. ff. de offic. procurat. Cæſar.* Procurator Reipublicæ, qui & curator dicitur, *l. fin. ff. adminiſt. rer. quæ ad civitatem pertinent. l. 3. Cod. de mod. mult.* Procurator Univerſitatis ſeu Collegii, qui actor, defenſor, ſeu ſyndicus univerſitatis vel civitatis nuncupatur, *l. 1. §. 13. l. item ff. quod cujuſq; univerſ. l. 1. 3. ff. de muneribus & honor.* eſt & procurator privatorum, iſque generalis, cui vel bonorum omnium libera eſt adminiſtratio, *l. procurator cui 58. ff. de procurat.* vel libera non eſt, *l. mandato 60. ff. eodem.* alius ſpecialis ad negotia vel extrajudicialia, vel ad forenſia ad agendum vel defendendum datus. *l. item & ad litem 3. ff. eodem c. qui ad agendum 4. eod. in 6.* ad quod munus licet de jure nemo cogi poſſit. *l. invitus 17. Cod. eod.* ubi tamen certus & determinatus eſt numerus procuratorum, ut in Camera Spirenſi aliiſq; ordinatis judiciis, ii qui operas ſuas locare conſueverunt, ſi cauſa relevans excuſationis prætendi nequit, à judice ad cauſam ſuſcipiendam compelluntur, argumento *l. providendum 7. Cod. de poſtulando.* Mynſingerus *centur. 4. obſerv. 32.* Gailius *lib. 1. obſ. 43. n. 6.* Græværus *ibid. conſider. 1. n. 18.* Joannes Baptiſta Aſinius *in tit. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

86 87 88 89 90

91 *fun.l.12.n.*18. Brunneman.*ad d.l.invitus.*& hi ſalarium recipiunt,*l.7.ff.mandati. l.*1. & 17. *Cod. eod.* non adverſatur. *l.* 1. §. *ult. ff. mandati.* ubi dicitur, quod mandatum gratuitum eſſe debeat, & niſi hoc,
92 nullum ſit,hoc intellige, ut actione mandati procurator agere poſſit contra mandantem, non tamen impedit, quin aliam utpote locati vel præſcriptis verbis,quę ex contractibus innominatis oritur, intentet,Sichardus *in l creditori n.*4.*Cod.de pactis.* vel de tali procuratore, qui ſolitus non eſt operas ſuas locare, vide Marantam *conſil.* 34. *n.* 16. Grævæum ad Gailium *d. conſid.* 1. nec idcirco ab adverſario obmoveri poteſt de invaliditate mandati, conſide-
93 ratur enim mandatum dupliciter, quoad actionem reſpectu mandantis & mandatarii, & quoad executionem reſpectu ejus contra quem datum eſt, ut illo caſu niſi gratuitum, nullum ſit ad producendum actionem mandati,de quo *d.§.ult.*loquitur, inter hos ſufficiet conſtare de domini mandantis voluntate & ratihabitione,interveniente licèt pecuniâ,Bartolos *in d.l.*1.*§.fin.ff.mandati.* Mantica *de tacit.& ambig.convent. lib.*7. *tit.*2. *n.*7. Sed & expenſas in litem factas procurator repoſcit. *l.* 1. *Cod. mandati. c. cum pro cauſa* 6.*extr.de procurat.* Wameſius *conſil.*
94 161. *n.* 5. quamvis in cauſa ſuccumbat, & contrariam reportet ſententiam, *l.etiam* 4. *Cod. mandati l.* 56. §. 4. *ff. eod. argumento c. niſi cum pridem* 10. §. *quippe,ext.de renunciat.*facit *l.* 17.*in princip.ff. de in rem verſo.* Mantica *d.lib.*7.*tit.*18.*n.*12. cum & ne-
95 gotiorum geſtor qui utiliter cœpit, etſi effectum non ſortiatur cœptum negotium, expenſas repetat,

*l.*10.

*l.*10.§.1.*ff.de negot.geſt.*nec procuratori ſemper imputabitur quo minus vincat, Gloſſa.*in c. Epheſiis.*4. *verbo.annunciarem.diſt.*43.*c. quod ad nos.* 10. *verb. inculpatos.diſt.* 47. Ayrer. *in proceſſu hiſtorico part.* 1.*cap.*1.*obſ.*7.*num.*2.quod & ſupra.*n.* 73. de advocato dictum, modo procuratoris culpa redargui nequeat,*d.l.*4.*Cod.mandati.l.*56.§.4.*ff.eod.*qui ſi abſq; mandato egit ut negotiorum geſtor & ſuccumbat, non præſumitur in dubio utiliter egiſſe, argumento. *l.ita tamen.*5.§.*in hac.* 5.*ff. judicatum ſolvi.* Vivianus.*in c.cum pro cauſa.*6.*ext.de procurat.*

Et non expenſas tantum, ſed & uſuras earum 96 repetit.*l.ſi vero non munerandi.*12.§.*ſi mihi.ff.mandati.* licet mora nulla interceſſerit, quæ ad producendum curſum uſurarum alias requiritur. *l. quia tantundem.*7.*& ibi* Gloſſa.*ff.de negot.geſt.* æquitatis intuitu, hoc ita conſtitutum eſt. *d.* §. *ſi mihi.* ubi exempla invenies; dummodo procurator pecuniam ad intereſſe locare ſolitus erat, quod ſi id non conſuevit otioſamq; habuit pecuniam, nec uſuras inde exigere licet.*l.qui ſemiſſes.*§. 1.*ff.de uſuris.* Sichardus.*in l.* 1.*n.*4. *C. mandati.* reſpectu tamen lucri 97 ceſſantis, quia forſan medio tempore occaſio lucrandi offerebatur, arbitratu boni viri exigere quid non prohibetur, quamvis alias ad lucrum pecunias convertere non eſſet ſolitus, juxta dicenda inferius. *cap. ultimo. n.* 9. *& ſeq.* & citata *l. qui ſemiſſes* converſum habet caſum, ut inſpicienti patet. In pleriſque ſolet ſalarium procuratorum æſtimari â Doctoribus juxta naturam ſalarii advocatorum, exceptis paucis, idcirco ulterius non attingam; confer

interim huc ea quæ *ſectione ſeq.n.*32.*& ſeq.*memorantur; Hoc ſaltem attingere debeo, quod ſi lo-
98 cus judicii aliquanto diſtet & procurator propter aliam cauſam illuc eat, forſan quod propriam habeat,non repetat niſi expenſas pro cauſa in qua eſt procurator ibi longiorem moram trahendo, & ſi plures alienas habeat, ęquum eſt expenſas itineris imputari pro rata. *l. exparte.* 39.*ff. famil ercifc. l.ſi communes*.40 .*ff.neg. geſt.* Vivianus. *in c. cum pro cauſa. 6. ext. de procurat.* damna etiam domino mandatori imputare non poteſt quæ caſu fortuito procuratori acciderunt, velut ſi eundo in latrones incidit,aut ſtando in loco judicii infirmitate oppreſſus fuerit *l. inter cauſas.* 26.§.*non omnia.ff.mandati*, quamvis diverſum ſit in ſocietate,in qua ſocius ſocio ſicut omne lucrum conferre,ita etiam omne damnum quod ratione ſocietatis alter paſſus eſt pro rata agnoſcere debet *l. cum duobus.* 52.*§.quidam ff.*
99 *pro ſocio.* Actor ad litis initium reo poſtulante ſatiſdare tenetur de refundendis expenſis in caſum ſuccumbentiæ,& de recipiendâ reconventiore, idque fidejuſſoribus datis *l.*1.*ff.qui ſatiſd. cog.*& interpoſitâ reviſione in Camera Imperiali non ſuſpenditur executio juxta Receſſum Ratisbonenſem, victor interim ſufficienter cavere debet, de reſtituendo, ubi ſententia in reviſorio reformari con-
100 tinget, quod & fidejuſſoribus fieri poteſt; Unde quæſtio exſurgit, an liceat fidejuſſori paciſci ſibi mercedem dari pro actu fidejuſſionis,eamq; exigere ſi exiſtat indemnis? Pro negativa faciunt,quod in neceſſitatib.proximo ſemper ſubvenire debeamus. *c. paſce* 21. *diſt.* 86.*c.ſicut.*8.*diſt.*47.& actus fidejubendi

bendi ſit admodum charitativus,ſeu debitum chari- 101
tatis, & miſericordiæ, ita ut peccet idipſum denegans,& ad hoc cogi poſſit. Hering.*tract.de fidejuſſorib.cap.*1.*n.*67.citans Archidiaconum. *in c. ſicut.II. quæſt.*1.& quamvis juraſſet de non fidejubendo pro ullo,quod tamē teneatur fidejubere, ſi ſalus proximi periclitaretur,quia juramentum non extenditur ad hunc caſum incogitatum,& ſi quidem cogitavit, fuit temerarium, ſic non obſervandum, ſecundum Abbatem Panormitanum. *in c. ſi vero.* 8.*n.*5.*ext.de jurejurando*, ſi ergo tenetur ad actum fidejuſſionis, turpiter faceret pro ea mercedem acceptando, ma- 102
ximè ſi indemnis exiſtat. argumento, *l. fin. & ibi* Bartolus *ff. de condict. ob turp. cauſ.*& opera miſericordiæ non ſunt intuitu humanæ retributionis exhibenda,juxta illud Lucæ,14.*cum facis prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos neq; fratres tuos,neq; cognatos,neq; vicinos divites ne forte te & ipſi reinvitent.* Unde Covarruvias *variar.reſolut.c.*2.*n.*6.à ſimili pactione abſtinere conſultum eſſe putat, & Angelus de Calvaſio *in ſumma.verbo fidejuſſor.n.fin.* exiſtimat peccare fidejuſſorem contra juſtitiam & charitatem accipiendo quid pro actu fidejuſſionis quando nullum periculum habet vel laborem in fidejubendo, poſſe tamen ratione periculi cui ſe exponit & laborum qui faciliter incurruntur in fidejuſſionibus licitè quid recipi, moderatum tamen.
Verum cum obligatio illa quâ ſe fidejuſſor ſtringit 103
alterius nomine ſolvere,æſtimabilis ſit pecuniâ, indeq; vendibilis,& fidejuſſioni magna ſoleant imminere pericula, quib. ſe ſuamq; ſubſtantiam exponit fidejuſſor, Gloſſa. *in l.* 7.§.*non ſolum.verb.doceat.ff.*

104 *de minoribus.* adeo ut ſtultum eum dicat Salamon. *Proverb. cap.* 17. ibi: *ſtultus homo plaudit manibus, cum ſpondet pro amico ſuo. & cap.* 6. fidejuſſionem diſſuadeat hiſce verbis, *fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus.* & abuti ſubſtantiâ ſuâ Cattellianus Cotta. *in memorab. verbo fidejuſſor.* & bona ſua dilapidare, ut ex hoc ſolo capite poſſit uxor repetere dotem â marito conſtante matrimonio, quaſi ad inopiam vergat, Maranta. *diſput. 6. n.* 13. jure merito quid-
105 piam pro fidejuſſione accipere & retinere poterit, textus eſt in. *l. ſi remunerandi. 6. §. marius. ff. mandati.* ibi: *mercedem pactus propter fidejuſſionem.* & in *l. hoc jure.* 19. *§. Labeo. ff. de donat.* ibi: *extra donationem eſſe mercedem ejus, qui tibi adfuerit, ſatis pro te dederit.* & ibidem Bartolus hoc clarè determinat, Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 6. n. 6.* Lanfrancus Zacchias. *poſt tract. de ſalario. decis.* 19. *n.* 9. *& decis.* 27. *n.* 4. & ex Theologis poſt Cajetanum Dominicus Soto *tract. de juſtit. & jure. lib. 6. quaeſt. 1. art. 2. verſ. quapropter placet.* Angelus de Calvaſio *ante citatus* Buſenbaum *lib.* 3. *tract.* 5. *dub.* 15. poteſt enim contingere, quod fidejuſſor pro ipſo debitore integram quantitatem ex proprio patrimonio ſit ſoluturus, quia inveniuntur multi debitores qui neglectâ fide & proſtratâ conſcientiâ ſolvere non curant.

Hanc ſententiam extendit Scaccia. *de commerc. & cambiis.* §. 3. *gloſſ.* 3. *n.* 12. *extens.* 3. licet daretur fidejuſſori pignus vel alius fidejuſſor indemnitatis, quia

quia adhuc periculum imminere poſſit, quod pignus forſan ſit ruinoſum vel anterioribus creditoribus obligatum, vel fidejuſſor indemnitatis tanto ære alieno gravatus, ut in bonis ejus nihil remaneat, eſto quod pignus ſit idoneum vel fidejuſſor indemnitatis dives, quod non deſint alii caſus, velut ſi pro pignore vel contra fidejuſſorem foret litigandum, quod poſſit contingere, quod judex eſſet iniquus, & tandem illa incommoda litis & expenſarum ſint digna mercede, & debitor ſit quamtumvis idoneus, poſſit tamen fidejuſſor eſſe ſemper in periculo ſubeundi lites & incommoda; Æſtimabitur interim merces fidejuſſoris arbitrio boni viri. Scaccia *d* §. 3. *gloſſ.* 3. *num.* 7. quia juxta eſtimationem periculi taxatio mercedis fieri debet. Lanfrancus Zacchias *d. decis.* 19. *num.* 10. vel ſi periculum non ſubſit, juxta impenſum laborem, ſi quem habuit. Scaccia. *d. gloſſ.* 3. *n.* 10.

Ad contraria reſpondetur, quod argumentatio illa generaliter vera non ſit, tenetur quis ad faciendum aliquid ex præcepto, ergo gratis facere debet, & pro eo expediendo pecuniam accipiens turpiter facit; Sicut ex præcepto quilibet tenetur manifeſtare furem, & eum indicare domino cui res ſurrepta eſt. *c. qui cum fure.* 4. *ext. de furtis.* tamen pro manifeſtatione tali licitè quidpiam accipitur & retinetur. *l.* 4. §. *ſi tibi indicium dedero. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. ſolent. ff. de praſcript. verb.* Covarruvias. *in c. peccatum. part.* 2. §. 3. *n.* 6. Nec facit quod indemnis exiſtat fidejuſſor, nihilque bonis ſuis inde decreverit, cum & pro ſolo periculo licitum ſit pecu- 106 107

niam accipere. *l. in navem Saufe ii.* 31. *ff. locati.* Quod ſi tamen fidejuſſori ab initio certò conſtaret ſe extra omne periculum fore, nec ullum haberet laborem, aut ex jactura temporis impenſi damnum, conſulerem pro honeſtate & charitate
108 monito Covarruviæ acquieſcere. An autem Sequeſter vel depoſitarius ſalarium aliquod prætendere poſſit, rejectâ aliorum diſtinctione inter depoſitarium â judice conſtitutum, vel â partibus electum & nominatum ſine ullo judicis miniſterio, qui huic ratione laboris impenſi in adminiſtratione depoſiti ſalarium præſtandum arbitrantur, illi neutiquam, eâ moti ratione, quod nudus miniſter neq; commodum neq; damnum ſentire debeat. *l. lucius.* 88. §. 1. *ff. de legat.* 2. & ibi Dionyſius Gothofredus *in notis lit. c.* Guido Fojanus. *tract. de ſequeſtratione lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. His obſtat quod depoſitum licet judiciale ſit, ſi adminiſtrationem aliquam requirat, veluti in fructibus beneficii vel alterius cujuſdam
109 prędii, depoſitario ſeu ſequeſtro pro adminiſtratione tali merces debeatur, argumento, *c. unic. ext. de ſyndico & actore.* Jacobus Gothofredus *de ſalario. cap.* 5. §. 3. quia is ſimilis œconomo habetur, Nec facit pro iis. *l. ſi quis ad declinandam.* 49. *C. de Epiſcop. & cler.* &. *c. charitatem.* 45. *XII. quæſt.* 2. ubi œconomo rerum Eccleſiæ prohibetur, ne pro labore recipiat ſalarium, quia prædicta jura procedunt in cauſa mentionata pia, quando œconomus ſalariatus eſt â publico, uti declarat Gloſſa. Lanfrancus Zacchias. *de ſalario. quæſt.* 63. *n.* 26. & ita videmus in praxi, quod etiam pro depoſito judiciali in pecunia exiſtente de quolibet imperiali ſolvantur ſex nummi

mi ſi ad tempus aliquod duraverit. Idcirco diſtin- 110
ctionem aliam ex Rota Lucana.*quæſt*.25.*n*. 14. refert Monoz deEſcobar. *de ration. adminiſt. cap*.27. *n*.44.quod depoſitarius ſive â judice ſive à partibus electus & nominatus, ſi curando & cuſtodiendo depoſitum in labore & incommodo verſetur, mercedem laboris meritò habeat, de bonis deponentium.Salgado.*in labyrint. creditorum part*.3.*c*.11.*n*. 29. Gothofredus.*de ſalario.d*.§.3. Tiraquellus *d.retractu convent*. §. 4. *gloſſ*. 7. *n*. 3. 6. 7.etiam ſi de eo conventum non ſit. Salgado *dicto tract.part*.1.*c*.13. *n*.31. Lanfrancus Zacchias *d. quæſt*. 63.*n*.30.in damno enim eſſe non debet. Argumento. *l.ult.Cod.de bon.auth.jud.poſſid.l.mulier in opus ſalinarum.6.ff.de capt. & poſtlim. rev*.Fojanus.*d.cap*.3.*n*.9.ad hoc facit Gloſſa.*in l.ſi quis affirmavit*.9.§.3 *ff. de dolo malo.verb. neque mandati.& verb.præſcriptis verbis*.Si vero nihil incommodi habuerit, nihil quoque lucri vel commodi ex depoſito ſperare poſſit, qui enim onus non ſentit, nec commodum ſentire debet.*c. qui ſentit onus*. 55. *de Reg. jur. in*.6. Cui accedo, pro ut Lanfrancus Zacchias. *d. quæſt*. 63. in effectu idem ſtatuit, quamvis in depoſito ad aliquod tempus durante aliqualis labor & cura ſemper adeſſe ſoleat. adde Salgadonem. *d. cap*. 13.§.1.*num*. 33.& *d.cap*.11.*num*. 28. nec ideo minus manet depoſitum, quod alias gratis fieri debet, licet irregu- 111
lare ſit. *c. bona fides*. 2. *ext. de depoſito*. & depoſitarius cum mercede conductus conveniatur quaſi ex conducto.*l*.1.§.*ſi veſtimenta.ff.depoſiti* Unde ad- 112
miniſtratori bonorum cōmunis debitoris ad concurſum creditorum electo pro ſua cuſtodia&admi-

niſtratione ſalarium competit. Salgado. *d. c.* 13. *n.* 30. *& eod. cap.* 13. §. 1. *n.* 5. pro depoſito tamen proprio nulla merces nec ullum ſalarium debetur depoſitario. *d. §. ſi veſtimenta.* imo ſolutum repeti poteſt tam actione depoſiti. *l. fin. ff. depoſiti,* quam conditione ob turpem cauſam, per dicta Jaſonis in *l. fin. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Lanfrancus Zacchias. *d. quaeſt,* 63. *n.* 21. Scaccia. *de commerciis & cambiis.* §. 1. *quaeſt.* 7. *part.* 2. *ampl.* 3. *n.* 24.

114 Sed nota, ſi depoſitum rei mutuabilis non obſignatae factum ſit in gratiam depoſitarii, ut ejus dominium & periculum in depoſitarium tranſeat, & ille pecuniis vel fructibus depoſitis & ſequeſtratis uti poſſit, quod nulla huic inde merces debeatur, eò quod merces ipſius in uſu conſiſtat, & ſimile depoſitum induat naturam mutui. *l. publia mavia §. lucius titius. l. quintus Cacilius. ff. depoſiti.* Scaccia. *d. loco. n.* 22. in mutuo namque tantum abeſt quod depoſitario merces ſolvenda veniat, ut ſatis ſit, quod ab eo mutuans nihil expoſcat, pro ut expoſcere non debet, juxta illud, mutuum date nihil inde ſperantes.

115 Teſtes alimenta & ſumptus itineris â litigantibus exigunt, ſive actor ſive reus ſit qui eos produxit. *l. quoniam.* 11. *Cod. de teſtibus. l. eos,* 6. *§.* 2. *Cod. de appellat.* tam adeundo judicem & ab eo recedendo, quàm medio tempore quo pro teſtimonio dicendo morari debuerunt, textus eſt in *c. ſtatutum.* 11. §. *pro ferendo. de reſcript. in.* 6. *d. l. eos.* §. *ſi quis.* Sichardus *in d. l. quoniam. n.* 7. Ruland. *de commiſſariis. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 12. Crotus. *tract. de teſtibus. part.* 9. *num.*

*num.*60. *verſ. ſecundo vero* Albericus de Maletis *de teſtib.cap.*7.*n.* 82. quia teſtimonium teſti damnoſum eſſe non debet.*l. ſi quando.* 19. *Cod. de teſtibus. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus.* 7. *ff. quemadm. teſtam. aper.* quantæ autem debeant eſſe expenſæ teſtium, 116
arbitrio boni viri, id eſt judicis æſtimabitur, ut mediocres ſint & non delicatæ, Gloſſa *in d.c.ſtatutum. §.inſuper verb. moderatas.* Campegius. *de teſtibus. Reg.* 263. Crotus.*d.part.*9.*num.*60. Peckius. *de jure ſiſtendi. cap.* 51. *per tot.* habitâ conſideratione ad perſonas & qualitates earum, utrum nobilis ſit vel ruſticus, firmus vel ægrotus, ſenex aut juvenis ſit teſtis.

117 Nobili quidem, perſonæ honoratiori, ſeni, infirmo aut aliàs pedeſtri itineri inepto ſumptus vecturæ equorum prçſtandi ſunt, argumento. *l. idemque.* 10.§.*idem labeo.ff. mandati.* Sichardus *ad d l. quoniam.n.*7. Crotus.*d.part.*9. *num.* 61. Gailius. *lib.* 1. *obſ.*99.*num.*4 Ruland.*d.cap.*13.*num.*11.cum nobilis pedes irè non teneatur, infirmus & ſenex non poſſit, idque licet propriis uſi fuerint equis. Ruland. 118
*d.num.*11 Lanfrancus Zacchiàs.*de ſalario.quæſt.*86. *num.*27. quos locare ſolebant. Crotus.*d. num.* 61. Albericus de Maletis. *d. cap.* 7.*num.*83. Colerus *de alimentis. lib.*1.*cap.*14.*num.*31. imo licet eos locare non erant ſoliti, Crotus.*d.num.* 61. Joannes Andreæ.*in addit.adSpeculatorem.tit. de teſte.*§.*qualiter ſub.num.* 12. *verb. quoniam.* His annumerari poſſet mulier prægnans, quæ cum perſonaliter in judicio 119
comparere non teneatur. *l. non exigimus.* §. *ſi non propter. ff. ſi quis cautionibus.* licet ab alio quam à

viro ſuo imprægnata eſſet. Aufrerius ad Capellam Tholoſanum.*decis*.3.*n*.3.Bartolus.*in d.§.ſi non propter*. Guido Papæ.*decis*. 256. *n*. 1.ita ut ad domum ejus mitti debeat, tamen ſi partui proxima non ſit nec iter adeo longum à domo ſua ad locum judicii, ut periculum nullum ei vel partui inſtaret, perſonaliter, non attenta. *d. l. non exigimus*. comparere tenebitur, ſicut poſt Baldum tradit Caballus *reſolut.criminal*.79.*per tot*.& de infinitis præjudiciis,ut ipſe ait atteſtatur, idem tenet Vincentius Carrocius.*de juram.litis decis.quaſt*.5.*quæſt*.13.*principalis n*.15.ubi dum ad prægnantem mitti debere dixerat ſubdit limitandũ eſſe in muliere ruſtica quę onera ferre ſolet, quia prægnans ſimpliciter valetudinaria dici non poteſt, uti colligitur ex vi verborum *in d. §.ſi non propter*.ubi J.C.pręgnantem & valetudinariam tanquam diverſa ponit,& in *l quæritur*.14.*§*.1. *ff.de ædil.edict*.pręgnans ſana appellatur,pręcipuum enim munus mulierum eſt concipere & conceptum tueri; Quari poſitâ hac limitatione,ſi ob acceſcentem ventrem mulier non ita commodè iter peragere poſſet,idem de hac quod de ſenibus aut valetudinariis ſtatuendum foret,quod iis à Baldo & Floriano *in l.inviti*. *ff.de teſtibus* annumerentur,referente Caballo.*d.reſolut*.79.*n*.7.ubi vide de mulierum vana opinione, quod prægnans jurare non teneatur, cujus etiam meminit Aufrerius.*d.decis*.3.*n*.3.

120 Non idem ruſtico concedetur & firmo qui pedes ire ſolitus eſt. Ruland. *d. cap*. 13.*n*.10.Crotus.*d.n*. 61. Colerus *d.n*.31.cum ruſtico equitare non conveniat,eique ſua conſuetudo ſervanda ſit, Gloſſa *in d.l.*

d.l.idemque.§.idem labeo.ff. mandati. verb.oportere. intellige de ruſtico communi non de ditiori qui equo vehi ſolet, cum & modus facultatum hic attendendus ſit, vide inferius.*cap.*10.*num.*34.Et ſicut in jure dicitur, quod peccatum ſit pauperibus nimis delicata cibaria miniſtrare, ideo & ſimilis ratio habenda eſt circa teſtium alimenta, de quo eſt textus expreſſus in Conſtitutione Carolina. 121
*cap.*75. decidente, quod teſti plebeo, qui pedes iter facere ſolet, in dies ſingulos quamdiu teſtimonii ferendi cauſa â rebus ſuis abeſt, nummulos cruciatos non minus octo, aut pretium æquivalens (mutant enim numiſmata pro regionum varietate) numerabuntur, circa honoratiores vero Nobiles, illuſtres & Clariſſimas perſonas boni viri arbitrio ſtatuendum ſit; quę licet conſtitutio ad cauſas criminales directa ſit, eundem tamen modum in civilib. 122
ſervandum eſſe docet. Ruland.*d.cap.*13.*n.*10.ubi:*n.* 123
15.addit, quod teſti de longinquis partibus evocato in via ægrotanti ſumptus etiam ratione infirmitatis erogati debeantur, quod & tenet Bartolus.*in l ſi cui.* 37.§. *tamdiu.ff.ex quib.cauſ.maj.*Petrus de Moncada. *in addit. de teſtibus part.*9.*n.*65.

Hi ſumptus & expenſæ teſti præſtandæ ſunt integræ nullâ habitâ ratione quantum domi in ſua alimenta neceſſe habuiſſet inſumere, *d. c. ſtatutum. §. proferendo.*& Gloſſa *ibidem in §. inſuper. verbo moderatas.* Gailius, *lib.*1.*obſ.*99.*n.*2. Joannes Andreæ *in addit. ad Speculatorem. tit. de teſte.§.qualiter.n.*12. *verbo quoniam.*Campegius.*tract.de teſtib. Reg.*263. *verſ. quinto.* Crotus. *de part.* 9. *n.* 62. Albericus de Maletis. *d. cap.* 7. *n.*84. Colerus.*de alimentis.d.cap.* 14. 124

14. *num.* 32. Licet Sichardus ad *d.l.quoniam.num.*8. hoc ſolum concedat in teſte, qui domi poſſet operâ ſuâ facile conquirere cibum, per. *l.ſed & ſi.* 11. *§. quo autem loco. ff. ad exhibendum.* quem ſequitur Ummius. *diſput.* 16. *n.* 58. & Ruland *d.cap.* 13. *n.* 14. de hac communi opinione valde dubitet, quod favore probationis ſumptus producenti minui con-
125 venientius eſſe putet; Sed favor ille teſti præjudicare non debet, nec in damno eſſe, contra *cit. l. ſi quando.* 19. *C.de teſtibus & l.ſed ſi quis ex ſignatorib.* 7. *ff. teſtamenta quemadm. aper.* Ad. *d.l.ſedetſi,* & *l. ſed & ſi.* 25. *§. quod autem quis. ff. de hared. petit. & l. cum ſæpe.* 17. *verſ. hoctantummodo de publico. C. de erogat. milit. ann.* quę in contrarium allegantur, reſponderi poteſt diſtinguendo, quod ſi expenſę reficiendæ ſunt ratione intereſſe veluti victoriæ, deducantur ſumptus quos victor domi feciſſet, de quo *cap.* 10. *n.* 35. latius dicetur, ſin autem non debeantur per modum reſtitutionis, ſed ut quotidianus victus quod nihil deducatur, & *cit. l. cum ſæpe* loquitur de militibus qui publicâ annonâ aluntur, quibus illud ſtipendium ſuum ideo deducitur, ne duplici victu fruantur, & cum aliorum jactura locupletentur.
126 Colerus. *d.cap.* 14 *n.* 32. *& ſeq.* Non ideo reſpectu temporis inſumpti vel emolumenti ceſſantis teſtis ſalarium aliquod petere poteſt, vendere enim officium non debet. *c.non ſane.* 15. *XIV. quaſt.* 5. quia teſtimonium dicere eſt munus publicum. *l.* 2. *§.* 1. 2. *ff. ſi quis caution.* Gloſſa. *in l.ſed ſi quis.* 7. *verbo. obſignentur. ff. teſtament. quemad. aper.* Baldus *in l.fin.n.* 12. *C.de fruct. & lit. expenſ.* Carpzovius. *defin. forens.*

part.

part. 1. *conſt.* 16. *def.*47.*n.*2.ut invitus ad teſtimonium dicendum cogi poſſit, *l. locum.* 3. §.*exhibere. ff.de tabul.exhib.l.cum ab initio.*4.*ff.quomad.teſtam. aper. l. ſi quando.* 19. *C. de teſtib.*idque exceptis ex- 127
penſis faciet gratis, Gloſſa.*in c.cum ab omni.*10.*verbo.gratis.ext.de vita & honeſt.cler.* Si tamen teſtis 128
qui ex operis diurnis ſe, uxorem & liberos alit, peregrè evocatus pro diurna mercede ceſſante ſibi refundi petat; quamvis eum repellendum velit Vivianus *in c.ſtatutum.*11.§.*pro ferendo.de reſcriptis.in.* 6.argumento dicti textus qui ſolum de expenſis loquitur, ſic cætera prohibuiſſe videatur, Campegius. *de teſtibus. Regula.*264. Tamen audiri æquiſſimum erit. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 99. *n.*8. Guido Papæ.*deciſ.* 68.*n.*6. Cacheranus. *deciſ.*46. Colerus. *d. cap.* 14.*n.* 36. Albericus de Maletis. *d.cap.*7.*n.*85. Ruland.*d.c.* 13.*n.* 13. Jacob. Gothofredus *de ſalario cap.*5.§.4. Lanfrancus Zacchias. *de ſalario. quæſt.* 86. *n.* 13. ex eo quod docuit Dominicus Soto.*de juſt. & jure lib.* 5.*quæſt.*8.*art.*4.*circa finem.* poſſe teſtem pro labo- 129
re ſuo recipere pretium, alias maximè damnoſum ei eſſet officium, contra *d.l.ſi quis ex ſignatoribus.* facit optimè textus & Gloſſa. *in l. ſi ſervus communis.* 61. §. *quod verò.* ibi: *juſtiſſimè. ff. de furtis.* Bartolus.*ibidem l.ſed & ſi hæreditas.*§. 1. *ff. ad exhibend.* ubi inter impendia reputatur, ſi ſervus ſolebat ſe ex operis & artificio alere.

Non obſtat quod munera publica perſonalia 130
gratis peragi debeant, cum hæc tantum animi proviſione & corporalis laboris intentione, tamen ſine aliquo gerentis detrimento perpetrentur

l.fin.

l. fin. §. 1. ff. de munerib. & honor. vide Cacheranum *decis.* 46. in terminis per totum. Sicut nec in contrarium facit, quod in legibus primo citatis ſola fiat mentio de ſumptibus & expenſis teſti miniſtrandis, & verbo expenſarum non veniant damna, ut unius incluſio alterius excluſio dici poſſet, quia reſpondendum eſt, quod eo ſolum caſu unius admiſſio importet cæterorum excluſionem, quando illa ſimul fuerunt propoſita, non, ſi unus ſolummodo caſus propoſitus fuit & admiſſus, quia tunc caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione juris communis argumento *l. commodiſſime.* 10. *ff. de lib. & poſth.* Similiter non adverſatur, quod diſponitur in *l. ſi quando.* 19. *Cod. de teſtib.* non poſſe teſtes cogi ultra quindecim dies ſtare in loco judicii, ne pro alienis commodis ſuas inveniant difficultates, ſi quis ex eo inferre vellet, ergo ſpatio quindecim dierum poteſt cogi teſtis pati ſuas difficultates, nempe damna, ut nihil ex jactura artificii prætendere poſſit; Quia teſtis cogi quidem poteſt, ut per quindecim dies permaneat cum difficultate, non tamen ſequitur inde, quod & damnum inter dictos dies pati debeat, privilegia namque intelligenda ſunt quo minus præjudicent tertio. *l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publ.* recedunt enim à jure communi, & omnis receſſus à jure communi eſt odioſus & reſtringendus. *c. 1. & 2. de fil. preſbyt. in 6.* nec favor litigantium tantus eſſe debet, ut abſurditas ſequatur & teſtes eorum cauſâ damnificentur, ſufficit his jacturam temporis & moleſtias tolerare, & in aliquo conſuluiſſe amico. Certe hanc mercedem tanquam intereſſe

tereſſe emergentis damni validè petunt, ne interim familia eorum fame tabeſcat, argumenta ſint ea, quæ de mutuo Dd. paſſim tradunt, & inferius de uſuris expenſarum dicentur.

Imo ſtatuit Lanfrancus Zacchias, *de ſalario, quæſt.* 86. *numer.* 28. ſi teſtis patiatur laborem aliquem, quem ſufferre ad teſtis officium non pertinet, quod mercedem pro eo petere poſſit, argumento à tutore ducto, qui ſi habeat laborem ad officium tutoris non ſpectantem, ut ſi colat agrum, putet vineam pupilli, in ejus proceſſu velut advocatus patrocinetur, vel ſimile quid faciat in quo neceſſe foret alterius operas pro mercede conducere, quod poſſit mercedem petere pro illo labore, eamque in redditione rationum adminiſtratę tutelæ computare. Movet quęſtionem Joannes Andreæ *in addit. ad Speculatorem. tit. de teſte.* §. *qualiter. n.* 12. *verb. quoniam* quod ſi producens convenit cum teſte de certa ſumma in dies ſingulos danda, ſolvitque pro decem diebus, poſtea evênit, quod teſtis non niſi per ſex dies abſuerit, an ſumptus quatuor dierum producenti reſtituere teneatur, & concludit quod ſic, per. *l. creditor.* 60. §. *ſi inter ff. mandati* & *l. lucius.* 88. §. 1. *ff. de legat.* 2. &. *l. pecunia ſortem* 8. *ff. de aliment. & cibar. legat.* quem ſequuntur Petrus Moncada *in addit. ad Crotum. d. part.* 9. *n.* 64. Colerus *d. cap.* 14. *n.* 34. Sed quid ſi teſtis non abſumpſit id, quod ſibi à producente in eum finem datum eſt, ut quia in loco judicii invenit ſuos amicos, qui eum certatim invitarunt, ita ut nihil expoſuerit? diſtinguit Colerus. *d. cap.* 14. *num.* 35.

131 132 133

35. aut data eſt pecunia teſti, ut inde ſe alat & quod erogaverit in rationes referat, ſicut tutores peregre euntes facere tenentur, *l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. diſtrah.* aut data eſt, ut de ea vivat, non conſiderato ſive plus ſive minus inſumat, ſicut de Conſtitutione Carolina circa plebeos dictum eſt, ut hoc caſu teſtis comparſam pecuniam ſibi retineat, illo, producenti reſtituat. per. *d. l. creditor.* 60. §. *ſi inter ff. mandati.* forſan poſſet dici quod neutro caſu reſtituere teneatur id, quod probabiliter conſumpturus fuiſſet, propter obligationem ad antidora, quâ teſtis hic devinctus eſt, vel quod amici ab obligatione quâ tenebantur ob ſervitia teſtis ſe liberare eaq; remunerare intenderint argumento ſumpto ab eo, qui advocatum & procuratorem gratis habuit, & nihilominus ordinarium eorum ſalarium ad taxam expenſarum redigit ſi
134 vincat vide *cap.* 10. *num.* 54. Damnum quod teſtes in itinere perpeſſi ſunt, in equo vel aliis rebus amiſſis, vel â latronibus ſubtractis producens emendare non tenetur, Nellus de S. Geminiano. *de teſtibus. part.* 1. *num.* 37. adſtipulatur ipſi. *l. inter cauſas.* 26. §. *non omnia. ff. mandati.* Hunc tamen paragraphum Accurſius in gloſſa dicit de curialitate non ſervari; Diſtinguit optimè Petrus Moncada *in addit. ad Crotum. part.* 9. *n.* 65. ex doctrina Bartoli, quam poſt Joannem Faſcioli de Piſis in ſimili caſu de ambaſciatore tradit in. *l. ſi ſervus communis* 61. §. *quod vero ad mandati. de furtis.* Aut producens voluit teſtes per loca periculoſa ducere, ita quod veriſimiliter quilibet bonus pater-

familias

familias de caſu cogitare poterat, & tenetur ad refectionem, aut non duxit per loca periculoſa, & hoc caſu ſi teſtes procurarunt ſe produci, eorum etiam damnum erit. *d. §. non omnia.* juncto §. *item tria onera, Inſt. de excuſat. tutor.* Gloſſ. *ibid.* argumento, *l. univerſi C. de legationib.* ſi verò id non procurârunt, & damnum eis datum eſt in rebus aliàs non perituris, ſibi tamen ad iter neceſſariis, meritò id reſarciri poſtulant, *l. cum duobus.* 52. §. *damna. ff. pro ſocio* juſtiſſimè namque teſtes allegare poterunt, ſe id damni non fuiſſe paſſuros, ſi producti, & ad comparendum coacti non fuiſſent. *d. §. quod vero ad mandati.* ſecus verò ſi res ſecum non neceſſarias ad pompam fortaſſis deportaſſent, aut aliter naturaliter perituras.

SECTIO. III.

Quo tempore, & qua actione ſalaria & expenſæ litis petantur à partibus.

SUMMARIA.

1. *Salaria & expenſa ante calculum ſententia exigi debent.*
2. *Judex ſportulas conſequi poteſt executione mandatâ.*
3. *Arbiter ſententiam ſuam exequi non poteſt.*

G 4. Ar-

4. *Arbiter non tenetur ſententiam promulgare niſi ſalario prius recepto.*
5. *Judici ſolvuntur jura pro quovis actu.*
6. *Judex non tenetur mittere ad Univerſitatem acta, niſi litigantes exhibeant expenſas tranſmiſſionis.*
7. *Nec publicare ſententiam niſi prius ſolutis ſportulis.*
8. *Notarii actione locati mercedem conſequuntur.*
9. *Notarii non exigunt mercedem niſi opere perfecto.*
10. *Notarii an poſſint petere partem mercedis antequam inceperint?*
11. *Notarii habent jus retentionis.*
12. *Notarii an habeant actionem contra cauſarum procuratores?*
13. *Hoſpes an habeat actionem contra dominum pro eo, quod procurator conſumpſit?*
14. *Pedelli quomodo mercedem conſequantur?*
15. *Advocati in qua parte litis ſalarium exigere poſſint.*
16. *Diſtinctio Freyers.*
17. *Advocati pendente lite implorare poſſunt officium judicis pro ſalario conſequendo.*
18. *Quid ſit de conſuetudine.*
19. *Advocato debetur annuum ſalarium initio anni.*
20. *Advocati hæredes exigere poſſunt totum ſalarium, etſi is initio anni mortuus eſſet.*
21. *Probatur per leges & reſpondetur contrariis.*
22. *Leges inſertæ corpori juris vim conſtitutionis generalis habent.*
23. *Diſtinctio inter laborem ſimplicem, & laborem ſcientiæ combinatum.*

24.

5. 26. *Advocati triplici actione exigunt ſalarium.*

Advocati quâ actione ſalarium exigant.

Advocatus quomodo dominium conſequatur rei ſibi à cliente in ſolutum datæ.

Advocatus an actionem habeat contra partem victam pro ſalario conſequendo?

Procuratori debetur ſalarium finitâ cauſâ.

Procurator an pendente lite ſalarium petere poſ- (ſit?

Procuratori quando debeatur annuum ſalarium.

Procurator ſalarium non habet propter doctrinam, ſed propter ſolum laborem.

Procurator licet doctus & in praxi expertus ſit, non gaudet privilegiis Doctoribus conceſſis.

Procuratoribus Curiæ Romanæ & Cameræ Imperialis debetur ſalarium annuum initio anni, & tranſmittunt ad hæredes.

Procurator qua actione ſalarium exigat, ſi res certa promiſſa ſit.

Quando incertum quid promiſſum eſt.

Si nihil promiſſum ſit.

Procurator, cui nihil promiſſum eſt, non agit locati, implorat tamen officium judicis.

Procurator videtur velle gratis ſervire propter conjunctionem.

Propter accepta beneficia.

Propter magnam amicitiam.

Remunerationes debent eſſe fertiles.

Teſti alimenta & ſumptus itineris præſtantur antequam domo exeat.

Teſtis an teneatur comparere antequam ſumptus exhibeantur? 46.

46. *Cautela contra eum qui remorandæ litis cauſâ vult teſtes ex longinquis evocare.*

MOnet Speculator *tit. de ſalariis judicum n.* 14 unumquemque qui ſalaria & litis expenſas
1 à litigatoribus accipere debet, ut ea ante calculum ſententiæ exigat, partes namque fallacibus ſæpe advocatorum promiſſionibus eluſas, ſe in cauſa victores fore exiſtimantes ad ſententiam properare, ſic libenter ſalaria ſolvere, quod ægrè facerent condemnatæ, quo ſpectat id quod dici ſolet:

Dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus.

Quocirca hic inquiram, quo tempore & qua actione ſalaria illa peti & exigi poſſint.

2 Judici actionem pro conſequendis ſalariis ſeu ſportulis ſibi debitis intentare neceſſum non eſt, cum ipſe executione mandatâ eas conſequi poſſit,
3 excepto Arbitro, qui dum juriſdictione caret, ut ne quidem arbitrio promulgato partes cogere, ſententiamque dictam exequi valeat, *l.* 3 *ff. de recept. arbit.* eas actione in factum, argumento *l. quoties* 21. *ff. de præſcriptis verbis.* vel judicis officio ad inſtar advocati obtinebit, vel ubi ſuſpicabitur, ſe difficulter eas
4 obtenturum, non compelletur arbitrari, niſi recepto ſalario, & uſque eo ſententiam retinere poterit. Alexander de Nevo *in addit. ad Speculatorem tit. de arbitro, verſ. nunquid arbiter poſſit cogere partes ad ſalarium.* Maſcardus *concluſ.* 164. *n.* 16. Lanfrancus Zacchias *de ſalario quæſt.* 72. *n.* 22.

Quando autem ſolvi debeant expenſæ judicum, circa hoc cujuſque fori conſuetudo attendenda eſt; illud

…d generalitet adnotandum, quod pro quovis a- 5
…peracto illico pendantur, v.g. pro ſigillo proceſ-
…us impreſſo, nec eos ante ſolutionem extradere
…ligantur, prout de Notario dicetur; ubi verò
…jores aliquæ expenſæ per tractum aliquem re-
…tuntur, velut in commiſſionibus, de iis ſicut &
…tes ipſi ſine injuria ſibi prius provideri poſtulant.
…tolus *in l.* 1. §. *divus. n.* 16. *ff. de var. extraord.*
…nit.

…oc certum eſt, non teneri judicem acta ad Uni- 6
…ſitatem, aut aliud Collegium juridicum transmit-
…e, niſi litigantes ad tranſmiſſionem neceſſarias
…enſas prius deponant, Ordinatio Cellenſis *tit.* 31
…anoverana *tit.* 28. §. 7. nec obligatur judex re- 7
…ſam aut à ſe conceptam ſententiam ante pro-
…lgare, quam de ſportulis ſibi debitis ſatisfactum
…it; Interim hic Oſnabrugi uſu hactenus obti-
…t, quod procuratores ad ſportulas nomine prin-
…lium ſuorum exhibendas teneantur.

…otarii actione locati mercedem ſuam conſe- 8
…utur, licet de ea expreſsè actum non ſit, eo enim
…o quod partes exempla actorum petunt, in mer-
…dem ſolitam conduxiſſe cenſentur, Bartolus *in l.*
…ludi quoque n. 1. *ff. de var. extraord. cognit.* per *l.*
…epto 18. *Cod. de locato conducto.* argumento eo-
…n quę de procuratore *n.* 40. dicam; non exigent 9
…en prius quam opere perfecto, Innocentius *n.* 5.
…DD. communiter *in c. propter ſterilitatem* 3. *ext.*
…ocato conducto. ſolent interim cautiores, cum a- 10
…ntegra deſcribi requiruntur, partem ſalarii reci-
…e, antequam ad laborem ſe accingunt, quod ex *l.*

*venditor.*13.§.*ſi conſtat ff.commun.prædior.* juſtificare poſſunt; Sed & ordinatione Camerali remota, *part.*2.*tit.*34.*in princip.part.*3.*tit.*35.*in princip.* cavetur appellantem in requiſitione actorum debitam de mercede ſolvenda cautionem præſtare teneri;
11 Certè deſcripta partibus extradere non coguntur, niſi ſalario prius recepto, Maranta *in Speculo part.*6. *act.*10.*n.*59. Gloſſa *in l.*1. *in princip.verb. abſimiles ff. de edendo.* habet enim ſcriptor jus retentionis quinternorum pro ſalario ſuo, de quo jure videas inferius *cap.*13.*n.*24.
12 Notandum quod Notarii non poſſint agere contra cauſarum procuratores pro conſecutione mercedis actorum & expeditionum ſollicitatarum ab ipſis procuratoribus pro ſuis clientibus, niſi intervenerit eorundem procuratorum promiſſio, & ita in Rota Romana poſt maturam diſcuſſionem reſolutum eſſe teſtatur Lanfr. Zacchias *de ſalar.q.*78.*n.*34 *& ſeq.* pro eo facit *l. ſi pupilli* 6.§.1.*ff.de negot. geſt.* vel niſi notarius contemplatione procuratoris proceſſus vel actorum copias eidem extradidiſſet. *l.cum qui mutuam* 13. *Cod. ſi cert. pet.* quod ultimum hic communius obſervatur, eâq; de cauſâ notarii mercedem ſuam ab iis non à clientibus ipſis expoſcere ſolent, & ita in Curia Romana ſervari, quod procurator teneatur ad expenſas regiſtri abſente domino, teſtatur Caſſadorus *de procurator. deciſ.*1.*n.*2.
13 Benintendis *deciſ.*26.*n.*7. Ex eodem principio judicatum teſtatur Hartmann. Piſtoris *ſing. obſerv.* 40. quod ſi procurator aliquorſum propter litem expediendam proficiſcitur, & in hoſpitio ſumptus facit, hoſpes

ſpes contra dominum actionem habeat pro conquendo conſumpto.

Executoribus ſeu pedellis eadem applicare pote- 14
ſt, ſed & judicis officio ſimpliciter implorato iis
ſuccurrendum erit, ut mercedem ſolitam pro itine-
re juxta loci diſtantiam & inſinuationis actu conſe-
quantur, quod iis non multum ſupereſſe & ſuis in-
digere ſoleant.

Advocatis autem quando ſalarium ſolvi debeat, ſi 15
de certo quodam conventum eſt, Magonius *deciſ. Florent.* 12. *n.* 5. & Berlichius *part.* 1. *concluſ.* 9. *n.* 82. remittendo ad alios nihil determinant. Speculat. *tit. de ſalar. advoc. n.* 14. exiſtimat, initio litis ſolvendum eſſe, per *l. ſi venditor* 13. §. *ſi conſtat ff. commun. prædior.* ubi dicitur, prius ſolvendum eſſe ſalarium, quam lapicinæ cedantur, cui Gloſſ. *ibid. in verb. ſalaria* conſentit, ſequitur Lanfr. Zacchias *de ſalar. q.* 14. *n.* 13. *& ſeq.* Crebrius tamen eo itum eſt, ut finitâ demum cauſâ peti poſſit. Bartol. *in l.* 1. §. *divus. n.* 17. *ff. de var. extraor. cogn. in l. archiatri Cod. de profeſſor. in l. un. Cod. de ſuffrag.* Decius *in d. l. diem functo n.* 4. ubi *n.* 5. addit, æquum eſſe ut ab initio pars ſalarii ſolvatur, Sichardus *in l. unica n.* 8. *Cod. de ſuffrag.* ſcil. ſi de ſalario cauſæ particularis ſit quæſtio, quamvis in eo quod in ſingulos annos pro cauſis omnib9 conſtitutum eſt, contrarium ſtatuat. Schneidewinus *ad inſt. tit. de action.* §. *tripli n.* 11. Mynſing. *cent.* 3. *obſerv.* 7. qui ita in Camera obſervari teſtatur. Weſenbecius *ad tit. Cod. de advocatis div. jud. n.* 5. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 12. §. 2. *lit. b.*

16 In hac contrarietate diſtinguit Freyers *tract. de ſolutionib. cap. 5. n. 52.* quod deficiente conventione, ad quam prius reſpiciendum ſit, arbitrio judicis committatur, qui inſpectâ cauſæ qualitate decidat, num levis vel celeris expeditionis ſit, an ardua multum temporis & laboris inſumens, ut priori modo non niſi causâ finitâ ſalarium præſtetur, eò quod facili operâ circa temporis jacturam advocatꝰ utatur, poſteriori verò caſu pars ſalarii initio exſolvatur.

17 Pendente interim lite officium judicis pro ſalario obtinendo implorari poteſt, *l. properandum. §. illud procul dubio 13. Cod. de judiciis.* Mynſingerus *d. obſ. 7. n. 6.* illamque opinionem æquiorem ſanioremque perhiberi, ut honorarium pendente lite pro parte præſtiti non præſtandi patrocinii exſolvendum ſit, tradit Grevæus ad Gailium *lib. 1. obſ. 44. conſid. 1. n. 9.* Conſultius ſanè erit clienti, ut initio litis partem promiſſi ſalarii præſtet, in proceſſu pro rata, & in fine reſiduum fideliter ſolvat, ne ex dilatione ſolutionis faciat & differri cauſam, advocato diligentiam & laborem differente, ſicut benè monet Owenus Epigrammatum *lib. 1. ad Edoardum Noel. epig. 67.* hiſce verſibus:

Lis pendet tibi Polle ? *ſemel tibi pendere præſtat,*
Quam pendêre diu, ſolve ſolutus eris.

quia ex vulgari dicto, equus malè paſturatus malè ambulat.

18 Ex uſu & conſuetudine hodierni temporis communiter ſolvitur advocatis ſalarium pro ſingulis juris informationibus lite pendente, quæ conſuetudo jam tempore Jaſonis cœpit, uti teſtatur *in §. Tripli. n. 61. inſt. de action.* An-

Annuum verò ſalarium initio cujuslibet anni detur, argumento *l. ſi ſervus communis Mævii.* 18. §. *fi. ff. de ſtipulat. ſervorum.* juxta Gloſſam *in* §. *qui hoc anno. inſtit. de inutil. ſtipulat.* & in §. *at ſi ita ſtipuleris, verb. annuos. inſtit. de verborum obligat.* ubi hos verſus ponit: 19

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni,
Anno ſi debes, in fine teneberis anni.

& diſtinctionem facit, an per verbum annuum vel ſingulis annis promiſſum ſit; Eam ſequitur Bartolus *d. §. divus n.* 16. Abb. Panormitanus in *c.* 1. *n.* 10. *extr. de cleric. ægrot.* Decius in *d. l. diem functo n.* 16. Sichardus in *l. pecuniam à te. Cod. de condict. ob cauſ. dat. & in l. unica n.* 8. *Cod. de ſuffragio.* Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 12. *§.* 4. *lit. a.* Non obſtat, quod Brunneman. per text. in *l. per hanc legem.* 7. §. 4. *Cod. de advocat. diverſ. judic.* in medio anni ſolvendum arbitretur, cui jam ante reſpondit Bartolus *ibidem*, fuiſſe hoc ſolum in iſtis octuaginta advocatis conſtitutum juxta *d. l.* in aliis verò ſecus.

Unde præſtandum eſt etiam finito proceſſu ante annum elapſum. Carpzovius *definit. forenſ. part.* 1. *conſt.* 1. *def.* 34. *n.* 4. & advocato initio anni in fata cedente totum ejuſdem anni ſalarium debetur, & ab hæredibus ejus exigi poteſt. Gailius *lib.* 1. *obſ.* 44. *n.* 12. Bartholom. Brixienſ. *quæſt. dominical.* 72. *n.* 2. Joannes Andreæ *quæſt. Mercurial.* 3. *n.* 1. Gylmannus *votor. Cameral. tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 27. *n.* 5. Mynſingerus *cent.* 3. *obſ.* 8. Sichardus ad *d. l. unic. n.* 9. *Cod. de ſuffragio.* Capycius *deciſ.* 125. *n.* 2. ubi de impedito per infirmitatem idem ſentire videtur, Rauch- 20

bar. *vol.1.quaſt.25.n.9.* Carpzovius *d. defin.*34. ubi præjudicium adducit,& *part.2.conſt.*51.*def.*12.*n.* 4. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.6.* §. 10. &
21 §.22.*lit.d.* Et hæc eſt communis opinio, pro qua adducunt *l.* 1. §. *divus. ff. de var. extraord. cognit.* ubi Divus Severus vetuit ab hæredibus advocati mercedem ſeu ſalarium repeti, quia per eum non ſteterat,quo minus cauſam ageret, ſed contra hanc legem reſponderi poteſt,quod retentio in jure facilius permittatur quam petitio, *leg. per retentionem* 41. junctâ *leg. quamvis* 3. *Cod. de uſuris.* vel quod advocatus in vita paratus erat patrocinium præſtare clientulo differente, quod ex verbis, quia per eum non ſteterat,colligere licet, unde ex lege hac communis concluſio inferri nequit. Deinde allegant pro communi. *l.poſt duos.* 13. *Cod. de advoc. diverſ. judic.* ubi advocatus tranſmittit ſalarium illius anni ad hæredes in quo moritur, modo eum inceperit,cui itidem obmoveri poteſt,quod hoc ſpeciale ſit in advocato fiſci,& quamvis fiſcus nihil ſpeciale habeat,& jure privatorum utatur,niſi expreſsè aliud determinetur,Gloſſa in *l.item veniunt,* 20. §. *in privatorum verb. in publica. ff. de petit.hæredit.* eſſe tamen in hac lege de novo id ſpecialiter ſtatutum, quia verbum ſtatuimus novam inducit conſtitutionem, Gloſſ. *in c.ut litigantes* 5. *verbo, ſtatuimus.de offic. ordinar. in* 6. Item pro communi opinione producunt,*l.fin.Cod.de domeſtic. & protect. l. matriculam* 3. *Cod.de agent.in reb. l.ſi quis in ſacris* 11.*in fine Cod.de prox.ſacr.ſcrin.*ſed ad eas replicari valet, eſſe illas conſtitutiones de caſu ſpeciali in favorem

vorem ſervientium bono publico emanatas, ita ut generaliter ad privatorum advocatos deduci nequeant. Ex quo tamen leges illæ corpori juris inſertæ ſunt, ut vim conſtitutionis generalis habere ſoleant. *§. fin. Cod. de nov. cod. fac.* & ibi Gloſſa *in verb. Reſcripta*, ideo opinioni communi inſiſtendum erit, ſaltem Ummius *diſp.* 2. *n.* 48. ſoli advocato fiſcali hoc privilegium attribuit, & autumat non probari poſſe reliquos advocatos olim ſalaria publica habuiſſe, ut propterea non facilè adſerendum ſit, quoſcunque advocatos ultimi anni ſalarium ad hæredes tranſmittere; Interim communi opinioni non adverſatur, *l. jubemus.* 16. *§. fin. Cod. de eroga. mil. ann.* eo quod militibus ſtipendia in annos non conſtituebantur, ſed ut quantum quiſque onus militiæ ſubiiſſet, tantum eidem tribueretur, maximo enim id Reipublicæ gravamini fuiſſet in tanta militum copia, ſicut & noſtri temporis milites non annuis ſed menſtruis ſtipendiis mereri ſolent. 22

Nec obſtat *l. Seio* 10. *ff. de ann. legat.* quod regula illa procedat, quando propter laborem ſimpliciter ſalarium conſtitutum eſt, ut tunc pro rata temporis debeatur, de quo *l. citata* agit junctâ. *l.* 13. *eod. tit.* & *d. l. jubemus.* & ſimiles, ſicut eſt in manuariis artificibus, ut quantum laboraverint, tantum ſalarii conſequantur; Secus ſi non ſimpliciter propter laborem, ſed & propter virtutem, probitatem ſcientiæ & intellectus, conſtitutum eſt, quod propriè præmium dicitur, velut quod Præſidi, Aſſeſſori, Advocato, Doctori legenti & Medico datur, & ita diſtinguit Bartolus in *dict.* 23

leg.

leg. 1. *§. divus. num.* 5. *& ſequent. ff. de var. extraord. cognit.* Gothofredus *d.* §. 10. *&* 22. *lit. d.* quaſi per advocatum non ſteterit, quo minus patrocinium anni adimpleret, propter caſum fortuitum, mortem ſcilicet in ſua perſona contingentem; quocirca quidam voluerunt, advocato infirmo ſalarium annuum etiam tempore infirmitatis deberi, Speculator *tit. de ſalar. advocat. n.* 9. *&* 21. Capycius *d. deciſ.* 125. Sed hæc de ſalario annuo pro omnibus cauſis intelligenda ſunt, aliàs advocatis decedentibus integrum ſalarium ad heredes non tranſmittitur, quia in eis etiam tempus & labor diviſionem recipiunt, quamvis ſolutum ſalarium repeti nequeat, Gothofredus *d.* § 22. *lit. d.*

24 Triplici jure ſalarium advocato debetur 1. Vel ex proviſione hominis, veluti ſi inter advocatum & clientem promiſſio facta eſt per ſtipulationem ad aliquid certum, quo caſu agitur condictione certi generali, *l. certi condictio* 9. *ff. ſi certum pet. Inſtit. de*

25 *verb. oblig. in princ.* 2. Vel ex ratione mixta hominis ſcilicet & legis, ſi nulla ſtipulatio interpoſita, & nudo tantum pacto promiſſum eſt ſalarium, tunc advocatus contra clientem tergiverſantem ex condictione *d. l. unic. Cod. de ſuffrag.* aget, quę vult, ut ex nudo pacto ſalarium præſtetur advocato, & hoc caſu pactum nudum dici non poteſt, ſed veſtitum, uti Doctores ajunt, efficax ſcilicet ad producendam actionem, efficaciam habens ex dicta lege. Duarenus ad *d. tit. Cod. de ſuffragio*, reprehendit plerosque Doctores erroris, eosq; vulgares vocat, quod hunc titulum advocatis applicare voluerint, cum de ſuffra-

fragatoribus ſeu interceſſoribus aulicis, & ſi quid honoris adipiſcendi cauſâ eis promiſſum ſit, agat; Quidquid tamen ille ex verbo ſuffragari inferat, cum gloſſa ſit aperta, eique Doctores communiter inſiſtant, non eſt quod in praxi ab eodem diſcedamus: 3. Vel demum ex mera proviſione legis, 26 nempe ſi nihil inter advocatum & clientem convenit, nullumque conſtitutum eſt ſalarium, actione quidem caret advocatus, implorabit tamen judicis officium, ut ex æquitate ſibi conſulatur in decernendo ſalario pro modo & gravitate cauſæ ac laboris, advocati facundia & fori conſuetudine, quaſi ex ipſa officii ratione conditioneque perſonæ tacitè conſtitutum videatur, *dict. l. 1. §. in honorariis ff. de var. extraord. cognit.* Gloſſa *in dict. l. unic. Cod. de ſuffragio.* Jacobus Gothofredus *de ſalario cap. 2. §. 15. & c. 5. §. 5.*

Dixi ex nuda pactione dari advocato actionem 27 vi *d. l. unica.* at inter Doctores variatur, qualis ſit iſta actio; Alii actionem volunt præſcriptis verbis, facio ut des; vel de dolo, utramque Gloſſa rejicit, ſicut & actionem locati, eo quod agrimenſori illa ne quidem competat, *l. 1. in princ. ff. ſi menſor falſ. mod. dix.* & quod advocato etiam invito onus advocationis imponi poſſit, *l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtulando*, ſic contractus locationis eſſe nequeat, qui inter volentes ſolum contrahitur. Sichardus tamen in *d. l. unica* poſt Cynum putat, ſolere advocatos operas locare, & licet antiquitus fuerit officium eorum publicum & neceſſarium, ita ut cogi potuerint ad patrocinandum, quia certo annuo ſalario ſub certo nu-

numero publicè conducebantur, hodie tamen eorum officium non ita neceſſarium eſſe, nec ſalaria publica eis prę̄ſtari, ut operas ſuas pro arbitrio locare, & clientes rectè ex locato convenire poſſint.

28 Illud præterea advertendum, quod in ſolutione quantitatis vel rei mobilis, factâ à cliente ratione ſalarii, requiratur vera & realis traditio advocato facta, quæ dominium illico ſine ſcriptura quapiam in accipientem transfert, in re immobili verò præter corporalem traditionem quod neceſſe ſit ut ſcriptura ſeu inſtrumentum deſuper confectum intercedat. *d.l.unic.Cod.de ſuffragio.* idemque ne re incorporali ceu annuo cenſu ſtatuendum eſſe, licet corporaliter tradi nequeat, cenſet Sichardus *ad d.l.unic. n.*4. Quod ſi ſolemnitas illa non interceſſerit in re immobili, eamque advocatus ſine vitio nactus ſit, ſcil. per traditionem non interveniente ſcripturâ, exceptione ſe tueri poterit, habet enim actionem, eò magis habebit exceptionem, *l.*1.§.*is autem. ff. de ſuperficieb.* nec facit quod dominium non diſceſſerit à cliente, argumento *l.jubemus.* §. 1. *in fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* facit *l.ejus qui* §. 1. *ff.ſi cert. petat.* cum dolo faceret cliens ſi peteret, quod mox reſtituturus eſſet. *l.dolo* 8. *ff.de except.doli. l.*173.*in fin. ff. de reg. juris.*

29 Quamvis advocatus adverſus clientem pro conſequendo honorario actionem habeat, non tamen partem adverſam victam clienti ſuo in expenſas condemnatam rectà pro eodem convenire poteſt, Græværus in Gail.*lib.*1.*concl.*44.*conſid.*1.*n.*7. cum inter hos nihil ſit actum, ſic nulla ſit actio; Moderatio-

tione tamen expenſarum factâ, quin victor advocato ſuo pro rata deſerviti actionem contra victum & codemnatum cedere queant, non dubito, Zoëſius interim *in tit.ff. de re judicata n.* 121. velle videtur, quod patronus pauperis, cui gratis inſervivit, poſſit victo diviti imputare expenſas patrocinii, & ab eodem ſalarium ſuum petere, quem juxta dicta intelligendum puto, intercedente ſcil. ceſſione.

Procuratori, niſi aliter conventum ſit, finitâ demum cauſâ ſalarium debetur, Speculator *de ſalar. procurat. in fin.* Innocentius *in c. propter ſterilitatem n.* 5. *extr. de locato conducto.* Jaſon *in l. diem functo, n.* 13. *ff. de offic. aſſeſſ.* Menochius *de arb. jud. quæſt. caſ.* 512. *n.* 20. Mynſingerus *cent.* 3. *obſ.* 7. *n.* 5. ſicut & tutori vel curatori ſalarium conſtitutum non debetur niſi finitâ tutelâ & curâ. Damhouderus *in patrocin. pupill. tit. de tutorum mercede. n.* 35. quia locanti operas ſuas pro aliquo opere faciendo vel exercendo, finito tantum opere ſolvendum eſt debitum ſalarium, Innocentius *d. n.* 5. Non tamen ad exitum totius litis procuratorem remorandum duco, ſed pendente eâ æque ac advocato pro labore præſtito ſuccurretur, argumento *d. l. properandum.* §. *illud. Cod. de judiciis.* 30

31

Annuum ſalarium ubi procuratori promiſſum eſt, initio etiam anni deberi cum hoc privilegio, ut quamvis pendente annô deceſſerit, totum nihilominus ad hæredes tranſmittat, voluit GræVæus ad Gail. *lib.* 1. *concl.* 44. dum *n.* 17. ita de advocatis concludens, *n.* 27. ſubjungit, quæ obſervatione illâ de advocatis dixiſſet, eadem in procuratorib. obtinere. 32

Ex

Ex doctrina tamen Bartoli *in d.§.divus n.6.* contrarium videtur concludendum, ubi diſtinguit inter eum, cujus ſalarium eſt remuneratio laboris, velut qui alterius operas conduxit, quod hic pro rata ſervitii tantum habeat, argumento *l. Sejo* 10. *ff. de ann.legat.* ſicut ex hac doctrina Damhouderus *dict. tit.n.*28. ita de tutore concludit; Et inter eum, cujus ſalarium & pro remuneratione laboris eſt, & in præmium præſtiti beneficii ſcientiæ labori ita combinatæ, ut ab ea ſeparari nequeat, velut in advocato, Doctore, qui initio anni totum promeruiſſe dicuntur & ad hæredes tranſmittere, ut ſatis inde colligitur, id ſcientię labori combinatæ privilegium eſſe,
33 quæ in procuratore non adeſt, cujus munus in ſolo labore conſiſtit, vel ſicut Weſenbecius *ad tit. ff. de procurat.n.*10. ait, ejus ſalarium non eſſe autoramentum alicujus doctrinę vel ingenii; ſed ſolummo lo quæſtus communis negotiationis & mercantiæ; unde Caſparus Klockius *de contribut. cap.*15. *n.* 87.
34 concludit; privilegia Doctoribus conceſſa non competere procuratoribus, ſint licet in practica & theoria valde periti, ſuumque officium laudabiliter exerceant, niſi Principis ſint procuratores, vel cauſarum Curiæ Romanæ, intra quem ordinem non niſi graves viri togâ & laureâ candidati admittantur, vel etiam Camerę Imperialis; quos Doctoratus vel Licentiæ ſaltem gradû inſignitos eſſe conſtat,
35 ideo non contradico Gailio *lib.*1.*obſerv.*44.*n.*12. & Lanfranco Zacchiæ *de ſalario quæſt.*82. quod hic de procuratoribus Curiæ Romanæ, & ille de Camera Imperiali tractet, quibus hoc privilegium meritò at-

attribuitur, ſicut & illud quod ſalarium eorum bonis quaſi caſtrenſibus annumeretur, de quo cæteri procuratores ex ante dicta ratione à Doctoribus excluduntur, unde confer huc ea, quæ *cap.* 13. *n.* 36. annotantur.

Actionem quâ procurator ſalarium exigit, inſinuat Gloſſa & poſt eam Sichardus *in l.* 1. *Cod. mandati.* Schneidewinns *Inſt. tit. de mandato* §. *fin. n.* 5. quod aut procurator eſt ſolitus locare operas ſuas, ſi certa pecunia vel alia res per ſtipulationem aut pactum in continenti appoſitum ei promiſſa ſit, quod hoc caſu locati agat, *l.* 1. §. 4 *ff. mandati.* aut operas ſuas locare non conſuevit, & nullum ab initio ſalarium pactus eſt, quod pro tempore præterito nullum ſalarium petat, licet pro futuro petere non prohibeatur, ne officium ei damnoſum ſit, Menoch. *de arb. jud. quæſt. caſ.* 512. *n.* 2. & 8. aut ſi non conſuevit, tamen certam pecuniam pactus eſt, quod ex contractu innominato agat præſcriptis verbis. *l. naturalis* §. *at cum do. ff. de præſcript. verb.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 18. Quando vero pactum ex intervallo adjectum eſt, judicis officium implorandum erit, Schneidewinus *d. n.* 5. 36 37

Quod ſi incertum quid locare ſolito promiſſum ſit, v. g. mandans dixit, agas litem meo nomine, retribuam tibi hoc officium, tunc ſalarium incertæ pollicitationis peti non poterit, *l. ſalarium* 17. *Cod. mandati.* Intellige, ut competat procuratori actio ex promiſſione, judex tamen imploratus notione habitâ incertum illud rediget ad certum, & conſtituet ſalarium ſecundum merita. Salicetus *in notis* 38

ad Gloſſam citatam. Factâ enim conventione in genere ſubintrat judicis officium pro determinanda quantitate, *deciſ.* 67. *num.* 31. *& deciſ.* 83. *num.* 7. *poſt tract.* Lanfranci Zacchiæ *de ſalario*, idq; ſi procurator ſit ſolitus operas locare, *deciſ.* 66. *n.* 2. *poſt dict. tract.*

29 Quod ſi nulla merces ſit promiſſa, ſubdiſtinguendum erit, an gratis procurator erat facturus, ſi hoc conſtat, indubitatè nihil exiget, quod enim gratis ſit petitionem non habet, licet ad antidora teneatur mandans ad remunerandum ex naturali vinculo, *leg. ſed & ſi* 25. *§. conſuluit ff. de petit. hæred.* Bartolus *ibid. n.* 1. aut conſtat eum gratis non fuiſſe facturum, & petitur officio judicis juxta modò dicta de promiſſo incerto.

Ideo procuratori ad lites debetur ſalarium etiam non conventum, quia præſumptio eſt, quod gratis non ſit facturus. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 5. §. 9. & ita deciſum eſt in Rota Romana *deciſ.* 63. *num.* 3. *& deciſ.* 64. *num.* 5. *& deciſ.* 65. *n.* 3. *poſt dict. tract.* quia is operas ſuas locare conſuevit; Et *ibidem dict. deciſ.* 67. *num.* 22. refertur, reformationem S. mem. Pauli V. *in tit. de advocatis & procuratoribus* §. 3. quâ cavetur, procuratores & ſollicitatores quarumcunque cauſarum non poſſe à clientibus petere ſalarium niſi conventum, eſſe intelligendam, quod procuratores non poſſint actione locati conducti petere illud, non prohibeantur tamen implorare judicis officium nobile pro conſequenda mercede ſolita, quod nunquam cenſetur ſublatum, etiam quod ſit ſublata actio

Ja-

Jaſon. *in leg. ubi pactum. numer.* 13. *Cod. de tranſactionibus.*

An autem requiratur ut pars litigans etiam operas conducere ſolitus ſit ? videri id poſſet, quia in deciſionibus allegatis utriusque mentio facta eſt, & conſuetudinem tam locantis quam conducentis ſimul exigit Scaccia *de commerc. & camb. §.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 2. Sufficere tamen alterutrius ſive locantis ſive conducentis conſuetudinem probari ſtatuit Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 2. *§.* 17. Quod interim aliqui ſuſtinent, procuratori ſalarium non conventum non deberi, iis reſpondet Jacobus Gothofredus *d. tract. cap.* 5. §. 9. *lit. C,* id intelligendum eſſe de procuratoribus veteribus, qui gratis mandatũ exequebantur, non de modernis, qui non amicitiâ ſed quæſtu ducuntur. Ubi verò dubitatur, ſi 40
gratis facturus erat an non, judicis id erit æſtimare ex affectione conjunctione perſonarum, vel earum amicitia, an ſalariũ debeatur, conjunctam enim perſonam gratis facturam fuiſſe præſumitur, *l.* 44. *ff. de negot. geſt. l.* 1. *Cod. eod.* hoc tamen reſtringe in eo, qui ſolitus eſt locare operas ſuas cuilibet indiſtinctè, ſicut faciunt moderni procuratores, cum is conſuetâ mercede conductus cenſeatur ſecundum fori conſuetudinem, etſi nihil de eo actum ſit. Grevæus ad Gailium *lib.* 1. *obſe.* 44. *conſid.* 1. *num.* 12. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 4. *& lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 15. quam reſtrictionem limitat Lanfrancus Zacchias *de ſalario quæſt.* 82. *num.* 8. ſi concurrant contraria adminicula, ex ſæpius facta calculatione, & temporis diuturnitate,

quâ procurator ab amico ſuo ſalarium non exegit, quamvis extaret conſuetudo loci ſolvendi procuratoribus ſalarium non conventum.

41 In dubio etiam præſumitur, procuratorem gratis facturum fuiſſe eum, qui à mandante ſuo principali plura accepit beneficia, videtur enim illorum contemplatione, & ratione remunerationis voluiſſe in cauſa patrocinium ſuum præſtare, per dicta Jaſonis *in l. ex hoc jure, n.* 57. *ff. de juſt. & jure.* Lanfrancus Zacchias *d. l. n.* 11. etiamſi merces ſolvenda excederet

42 ſummam beneficiorum, quod in remunerationibus debeamus imitari agros fertiles, qui multo plus reddunt quam acceperunt.

43 Sic & magna amicitia inter procuratorem & litigantem dat præſumptionem, quod procurator voluerit gratis abſque mercede munus ſuum exequi, nihil enim amicitiæ magis adverſatur quàm merces. *l.* 1. *ff. mandati.* etiam ſi amicitia conſtaret inter procuratorem & litigantis proximè conjunctum, ut patrem, Lanfrancus Zacchias *dict. l. num.* 15. Advertendum tamen an amicitia talis ſit, ut poſſit dici vera amicitia, & cum ea cauſa pietatis concurrat, ne ex præſumptione amicus ſupprimatur, *l. is qui amicitia.* 44. *ff. de negot. geſt.* Menochius *de arbit. jud. quæſt. caſ.* 88. *n.* 61.

Teſti alimenta & ſumptus itineris præſtari de-

44 bent à producente ab initio, & antequam pedem domo moveat. textus eſt in *l. quoniam* 11. *Cod. de teſtibus*, ibi, *ut his venturis per accuſatorem ſumptus dari præcipiat.* Joannes Andreę *in addit. ad Speculatorem tit. de teſte* §. *qualiter autem producendi. n.* 12.

n.12. verb. quoniam. Campegius *de teſtibus regul. 263. verſu ſexto.* Sichardus *in d. l. quoniam. num.8.* Duarenus *tit. de teſtib.cap.imprimis teſtes, verſ. & ſolet quæri.* Colerus *de alimentis lib.1.cap.14.n.21.* Lanfrancus Zacchias *de ſalario quæſt.86.n.12.* debet enim prius à ſua parte producens implere, quam ab alio ſibi fieri petat, argumento *l. Julianus 13. §. offerri. ff. de act. empt.* quod intellige, niſi producens per ſe vel miniſtrum ſuum expenſas exhibere vellet.

Sed nunquid teſtes evocati parêre judici, & ad citationem factam ſe ſtatim ſiſtere tenentur, non expectato, quod producens ſumptus prius præſtet? negat Gailius, Reſpondeo, quod teneantur quidem parêre, quia tamen lege cautum eſt, ut judex de ſumptibus illis prius provideat quam veniant, non imputabitur ipſis, ſi per citantem ſe venire paratos offerant, ubi de ſumptibus ex *d.l.quoniam.* ſibi debitis prius proviſum fuerit, idque pro cautela ſuggerit teſtibus Ummius *diſput. 16. num. 58.* ubi addit, quod teſtes, ſi pro jure Principis citentur, tantum venire debeant non ſubminiſtratis prius ſumptibus. Interim ſi domicilium teſtis non adeo remotè à loco judicii diſtet, forſan per unum milliare aut paulò longius, ut ſumptibus modicis tantum indigeat, non eſt quod tergiverſetur, ulterioresque expenſas morâ & tergiverſatione ſuâ cauſet, modò producens ejus conditionis fuerit, ut ſumptus illos exſolvere valeat & ſoleat, quos judex illico prçſtari mandabit. 45

Quod ſi pars altera teſtes ex remotis locis evoca- 46

re velit, eumque in finem longiorem dilationem expoſcat, poterit judex, ſi ſuſpicetur id calumnioſè fieri ad litem prorogandam, petenti mandare, ut omnes prius expenſas apud ſe deponat, per *d. c. ſtatutum*, §. *pro ferendo.* & Gloſſa *ibid. verb. expenſas.* & ſi pars id nolit, judex eos evocare non cogitur, ſed in cauſa procedet, idque per cautela tradit Thomas Ferratus *tractat. cautelarum* 46. *num.* 2. Gailius *lib.* 1. *obſervat.* 99. *num.* 2. & in praxi notandum eſſe, Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 137. oportet tamen eam ſuſpicionem vehementem eſſe, quia non ex qualibet ſuſpicione oborta judex hanc ſumptuum depoſitionem mandare poteſt, Colerus *de alimentis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 22.

CAP. IV.

Quis inter litigantes expenſas ſolvat?

SUMMARIA.

1. *Actum petens eum perſolvere debet.*
2. *Clericus petens ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum ſolvit ſumptus tranſmiſſionis.*
3. *Citatio expeditur & intimatur ſumptibus petentis eam.*
4. *Citationis copia an & cujus ſumptibus danda ſit citato.*

5. *Ar-*

5. *Arreſtum procurans apparitori ſolvere tenetur.*
6. *Actorum copias ſolvit qui petit eas.*
7. *Libelli copia danda reo expenſis actoris ſecundum quoſdam.*
8. *Etiam inſtrumenti in eo mentionati.*
10. *Rationes.*
11. *Datur expenſis ipſiusmet rei.*
12. 13. *Rationes.*
9. *Petitionis ſummariæ copiam accipit reus ſumptibus ſuis.*
14. *Mandati procuratorii copia cujus ſumptibus communicetur adverſario.*
15. *Teſtes producens ſumptus exhibere debet.*
16. *Teſti pro una parte deponenti non creditur, ſi pro altera parte reſpondere nolit.*
17. *Teſtes, ſi ab utraque parte producantur, æqualib. ſumptibus examinantur.*
18. *Interrogatoria qui exhibet, non ſolvit expenſas examinis.*
20. *Niſi in termino non exhibuiſſet ea.*
22. *Limitatur.*
19. *Judex ex officio interrogatoria facere debet.*
21. *Interrogatoria exhibentis gratiâ ſi differatur examen, is ſumptus ex mora cauſatos exſolvit.*
23. *Judex reſecare debet interrogatoria exceſſiva.*
24. *Expenſæ examinis teſtium in quo conſiſtant.*

25. *Judex mittit Notarium vel peritos, & accedit ad locum differentiæ ſumptibus petentis.*
26. *Argumentum contrarium.*
27. *Reſpondetur & explicatur, l.4.§.1.ff.fin.regund.*
28. *Judex ſi motu proprio mandat acceſſum ad locum differentiæ, is fit expenſis communibus.*
29. *Judex ſi mittat Notarium ad partem abſentem pro recipiendo juramento vel reſponſione ad poſitiones cujus id ſumptibus fiat.*
31. *Diſtinguitur per caſus.*
30. *Privilegium nobilitatis non debet operari in præjudicium tertii alium effectum, quàm ad quem datum eſt.*
32. *Procurator principalem ſuum ad judicium ſiſtere & ei denunciare debet ſuis non adverſarii expenſis.*
33. *Acta mittuntur ad juriſperitos pro concipienda ſententia ſumptibus utriuſque partis, ſi utraq; tranſmiſſionem petat.*
34. *Secus ſi altera tantum tranſmiſſionem petiiſſet.*
35. *Referuntur Doctores contrariantes.*
36. *Conciliantur diſtinctione.*
37. *Expenſæ tranſmiſſionis quænam illæ ſint, quas una partium ſola ſolvere debet.*
38. *In reviſorio ob ſummam ad Cameram non appellabilem fit tranſmiſſio expenſis utriusq; partis.*
39. *Diſtinctio inter reviſionem Cameralem & hanc.*
40. *Judex motu proprio acta tranſmittere poteſt.*
41. *Et tenetur in caſu difficili.*
42. *Expenſis communibus.*

Judex

43. *Judex motu proprio ultra probationes partium recipere poteſt teſtes idque ſumptibus communibus.*
44. *Acta inrotulantur utriusq́ partis expenſis.*
45. *Honorarium pro ſtudio decreti ſolvit utraq́ pars æqualiter.*
46. *Actorum conſcriptionem pro ferenda ſententia ſolvit utraque pars æqualiter.*
47. *Apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ dantur ſumptibus appellantis.*
48. *Et denunciatio appellationis factæ.*
49. *Acta primæ inſtantiæ conſcribuntur & mittuntur judici ad quem ſumptibus appellantis.*
50. *Explicatur textus Concilii Tridentini.*
51. *Appellatus ſi adhærere velit appellationi ab adverſario interpoſitæ, debet concurrere in ſumptus actorum.*
52. *Avocatio cauſæ fit ſumptibus petentis.*
53. *Appellationis extrajudicialis documentum intimatur judici à quo ſumptibus appellantis.*
54. *Intimatio quæcunque fit ſumptibus ejus cujus intereſt.*
55. *Emptor ſuis expenſis denunciare debet venditorì litem eſſe motam.*
56. *Non tenetur tamen copiam libelli tranſmittere.*
57. *Nominatus per Regem Franciæ ad beneficium vacaturum exemplum collatori exhibere debet.*
58. *Quantitas expenſarum determinatur ſecundum ſtylum Curiæ.*
59. *Superiores curiæ majores expoſcunt expenſas.*

PErſolvuntur expenſæ litis ab utraque parte litigante, *c. ſtatutum* 11. *§. inſuper de reſcript. in* 6. ita tamen, ut quilibet ſuum actum perſolvat,
1 regulariter enim expediendus eſt quivis actus ſumptibus ejus, qui poſtulat illum expediri. *l. eos* 6. §. *ſi quis autem poſt interpoſitam. Cod. de appellat. l. ſed & ſi* 11. §. 1. *ff. ad exhibend. l. quoniam liberi* 11. *Cod. de teſtibus*. Gailius *lib.* 1. *obſ.* 99. *num.* 1. Menochius *de arbitr. judic. quæſt. caſ.* 228. *num.* 5. Decius *in l. conſilium. num.* 6. *ff. de offic. aſſeſſ.* Scaccia *de judiciis lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 851. *& cap.* 7. *num.* 586. Guilhelmus de Monte Laudano *in repetit. clement. cauſam electionis*, 3. *verb. ſi petita. n.* 10. *de electione.* Salgado *de regia poteſtate. part.* 1. *cap.* 2. *num.*
2 127. Unde petens ſe remitti ad ſuum judicem, ipſius petentis ſumptibus remitti debet, quod de clerico à judice ſeculari ob delictum capto tradunt Boërius *deciſ.* 303. *num.* 3. Aufrerius *de juriſdictione cap. de poteſt. ſecul. in Eccleſ. Reg.* 3. *n.* 16. *verſ. adde quod.* Menochius *d. caſu* 228. *num.* 8. Eſcobar. *de ratiociniis, cap.* 26. *n.* 18. Fulvius Pacianus *de probationibus lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 48. Aſinius *in praxi judic.* §. 32. *ampl.* 32. *n.* 4.

3 Citatio eſt primum litis præparatorium, quo in forum aperitur aditus, ea à judice petenda, *l. fin. Cod. de exhibend. reis.* ejuſque executio actoris requirenda & expedienda eſt expenſis.

4 An autem copia citationis, & cujus ea ſumptibus danda ſit reo? variant, & eſſe dandam ſi à citato petatur. Pelſ. *in proceſſu judic. tit.* 13. *n.* 13. de ſumptibus ait Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 9. quod

quod licet copia citationis primæ non ſit tradenda niſi petita, ſit tamen offerenda etiam quod non ſit petita, *clement. cauſam* 3. *de elect.* & acceptata ſit tradenda ſumptibus mandantis citari, allegans diverſas deciſiones Rotæ 762. *part.* 3. *l.* 3. quod & ſtatuto Reipublicæ Florentinæ cavetur. Aſinius *in praxi judic.* §. 18. *cap.* 1. & ita intelligendus erit Rebuffus *in tract. nominationum quæſt.* 14. *nu.* 147. generaliter loquens; Secus eſſe in ſequentibus citationibus, quas ſufficeret prælegere, & ſi copia peteretur, quod ſit tradenda ſumptibus petentis. Aliter & forſan melius diſtinguit Vantius *de nullitatibus, tit. de nullit. ex defect. citat. n.* 151. eſſe copiam petitam dandam ſumptibus citati petentis eam, modo prius illi ab executore eadem prælecta fuerit, eò quod per id munus ſuum adimpleverit, ita etiam ſentit Guilhelmus de Monte Laudano, *in d. clement. cauſam num.* 10. ſi verò executor à lectura ſe exonerare volens copiam citando porrigat, & per illam taliter eum citare intendat, eſſe ſuâ intimantis impenſâ hoc faciendum, cujuſcunque tamen loci conſuetudo rem magis declarabit.

5 Item procurans arreſtum ſeu capturam ſalarium apparitori ſeu executori exſolvere tenetur. Peckius *de jure ſiſtendi cap.* 27. *num.* 1. Mevius *de arreſtis c.* 24. *n.* 22. & quæ in rem ſequeſtratam impenduntur, ſequeſtrantis non ſequeſtrarii ſumptibus fiunt. Guido Fojanus *de ſequeſtratione.*

Etiam

6 Etiam copiæ actorum & productorum eduntur & communicantur ſumptibus eas petentis, Maranta *in Speculo part. 6. actu* 10.*num.*59.*&* 62. Scaccia *de judiciis lib.* 1.*cap.* 100. *num.* 8. quod fallit
7 ſecundum quoſdam in copia libelli, quam dandam volunt reo expenſis actoris. per *Auth. offeratur. Cod. de litis conteſt.* Gloſſa *in clement. ſæpe* 2. *verb. pronunciatio de verb.ſignif.* Speculator *tit. de libelli oblat. verſ. actoris.* Joannes Petrus de Ferrariis *in praxi tit.*2.*n.*12. Franciſcus Vivius *lib.* 1. *deciſ.* 11. *n.*12.*&* *lib.*2.*deciſ.*358.*per tot.* Maranta *d. part.*6. *actu* 10. *num.* 63. Fridericus Hiltrop. *in proceſſ. judiciar.part.*2.*tit.*9. *de libel.oblat. n.* 6. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.*50.*n.*31. *&* *d.cap.*100.*n.*10. ubi id ampliat, ut non tantum copia libelli ſit reo concedenda ſumptibus actoris, ſed & copia inſtrumenti in eo mentionati, quia videatur inſtrumentum men-
8 tionatum eſſe pars ipſius libelli, ſic ejuſdem juris cenſendum eſſe, quamvis inſtrumentum contineret proprium factum ipſius rei, quod adhuc ei edendum foret expenſis actoris, ut valeat cum conſilio advocati deliberare, an velit cedere vel contendere, Vivius *d.deciſ.*358.*n.*3.

9 Ceſſare tamen hoc in copia petitionis, quæ in judiciis ſummariis libelli loco ab actore exhibetur, ut ſi reus eam habere deſideret, ſuis expenſis à Notario requirere teneatur, Lanfrancus de Oriano *in dict. clement. ſæpe num.* 49. *& in cap. quoniam contra.* 11. *§. de petitionibus. in fin. extra de probat.* Aſinius *in praxi judic.* §, 3. *cap.* 6. *num.* 11. Scaccia *de*

de judiciis lib. 1. *cap.* 53. *num.* 9. Maranta *in ſpeculo part.*4.*diſtinct.*9.*n.*15.

De jure Digeſtorum in arbitrio actoris fuit, vel dare copiam vel licentiam deſcribendi reo facere, *l.* 1. *ff. de edendo.* interim ſervandum eſſe morem cujuſque fori, monet Bartolus *in dict. leg.* 1. *num.* 3. Colerus *de alimentis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 62. prout in Ordinatione Cancellariæ Hannoveranæ *titul.* 8. §. 3. & Cellenſis *art.* 9. copia primi proceſſus, ſive ſimplicis citationis, ſive mandatorum, ſive appellationum cum inibi mentionatis additamentis ſumptibus impetrantis reo intimari mandatur; & juxta ſtatutum Mindenſe *lib.*4.*tit.*1. *art.* 14. *& ibi* Cruſius *in notis ad tit.* 2. *art.* 1. actor copiam libelli reo exhibere debet, quod & in variis tribunalibus obſervatur, ubi Notarii ſatis ſunt ſalariati, ut quilibet litigantium producta ſua in duplo unum pro judice & alterum pro adverſario ſuo exhibeat, non tantum libellum, ſed & quaſvis materias uſque ad concluſionem cauſæ.

Quod ſi de ſtylo non appareat, eſſe adhuc ſumptibus actoris copiam libelli reo dandam voluit Menochius *dict. caſu* 228. *num.* 16. & ceſſante conſuetudine, quod durum ſit ab opinione gloſſæ recedere, Georgius Natta *in dict. clement. ſæpe §.*
*non ſic tamen.num.*148. cum *dict. auth. offeratur.* 10
dicat offeratur, ſi hoc non importaret aliud quam ſimplicem editionem, fruſtra dixiſſet offeratur, quia offerre eſt non petenti dare. Gloſſa *in dicta clement. ſæpe. verb. neceſſario, poſt principium. leg. julia.*

julianus 13. §. *offerri ff. de act. empti.*

11 Verius eſt contrarium, quod ſufficiat dare copiam reo ad deſcribendum, ita docent per *dict. leg.* 1. Felinus *in c.* 1. *n.* 8. *extr. de libelli oblat.* Abbas Panormitanus *ibid. num.* 20. Baldus *in dict. auth. offeratur. num.* 1. *& in notis ibidem.* Marianus Socinus *de libelli oblat. cap.* 2. *num.* 117. Celſus *in notis ad Lanfrancum de Oriano. in dict. capit. quoniam contra.* §. *de petitionibus, circa finem, ad verb. rei.* Joannes de Arnono *in practica judiciaria cap.* 24. *num.* 2. Boërius *deciſ.* 303. *num.* 7. Aufrerius *ad Capellam Tholoſanam deciſion.* 91. *num.* 3.
12 nam de mente juris eſt exhiberi libellum judici, cujus officium imploratur, nec jura dicunt gravari actorem ad duplicem libellum, ſed nec actor debet eſſe ſcriba rei, & ſatis offertur ſi detur facultas deſcribendi juxta *dict. leg.* 1. §. *edere, ff. de edendo.* quæ per *Authent. Offeratur* expreſſe correcta non eſt, ideo ratione caret cur magis gravetur actor, quia correctio non eſt præſumenda, quamdiu de ea non apparet, imo ſedulo curandum, ut correctio antiquarum conſtitutionum evitetur, *l. præcipimus* 32. §. *fin. Cod. de appellat. leg. ſancimus.* 27. *Codic. de teſtament.* Mandoſius *in c. ſi pro debilitate* 3. *num.* 8. *extr. de offic. delegati.* adeo quod nec verba generalia ſufficiant ad correctionem inducendam. Mandoſius *dict. num.* 8. Facit quod Gloſſa *in dict. Authent.* ad verbum offeratur dicat, vel à judice vel ab actore, ex quo ſatis colligitur, quod ſumptibus offerentis fieri non debeat, aliàs etiam ipſe judex ſuis expenſis copiam de-

deberet dare, quod nemo dicet; Confirmatur ex eo, 13
quod ſupra relati Doctores Lanfrancus, Maranta, Scaccia & alii concedant, copiam petitionis ſummariæ ſumptibus rei dandam eſſe, nec ullam rationem differentiæ adducere poſſint, cur in illa magis quam hac gravetur actor, cum hæc tamen in locum libelli ſuccedat, & non minus quam illa reo edi & communicari debeat, ut ſcire poſſit, utrum cedere vel contendere ſit conſultius, Ummius *in proceſſu diſput. 6. theſ. 9. num.* 42. dum controverſiam hujus quæſtionis diſtinctione componere conatur, rem ipſam non tangit & ad condemnationem expenſarum dilabitur.

Similiter de copia mandati procuratorii docet 14
Bartolus *in l. 2. §. defendendi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. & in l. 1. in fin. Cod. de procurat.* quod conſtituens procuratorem ad litigandum eam adverſario dare debeat ſuis expenſis, ad examinandum an ſufficiens ſit ad cauſam, ne judicium reddatur illuſorium, & ratio eſt, ne fiat conditio hujus deterior ob abſentiam conſtituentis, quem ſequitur Maranta *in l. ſi actor. n. 65. ff. de procurat.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 4. n. 5.* Georgius Natta *in d. clem. ſæpe. n. 149.* qui hoc tanquam quotidianum in practica obſervandum notant, & multis proſequitur Franciſcus Vivius *lib. 1. deciſ. 11. num. 13.* at cum hodiedum indiſtinctè & utrimque per procuratores litigetur, hujus quæſtionis rarus erit uſus.

Prædicta regula, quod actum petens eum perſolvere teneatur, procedit, quando juris ſui fundandi

dandi cauſâ principaliter petitus eſt, licet in conſequentiam etiam adverſario prodeſſe contingat, præter intentionem petentis, ſicut id in depo-
15 ſitionibus teſtium non raro evenit, quos producens ſuis expenſis examinari facit, *c. ſi teſtes* 3. *§. venturis. IV. quæſt.* 2. *leg. eos* 6. §. 2. *Cod. de appellat. leg. quoniam* 11. *Cod. de teſtibus.* & eâ ſolum mente ſiſtit judici, ut intentionem ſuam probet, interim ii ſœpius adverſarii exceptionem & cauſam magis firmant, pro utraque enim parte veritatem edicere debent. *c. non ſane* 15. *XIV. quæſt.* 5. Gloſſa *in cap. fraternitatis.* 17. *verb. juramentis. extra de teſtibus.* ſicut ob hanc cauſam in ordinationibus judiciorum juramento teſtium inſertum legitur, daß die Zeugen für beyde Partheyen die Warheit ſagen ſollen / adeo, ſi
16 teſtis pro una parte deponens interrogatus pro altera reſpondere nolit, ut nulla fides ei habenda ſit, Decius *in leg. is apud quem. num.* 3. *Cod. de edendo.* Speckhaen. *centur.* 3. *claſſ.* 4. *quæſt.* 4. *in annot. n.* 2.

17 Quod ſi forſan ab utraque parte iidem teſtes ſimul ac æque principaliter fuerint producti, convenit ut communibus utriusq; ſumptibus examen expediatur, *dict. c. ſi teſtes.* §. *venturis. IV. quæſt.* 2. Crotus *de teſtibus part.* 9. *n.* 60. addens quod teſtes hoc caſu debeant habere aliquantulum pinguiores expenſas, quia plures ſunt contribuentes, argumento *l. ſed & ſi* 25. §. *quod autem.* 16. *ff. de petit. hæred.* Cavalcanus *de teſtibus, part.* 5. *num.* 123.

per

per. *l.* 4. §. 1.*ff.fin.regund.l.ex parte.in princip.ff.fa-*
mil. erciſcund. Non tamen ex eo ſolum quod ſuper 18
interrogatoriis alter eos examinari petat, in par-
tem expenſarum concurrere tenetur, Cavalcanus.
d.part. 5.*num.*126.Colerus.*de alimentis.lib.*2.*cap.*
14.*num.* 29. Herculanus. *de attentatis. cap.* 16.*n.*8.
Scaccia *de judiciis. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 850. Joannes
Andreæ *ad Speculatorem. tit. de teſte.§. qualiter. n.*
12. *verb. quoniam.* quia judex in caſum quo pars 19
interrogatoria non dederit, ea facere tenetur. Joan-
nes Andræ,*d.loc.*per *c.cum cauſam.*27.*ext.de teſti-*
*bus.*ideo is contra quem producti ſunt, qui ad litem
non provocat ſed provocatur, & ad defenſionem
urgetur, in hoc judicem alleviat, & ad defenſionem
ſuam ea exhibet. Joannes Andreæ.*ibidem.*

Niſi in termino interrogatoria non fuiſſent 20
exhibita, & is contra quem producti ſunt teſtes,
vellet eos ſuper interrogatoriis poſtmodum exa-
minari. Cavalcanus. *d.num.* 126. idque in pœnam
negligentiæ quod debito tempore judici ſuper hoc
denuncianti non paruerit, novaſque expenſas cau-
ſare intendat, cum iisdem fieri potuiſſet, imo quia
novum petit actum, eum ſuis expenſis merito ſu-
ſtinebit; Quod ſi exhibiturus interrogatoria in ter- 21
mino compareat juſtam allegans cauſam cur ea
proponere non potuerit, & dilationem ad produ-
cendum impetret, ſuſpenditur quidem examen,
ipſo interea ſumptus ſuppeditante, ſi qui in perſo-
nam examinatoris & teſtium faciendi fuerint.
Ummius. *diſp.*16.*de teſtibus theſ.*10.*n.*72.

Dicta de producente interrogatoria limitare vi- 22

detur Scaccia. *d. cap.* 8. *numer.* 853. circa ſalaria judicis & Notarii excipientis examen & reſponſiones teſtium, quod in ea concurrere teneatur qui interrogatoria exhibet, quia actor non tantum expenderet ſine interrogatoriis quam cum iisdem, adducens ibidem authoritates Rotæ & Doctorum, eaq; eſt mens Felini. *in c.* 1. *n.* 8. *ext. de l. libel oblat.* ſi expenſæ per interrogatoria data augeantur, idem etiam velle videtur Campegius. *de teſtibus. Reg.* 263. *verſ. ſeptimo.* dum dicit, ſi pars adverſa vult facere examinari teſtem productum, debet ſubminiſtrare expenſas; Pro eis facere poteſt, quod licet judex quædam interrogatoria ex officio proponere teneatur, non tamen in tanta copia ſicut ipſæ partes facere conſueverunt, & quod reus per interrogatoria intentionem producentis evertere nitatur, ut in tantum ſuo commodo examen protrahi debeat, & exinde ſalarium judicis & Notarii augeatur.

Hanc reſtrictionem in praxi indiſtinctè tenendam judicarem, ſi non de obſervantia producens ad omnes exſolvendas teneretur, quam & Scaccia *d. n.* 853. cujuſque loci attendendam eſſe monet,
23 Attentus ergo erit judex, in reſecandis interrogatoriis exceſſivis, ſi ea ad ſolam vexam adverſarii dari adverteret, quo majores ei cauſarentur expenſæ, qui & ſemper interrogatoria prius perlegere & approbare tenetur, quam teſti ea proponat, Ummius. *d. theſ.* 10. *n.* 74. Sichardus. *in l. generaliter.* 12. §. *ſed juramento. num.* 9. *C. de reb. cred. & jurejur.* vel ſaltem mandabit in partem ſumptuum exhibendorum

rum pro rata concurrere, per textum elegantem *in l. ſed & ſi hæreditas, §. 1. circa fin. ff. ad exhibend.* ne ei calliditas ſua proſit ut producenti teſtes incommodior eſſet eorum exhibitio.

Conſiſtunt autem hæ expenſę non tantum circa citationes teſtium, denunciationes partium ad videndum jurare teſtes & dandum interrogatoria, ſalaria Examinatorum & Notariorum, ſed & circa ſumptus itineris & alimenta teſtium, *d. l. quoniam C. de teſtib. l. eos. §. 2. C. de appellat.* prout *cap. præcedenti ſect. 2.* dictum eſt. 24

Ex dictis ſequitur quod judex mittat Commiſſarium, notarium vel etiam peritos ad aliquem actum peragendum ſumptibus petentis, Decius. *in leg. conſilium. numer. 5. ff. de offic. aſſeſſ.* Crotus, *de teſtibus. part. 9. numer. 63.* & quod judex ipſe inſtante parte ſumptibus ejuſdem ad locum differentiæ accedat, zum Augenſchein / Aſinius. *in praxi. §. 32. cap. 2. ampl. 36. numer. 3.* ubi determinat, quod ſi duobus curiæ judicibus commiſſum ſit, ut pro utraque parte teſtes examinent, ad locum differentiæ ſe conferant, vel ad recipiendum & exemplandum inſtrumenta & articulos ſe accingant, & fiat, quod pro altera parte plures dies impendere neceſſum ſit, expenſis & ſumptibus illius partis id peragi debeat, quo ad exceſſum; ita ut æqualitas ſervetur, & licet ſuper hac deciſione deficiat lex, ſufficiat ratio naturalis eamq; ſolam allegare. 25

Obſtare videtur *l. 4. §. 1. ff. fin. regund.* ibi: *ſed & ſi menſor ab altero ſolo conductus ſit, condemna-* 26

tio erit facienda ejus qui non conduxit in partem mercedis, nemo enim poteſt alteri imputare cur id fecerit, ex quo etiam ipſe lucrum habet, *l.* 33. *l.* 78. §. *quod ſi mulier. ff. de jure dot.* ut idem de acceſſu ad locum differentiæ dici debeat, qui utriuſque commodo ad litem eo citius determinandam peragi-
27 tur, diſtinguitur quidem apud Jacobum Gothofredum *de ſalario cap.* 9. §. 7. *lit. b.* inter ſalarium, quod datur alicui ex conducto velut agrimenſori, & quod datur tanquam beneficium & honorarium; velut conſultori, examinatori, perito, quod illud ab utroq; æqualiter, hoc à ſolo petente ſolvendum ſit; Exiſtimarem tamen reſponderi quoque poſſe ad *d. l.* 4. ibi quæſtionis non eſſe de eo; quiſnam agrimenſori ſatisfacere debeat, an is qui conduxit, vel an vicinus ad mercedem contribuere teneatur; Sed judicem in definiendo litem de finibus motam obſervaturum, ut ratio habeatur ejus, quod cujuſque intereſt, & inter cætera, ſi unus eorum agrimenſorem ſolverit, licet ſolus conduxiſſet, ut alter partem reſtituat jam expoſitam, apparet enim ibidem agi de cauſa per ſententiam terminanda; noſtræ quæſtionis eſt, quis ad initium & lite pendente expenſas facere teneatur.

28 Quod ſi judex motu proprio & ex officio mandet acceſſum ad locum differentiæ, plerumq; paribus utriuſque ſumptibus is fiet, Decius *ibid.* Gloſſa *in l. ſi irruptione.* 8. *verb. locis. ff. fin. regund* Rutgerus Ruland. *de Commiſſariis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. Gilhauſen. *in arbor. judic. cap.* 6. §. 7. *n.* 2.

29 Solent quandoque partes abſentes, dum juramen-

mentum in perſona præſtandum eſt, petere ut judex ad eos mittat commiſſarium pro eo excipiendo, qui etiam expenſas commiſſionis & ſumptuum ſolvent, etiamſi commiſſarium expreſsè non petiiſſent, quia in mora fuerunt ſeſe non præſentando, ut illam miſſionem petiiſſe videantur, niſi ratione dignitatis, infirmitatis vel ſexus excuſarentur, quo caſu communes erunt, juxta Speculatorem, *tit. de juramento calum.* §. *reſtat. n.* 18. Boërium *deciſ.* 303. *n.* 5. Afinium *in praxi.* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 32. *num.* 1. Colerum. *de alimentis lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 61. quibus aſſentire videtur Capella Tholoſan. *deciſ.* 274. ſibi ipſi tamen contraria diverſum ſtatuit
deciſ. 100. ex eo, quod nobilitas illa alteri nocere 30
non debeat, & ſi non fuiſſet nobilis, ſuis expenſis perſonaliter venire debuiſſet. *l. penult.* §. *his de præſentibus. Cod. de reb. cred. & jurejur. c.* 1. *de judiciis in.* 6. quod privilegium nobilitatis non debet extendi ad præjudicium tertii. *leg. impuberi.* 40. *ff. de adminiſt. tut.* nec operari alium effectum, quam ad quem eſt conceſſum, *l. cum filiusfam.* 28. *ff. de teſtam. militis.* ſed effectus eſt quod non teneantur excuſati venire ad judicium, ergo non debet operari alium, ſcil. ne teneantur venire ad civitatem vel locum ubi judicium habetur, quia inductum eſt in favorem perſonæ, ne teneatur privilegiatus comparere pro tribunali, ibique judicem expectare, non favore burſæ, ut illa miſſio fiat ad partem expenſarum adverſarii, foret enim nimis damnoſum tertio. Scaccia. *de judiciis. lib.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 19. *num.* 579. & *num.* 583. & videtur inclinare Jaſon. *in l. ad*

31 *perſonas egregias. num.* 4. *ff. de jurejur.* eandem ſententiam tenet Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſ.* 228. & cum de ſimilibus expenſis officio judicis diſquirendum ſit, *d. l. penult. §. his de*, diſtinguendo aliquot format caſus 1. ut ſi abſens petat ſibi vel adverſario deferri juramentum, iſque referat, fiat tranſmiſſio ſumptibus abſentis, ex regula, quod actus ſit peragendus expenſis petentis. 2. ſi præſens juramentum offerat abſenti, iſque acceptet & jurare velit, fiat expenſis præſentis & offerentis, quod ad commodum præſentis fiat probationis vice, 3. cum ambo ſunt contenti, ut judex alteri eorum, cui magis videbitur de jure, deferat, aut id faciat judex non imploratus ex officio, quod communibus expenſis fiat miſſio; Menochium taliter diſtinguentem aliquatenus circa poſitiones ſequitur Scaccia. *d. cap.* 7. *n.* 584. *&* *ſeq.* quem vide ubi *num.* 587. addit, quod ſi abſens miſiſſet procuratori ſuo ſpecialiſſimum mandatum ad reſpondendum poſitionibus, ſic vel ſic, & adverſarius adhuc ejus reſponſionem in perſona uti legalioris & juſtioris peteret, hic audiri vel non debeat, vel ſaltem mitti expenſis petentis, & non ſumptibus abſentis, ſecus ſi abſens procuratorem ſuum plene non inſtruxiſſet, quod ſibi id imputare habeat, Scaccia. *ibid. numer.* 577. per ea quę tradit Speculator. *tit. de poſitionibus.* *§. ſexto. num.* 19. aut ſiquidem plenè inſtructum habeat, procuratorem ad reſpondendum poſitionibus vigore ſpecialis mandati, emerſerit tamen novus articulus, niſi interim procurator dilationem

petat

petat ad ſe informandum, quę danda foret, Scaccia Speculator. *d. n.* 19. Huc ſpectat caſus, qui non 32
rarò evenire ſolet quem refert & deciſum teſtatur Petrus de Benintendis, *decis.* 24. cum alter litigaret per procuratorem, qui jam adeſſe debebat ad reſpondendum poſitionibus, & ejus procurator allegaret, adverſarium teneri principalem ipſius procuratoris facere citari, quod ipſe procurator facere debeat principalem ſuum comparere, & hoc eidem notificare, vel eum citare ſuis impenſis, quæ etiam eſt ſententia Baldi. *in l. ſi actor.* 29. *n.* 7. *ff. de procurat.* Lite inſtructâ & ad ſubmiſſionem perdu- 33
ctâ ſolent perſæpe ex variis cauſis acta ad facultatem univerſitatis cujuſdam, aut conſilium ſapientum pro concipienda ſententia tranſmitti, quod ſi ab utroque litigatore petatur, utriuſque expenſis faciendum eſſe inter omnes convenit, ita ut unus tantum quantum alter exſolvat, *d. c. ſtatutum.* 11. §. *aſſeſſorem. de reſcriptis. in.* 6. & Gloſſa *ibidem. in verbo communiter.* commune enim utriuſque geritur negotium utilitatem utriuſque reſpiciens. *d. c. ſtatutum.* §. *inſuper.* argumento. *leg. prætor ait.* 2. §. *viarum,* 22. ibi: *refectio enim ideo de communi fit, quia uſum & utilitatem communem habet. ff. ne quid in publico.* Sed & in judiciis æqualitas ſervanda eſt, & ita tenent Bartolus. *in leg. ſi poſtulaverit. numer.* 2. *ff. ad leg. jul. de adult.* Moncada ad Crotum. *de teſtibus. part.* 9. *n.* 66. Joannes Andreę ad Speculatorem. *tit. de requiſit. conſilii. in princip. verbo. ſalarium.* Aſinius *in praxi.* §. 25. *cap.* 29. Schraderus. *de feudis part.* 10. *ſect.* 14. *n.* 81. Boërius. *decis.* 303. *n.* 5. Berlichius.

part. 1. concl. 59. num. 20. Rennemannus. de tranſ-
34 miſſione act. cap. 9. num. 2. Quod ſi ab una tantum parte petatur tranſmiſſio altera reluctante, ſolius petentis ſumptibus tranſmittendum eſſe concludit. Bartolus. d. n. 2. Joannes Andreæ ibid. Aſinius. d. cap. 29. Decius. in. d. l. conſilium. n. 5. ff. de offic. aſſeſſor. Moncada. d. n. 66. Lanfrancus de Oriano. in d. c. quoniam contra §. de interlocutoriis. num. 549. verſ. ubi tamen conſilium ſapientis petitur. Menochius d. caſ. 228. num. 22. Pax Scala. de conſilio ſapientis. lib. 3. cap. 11. num. 6. textus eſt in Conſtitutione Carolina. cap. fin. §. 1. nam regulariter quivis actus expediendus eſt ſumptibus petentis, aut ei cauſam dantis, & hanc ſententiam in praxi receptam eſſe & ita quotidie obſervari atteſtatur Stypmannus. de referendariis. cap. 7. num. 147. concordat Ordinatio judicii aulici Paderbornenſis tit. 46. von Urtheilfaſſung/ §. 8. thete aber der eine Theil die Verſchickung ſonderlich/ der ander aber nicht begehren/ ſondern der Zulag zu dieſer Behueff beſchwehr tragen/ ſo ſoll auff des ſuchenden und antringenden Theils alleinige Köſten die Verſchi-
35 ckung nicht deſtoweniger fürgehen/ Contrariam opinionem quod nihilominus utriuſque partis ſumptibus tranſmiſſio debeat fieri, ſuſtinent Jaſon. in l. 4. §. 15. etiam. 15. num. 10. ff. de edendo. Berlichius. d. concl. 59. num. 23. & ab eodem relati Doctores, quod ejuſmodi tranſmiſſio ſit introducta, ut citius lis ad finem perducatur, cujus eventus cum dubius ſit, an pro actore an pro reo victoria cadat. l. quod debetur. 51. ff. de peculio. ſic utriuſque partis utili-

utilitatem reſpicere videatur, argumento, *d. c. non ſane. fin. XIV. quæſt.* 5. tum quia ſalarium judici debetur ab utraque parte licet ab una tantum impetraverit, tum quia Aſſeſſori, in cujus locum conſilium prudentum ſuccedit, ad unius inſtantiam à judice aſſumpto, ſalarium æqualiter ab utraque parte ſolvendum eſt *d. c. ſtatutum.* §. *aſſeſſorem. de reſcriptis in.* 6.

Contrarietatem hanc concordari & utramq; opinionem fœdere diſtinctionis ſalvari poſſe ſtatuit Schraderus *d. ſect.* 14. *num.* 88. & judicat, ſecundam Jaſonis opinionem procedere, ubi conſuetudine introductum eſt, tranſmiſſiones in quibuslibet cauſis & inter quoslibet fieri, habet enim petens hoc beneficium pro ſe, quod ei invito per alterius tergiverſationem auferri non debet, aut ubi ſtatuto ita cautum & diſpoſitum habetur, hoc membrum affirmat etiam Joannes Andreæ ad Speculatorem. *tit. de requiſit. conſilii. verb. ſalarium.* ibi: *ponderandas eſſe conſuetudines & ſtatuta circa hoc.* vel ſi pacto taliter inter ſe partes convenerint, aut ſi cauſa talis adſit, ob quam tranſmiſſio petatur quæ utriuſque partis utilitatem æque reſpiciat, veluti ſi judex imperitus ſit, vel utriuſque partis probationibus dubius hæſitet. Bartolus. *d. num.* 2. Speculator. *tit. de aſſeſſore.* §. *ſalarium. num.* 4. Decius *in d. l. conſilium. num.* 5. Schraderus *d. ſect.* 14. *num.* 88. Si vero petatur in foro, in quo tranſmiſſiones niſi juſta quapiam ex cauſa non ſunt regulariter receptæ, & is qui acta ad conſilium prudentum tranſmittenda poſtulat, cauſam nullam habet, aut ea petentis ſolum utilita- 36

tem reſpiciat, ut quia forſan ſibi ſuſpectus eſt judex, aut ſcit judicem pro altera parte ſentire, petenti quidem tranſmiſſio non eſt deneganda, ita tamen ut expenſis ſolus ſatisfaciat. Decius. *d. num.* 5. Bartolus. *d. numer.* 2. Schraderus. *d. numer.* 88. & hoc æquum eſt, quia non debet eſſe in poteſtate partis, poſſe vexare adverſarium expenſis abſque cauſa, quod utique fieret, ſi pars adverſa quæ non curat de tranſmiſſione, ſed contradicit, ſolveret partem ſumptuum. Lanfrancus de Oriano. *in d. c. quoniam contra. n.* 549. Quod & Ordinatio Padibornenſis ante relata probat, eſt ſimilis Ordinatio Brunovicenſis à ſereniſſimo Principe Julio Duce Brunovicenſe conſtituta & ab Imperatore Maximiliano II. anno. 1571. confirmata, ſicut ad longum eam referunt Rennemannus *de tranſmiſſione actorum. cap.* 4. *n.* 25. Hilrop. *in ſcuto. licitæ defenſionis. quæſt.* 1. idem conſtituitur in Ordinatione Cancellariæ Hannoveranæ *tit.* 28. §. 6. & Cellenſis. *art.* 31.

37 Non tamen hoc de omnibus etiam relationis ſumptibus dicendum, ſed de ſolis expenſis tranſmiſſionis, & iis quidem quas tranſmitti poſtulans per tranſmiſſionem obtentam cauſavit majores, quàm ſi abſque ea judex ipſe ſententiam concepiſſet; Idcirco ſi pars altera remotius collegium proponat, ut adverſarium majoribus ſumptibus gravet, cum alias in propinquo collegium non ſuſpectum adſit, illa ſumptus itineris in remotiorem locum factos pro ea parte qua ſumptuoſius iter fuit

ſuit propinquiore perſolvere debet. Rennemannus. *de tranſmiſſ. actorum. cap. 9. numer.* 7. unde ſequitur ſi in loco judicii habitent juriſperiti eiſque judex acta pro concipienda ſententia concredidit, licet hoc ad unius partis inſtantiam feciſſet reclamante altera, quod ſportulæ æqualiter dependantur.

Ex dictis concludere me poſſe arbitror, quod cum in remedio reviſorio ob ſummam ad Cameram non appellabilem ex lege imperii per Receſſum deputationis Spirenſem, §. es ſol aber den Unterthanen 16. anno. 1600. introducto, dein in Receſſu Ratisbonenſi de anno. 1654. §. doch mit dieſem Zuſatz. 113. repetito & aucto, judex acta ad Univerſitatem vel Collegium juridicum tranſmittere teneatur, id ſumptib. utriuſque partis æqualibus faciendum ſit, in quocunq; illud fuerit judicio abſq; ulla etiam alia cauſa; jus enim habet pars reviſionem petens ex lege, quo ob tergiverſationem alterius & recuſationem ſumptuum fruſtrari iniquum foret, & grave eidem acta ad revidendum & ſententiam vel confirmandam vel corrigendam committere, qui jam ſuis pravis affectibus indulſit, cum potius ei qui ſemel gravarit cauſa amplius concredi non debeat, quod & impoſterum gravare ſuamque ſententiam manutenere velle præſumatur; Et hanc ex mente Schraderi & aliorum deſumptam concluſionem approbat Jac. Andreas Cruſius *ad ſtatuta Mindenſia. lib. 4. tit. 2. art.* 16. dicens, quod ſi fiat tranſmiſſio ex ſtatuto, utriuſque partis ſumtibus facienda ſit. Scio quidem eſſe contradictores, qui opponant noviſſimam ſanctionem 38

imperii

imperii in Receſſu Ratisbonenſi.§ damit dan auch den Partheyen 126. ubi petenti reviſionem Cameralem ſportularum exhibitio injuncta eſt, & quod juxta eam hic quandoque obſervatum ſit; Quibus abſque difficultate reſpondetur, non eſſe
39 eandem conditionem reviſionis Cameralis cum illa ob ſummam non appellabilem, ſiquidem tanta ſemper fuit præſumptio pro ſententiis Cameralibus, ut Proceres imperii ſtuduerint quovis modo refrenare reviſiones ab iis interponendas, quę tanquam remedium extraordinarium certis tantummodo cauſis conceſſę ſunt, Benderus, *de reviſione.cap.* 1.& hæc cauſa eſt, ob quam ad deterrendos frivolè interponentes ſancierint, teneri eos ad exhibitionem ſportularum non modò, ſed & ſuccumbentes ad pœnam fiſcalem, idcirco & effectus ſuſpenſivus noviſſimè eiſdem ademptus eſt in dicto Receſſu §. nach Berahtſchlagung / contra quam antea obſervatum fuit ex diſpoſitione ordinationis Cameralis. *part.* 3. *tit.de reviſione.* Gailius. *de arreſtis. cap.* 12. *num.* 4.& *lib.*1.*obſ.*154.*n.*3. Altera autem reviſio in favorem ſuccumbentium conceſſa eſt, ne gravati omni remedio deſtituantur prætextu ſummæ minoris, idque generaliter nullâ perſonarum aut ſummę diſtinctione factâ, ut quaſi pro remedio ordinario appellationis vice Status imperii eam conceſſiſſe videantur, qui reviſionem Cameralem ad certam duorum millium imperialium ſummam reſtrinxerunt, unde etiam uſque ad inſtantiam reviſionis deciſam executione ſuperſederi videmus; ſed & utramque partem ad has expen-

ſas

ſas concurrere ſæpius obſervatum eſt, ut idcirco ex contraria conſuetudine nihil inferri queat.

Interim extra quæſtionem manet, quod judex 40
in publicis nimium occupatus, ſi partes pro ſenten-
tia ſedulò inſtent, aut ex cauſa ſuſpicionis evitandæ,
vel propter cauſæ difficultatem motu proprio acta
tranſmittere poſſit, Pax Scala *de conſil. ſapient. lib.* 1
cap. 21. *n.* 9. Imò hoc ultimo caſu ex mandato divi- 41
no teneatur, Deuteronom. *cap.* 17. *verſ.* 8. *&* 9. & u-
traque pars ad expenſas æqualiter concurrere obli-
gata ſit. Pax Scala. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 5. Barto- 42
lus. *d. num.* 2. Baldus. *in l.* 3. *num.* 9. *Cod. de adulteriis.* Decius. *in d. l. conſilium num.* 5. Aſinius. *d.* §. 25. *cap.* 29. Crotus. *d. part.* 9. *num.* 66. Schraderus. *d. ſect.* 14. *num.* 82. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 99. *num.* 10. Lanfrancus Zacchias. *d. ſalario, quæſt.* 56. *num.* 27. Cruſius *ad citatum art.* 16. Facit. *d. c. ſtatutum.* §. *aſſeſſorem. l.* 4. §. 1. *ff. fin. regund. l. generaliter.* §. *his de præſentibus. Cod. de jurejur.* ibi: *expenſis propter hujusmodi cauſam præſtandis, officio judicis trutinandis, an ab utraque parte, an ab altera eas dependi oporteat.* quod enim judex ex ſe gerit, id utriuſque factum exiſtimatur, argumento. *l. ſi ob cauſam. Cod. de eviction.* Ordinatio Cancellariæ Hannoveranæ *tit.* 28. §. 10. & Cellenſis *art.* 31. *verſ.* ebener Geſtalt. idem dictâ ordinatione Padibornenſi ita conſtitutum eſt, da ſie der Urtheil nicht können einig werden / oder ſonſt auß erheblichen Urſachen ſelbſt drein zu ſprechen bedenckens trügen / ſo konnen und mögen die acta an eine unverdächtige berühmte Universität oder andere bewehrte ohnpartheyſche Rechtsgelährten

umb

umb Rechtsbelehrung auff der partheyen Koſten verſchicket/und die Urtheil alſo eingeholet werden/ cui iisdem fere verbis concordat ante dicta conſtitutio Brunovicenſis, ut ex hac illam deſumptam arbitrer; ubi monere poſſum quod Pax Scala. *d. c.* 11. *n* 8. *&* 11. arbitretur, ſi judex peritus à labore ſtudii ſe exonerare velit, vel litigantium odia evitare quod acta ſuis expenſis non litigantium tranſmittere debeat, argumento. *Novella cum Gloſſa, ut judices non expectent.* 125. *in princip. & l.* 1. *C. de relat.* cujus ſententiæ etiam Vivianus fuiſſe videtur *in c. ſtatutum.* 11. *§. aſſeſſ. de reſcript. in* 6. dum dicit, ſi judex delegatus cauſam expedire poſſit per ſe, & nihilominus adhibeat conſulentem vel Aſſeſſorem, quod ei de ſuo ſalarium dare debeat, an autem poſſit expedire per ſe, relinquatur conſcientiæ judicis; ſed contrarium obſervatur quotidie, niſi illum caſum accipias quo judex partibus vel ignorantibus vel invitis ex motu proprio tranſmiſſionem faciat, ita tamen, ut ad reſponſum alligatus eſſe nolit, illius emendatione, mutatione vel etiam rejectione ſibi reſervatâ, cum hoc caſu judex non partium, ſed ſuum ſolius negotium gerat, nimirum, ut ſe informet, ſalvo tamen arbitrio ſuo, num informationem probare velit vel nolit, Rennemannus. *de tranſmiſſione actorum*
43 *cap.* 9. *n.* 6. Quocirca ſi judex ex officio & motu proprio ultra probationes partium recipere vult teſtes, quod & invitis partibus ex cauſa facere poteſt, utriuſque litigantis ſumptibus producentur. Baldus. *ad d. l.* 3. *n.* 8. Jaſon. *in l.* 4. *§. item.* 15. *n.* 9. *ff. de edendo.*
44 Crotus. *d. n.* 66. ſed & ante tranſmiſſionem æqualib. tam actoris quam rei ſumptibus acta inrotulantur,

ver-

vergit enim auctus hic in communem utriuſq; uti-
litatem, Sequitur etiam expenſas honorarii pro ſtu- 45
dio decreti lati, cum ex non minus utriusq; com-
modum reſpiciant, finem nempe litis, & quod ab u-
traq; parte ſententia petita ſit, æqualiter dependi
debere; Et ita intelligenda ſunt antedicta de ſum-
ptibus tranſmiſſionis, quod eos licet altera partium
ſola expendat, hos tamen pro ſtudio utraque & æ-
qualiter faciat. Similiter ſi acta pro ferendo decreto 46
ſint in ſimplo conſcripta, quod ea quoque in com-
modum utriusq; cedant, non tamen ſi de ſtylo acta
in duplo utraque ſcilicet parte ſingula conſcribi ſo-
leant, ut in variis locis mos eſt, & unus ſua ſolū con-
ſcribi fecerit, in ſumptus alter concurret, Maranta.
in ſpeculo. tit. de editione actorum. numer. 62. habet
hic pœnam ut ex unicis adverſarii decematur in
contumaciam ſua non producentis, quod Coloniæ
ſæpius practicatum obſervavi.

Latâ denique ſententiâ ſi alter ſe gravatum 47
cenſeat & appellet, apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ
ipſius appellantis ſumptibus dantur, Baldus. *in leg.
eos.* 6. *§. apoſtolos. n.* 8. *Cod. de appellat.* Jaſon. *in l.* 4. *§.
ſi etiam. n.* 12. *ff. de edendo.* quam concluſionem
cōmunem eſſe & veram ſcribit. Maranta. *in Specu-
lo. part.* 6. *act.* 2. *princip. n.* 224. Scaccia *de appella-
tionibus. quaſt.* 13. *numer.* 114. vide Gloſſam in *cle-
ment. quamvis.* 2. *verb. oblatos. de appellationibus,*
quæ eam communiter ſervari & æquitati conſenta-
neam eſſe dicit, quamvis diverſa in contrariū diſpu-
tando adducat, quaſi dari deberent ſumptib. ipſius
judicis, quæ non ſubſiſtant, licet enim judex dare
de-

debeat apoſtolos, ex eo non ſequitur quod etiam expenſas faciat, ſicut judex dare debet advocatum, agrimenſorem, ſed partium expenſis.

48 Sicut & denunciatio appellationis interpoſitę appellato abſenti ſumptibus appellantis hoc petentis fieri debet, textus eſt. *in clement. cauſam electionis.* 3. *de electione.* Guilhelmus de Monte Laudano *verb. aut eorum alteri.* Boërius. *d. decis.* 303. *num.* 8. Menochius. *d. caſu.* 228. *num.* 13. Ipſaque acta

49 ſumptibus ejuſdem mittuntur ad judicem ad quem provocatum fuit, Salgado. *de regia poteſtate. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 128. Monoz de Eſcobar. *de ratiociniis. cap.* 26. *num.* 26. quia appellans tenetur ad integram transportationem actorum ex diſpoſitione juris communis, per. *c. cordi.* 1. *de appellat. in* 6. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 20. Bichius. *decis.* 529. *num.* 1. Cui non obſtat textus dicti

50 Concilii. *ſeſſ.* 14. *cap.* 13. ubi Epiſcopus, â quo in cauſa criminali appellatum eſt, acta coram ſe geſta intra triginta dies appellanti gratis exhibere jubetur, quem intellige, ſi vel Epiſcopus ipſe vel Cancellarius ejuſdem acta confeciſſet, non vero ſi per notarium conſcripta fuerint, ſicut ibidem in declarationibus annotatum reperies.

Nec attendendę ſunt diſtinctiones aliorum, an reus an actor appellaverit, ut primo caſu acta tranſportare debeat actor appellatus, & oſtendere ſententiam eſſe juſtam, & inter acta concernentia proceſſum, & concernentia merita cauſæ, vel inter acta facientia in favorem appellantis vel appellati, quas ad longum retulit Scaccia, *de appellationibus quæſt.* 20.

20. ubi. *num.* 10. ſaltem reſtringit eo caſu quando appellante deſerente appellatus inſtaret pro confirmatione ſententiæ judicis à quo, quod tunc appellatus proceſſum tranſportare debeat per textum in *Novella. de his qui ingrediuntur ad appellat. cap. 1. in fin.* in verbis. *ita potiantur victores ſententiis, ſi eas rectè habere monſtraverint* quam limitationem habet Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 53. *§.* doch ſoll. Sequitur Ordinatio Civitatis Oſnabrugenſis. *part.* 2. *tit.* 33. *§. fin.* Dices, ad quid prodeſt appellato ſententiam confirmari, quæ propter deſertionem vires judicati obtinuit, puto quandoque prodeſſe, v. g. ſi judex à quo non condemnaſſet victum in expenſas, in hoc ſupplere poteſt ſuperior.

Quod ſi tamen & appellatus eâdem ſententiâ plura continente capitula, vel quod expenſæ compenſatæ eſſent, gravatum ſe æſtimet atque ſimul appellaverit, vel interpoſitæ adhæſerit appellationi, & eam ex actis ab appellante productis proſequi intendat, is ad partem mercedis actorum utriuſque quaſi commodo conſcriptorum aliarumque expenſarum concurret, Concilium Tridentinum *dict. cap.* 20. Viſitationis receſſus de anno 1564. §. und nachdem wir. Receſſus Imperii de anno 1566. §. hieneben iſt. 117. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 21. Schwanmannus *in proceſſ. Camer. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. præ omnibus tamen fori conſuetudinem obſervandam eſſe vult d. Concilium, ut ſtante eâ appellans nihilominus ad omnes expenſas teneatur. Scaccia *de appell. q.* 20. *n.* 37. 51

52 Quod ſi Princeps cauſam in Curia inferiore pendentem ex juſta aliqua cauſa avocet,ſumptibus procurantis eam conceditur avocatio, & producuntur acta coram judice à quo actitata, ſive literæ avocationis fuerint conceſſæ motu proprio, ſive ad inſtantiam partis. Aſinius *in praxi dict. §. 32. cap. 2. ampl. 76.* Guido Papæ *deciſ.* 440. Matthæus *in notis ibidem*, intellige, ſive in literis avocationis fuerit expreſſum de motu proprio vel de partis inſtantia, quia Princeps non niſi aliquo inſtigante tales avocatorias concedere ſolet; quod ſi de motu proprio abſque ulla partis propoſitione conſtaret, aliter foret determinandum.

Quando à ſententia lata extrajudicialiter coram
53 notario & teſtibus gravatus appellavit, quia forte ſtante pede & viva voce id neglexerat, aut ſententia eſt interlocutoria, à qua in ſcriptis provocandum erat, inſtrumentum appellationis judici à quo ſuis expenſis intimari faciet appellans, ipſius enim intereſt, ne ulterius in cauſa procedatur.

54 Finaliter ubicunque intimatio quædam facienda, ejus, cujus intereſt eam fieri, expenſis exequi debet, textus *in dict. clement cauſam, in fin.* junctâ Gloſsâ *in verbo porrecto.* Idcirco emptor, cui de
55 re empta lis movetur, venditori ſuis expenſis litem motam denunciare, eumque certiorem reddere debet litis ſibi intentatę, ut ſi videatur in judicium
56 veniat, litem ſuſcipiat, ſeque defendat, non tamen venditori exemplar citationis & libelli adverſus emptorem à petitore exhibiti una cum denunciatione

tione tranſmittere neceſſum habet, quod arbitratur Bartolus *in leg. non ſolum* 8. §. *morte. num.* 48. *ff. de novi op. nunc.* Covarruvias *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 3. cum hodie tales denunciationes plerumque judicis authoritate fiant, cui omnino credendum eſt litem eſſe motam, Burgundus *de evictionibus, cap.* 58. *num.* 4. Ordinatione Hannoveranâ tamen adhuc jubetur, *tit.* 17. §. 1. cum ipſa denunciatione, etiam actorum copias transmitti.

Inde etiam nominatus per Regem vel Univerſitates Franciæ ad beneficium aliquod vacaturum tenetur præſentare collatori præter originale etiam exemplar ſive copiam literarum, juxta *dict. clement. cauſam*, idque ſuis videlicet nominati expeſis, argumento *c. cum perſona 7. de privileg. in 6.* Rebuffus *tract. nominationum quæſt.* 14. *num.* 148. Et expenſæ electionis fiunt de bonis prælaturæ, quia ejus negotium tractatum eſt, *c. cupientes* 16. *de electione in 6. c. ut præterita.* 45. *ext. eod.* 57

Ad quantas autem expenſas partes teneantur, determinari nequit, ſed in eo ſtylus cujusque Curiæ ſequendus erit. Joannes Antonius de Nigris. *in extravag. unic. num.* 136. *de vita & honeſt. cleric.* 58
in ſuperioribus enim Curiis cauſæ majoribus expenſis deducuntur experientiâ teſte, & Guilhelmo de Monte Laudano *in clement. ad compeſcendas n. 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* 59

CAPUT V.

De iis, qui ab expenſis perſolvendis immunes ſunt.

SUMMARIA.

1. *Clerici olim minores dabant ſportulas.*
2. *Sicut & in ſacris ſcriniis militantes eorum uxores liberi & coloni.*
3. *Fiſcus immunis eſt ab expenſis & litigat gratis.*
4. *Nec dat vectigalia.*
5. *Declaratur.*
6. *Fiſci adverſarius an ſit etiam immunis ab expenſis?*
11. *Quid ſit de conſuetudine.*
7. *Æqualitas in judiciis ſervanda eſt.*
8. *Privilegium perſonale perſonam non egreditur.*
9. *Datur ſalvo jure tertii.*
10. *Operarius eſt dignus mercede ſuâ.*
12. *Explicatur l.fin.C.de fruct. & lit.expens.*
13. *Gloſſa ultima magis attendi ſolet quam prima.*
14. *Privilegium litis ordinationem concernens conceſſum uni an proſit alteri?*
15. *Privilegium non ſolvendi ſportulas non prodeſt aliis qui eodem judicio condemnati ſunt.*
16. *Conſuetudo derogat legi.*
17. *Stylus Curiæ jus facit maximè circa ſportulas.*
18. *Pauperes immunes ſunt ab expenſis dandis.*
19. *Pauperibus acta gratis eduntur.*

20. *Ad-*

20. *Advocati & procuratores gratis inſervire debent pauperibus.*
22. *Etiamſi juraſſent ſe nunquam gratis patrocinaturos.*
21. *Medicus ægros pauperes gratis curare debet.*
22. *Doctor legens ſalarium exigere non debet à ſtudioſo paupere.*
24. *Advocati & procuratores à judice cogi poſſunt ad inſerviendum pauperibus.*
25. *Advocatus denegans pauperi auxilium in extrema neceſſitate, peccat mortaliter.*
26. *Commiſſarii gratis dantur pauperibus.*
27. *Judex in cauſa pauperum an teneatur dare teſtibus alimenta ex ſuo ſalario?*
28. *Danda ſunt ex publico ærario.*
29. 30. 31. 32. *Pauper quis dicatur.*
33. *Relinquitur arbitrio judicis.*
34. *Pauper eſt, qui extrema paupertate laborat, & juramentum paupertatis præſtitit.*
35. *Paupertate extremâ laborat, qui non tantum habet in bonis, ut expenſas litis ſolvere poſſit.*
36. 39. *Intellige præter ea, quæ ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria ſunt.*
37. *Nobilis mille in bonis poſſidens pauper eſt, & ruſticus minus habens dives eſt.*
38. *Nobili fœminæ dedecus eſt laborare ad lucrum.*
40. *Pauper fideli atteſtato de ſua paupertate docere debet.*
41. *Pauper quando in jure quis præſumatur.*
42. *Pauper jurare debet ſe non habere in bonis, unde expenſas ſolvere poſſit, & ubi pervenerit ad meliorem fortunam quod eas exſolvet.*

43. *Beneficium paupertatis ceſſat in paupertate fraudulenter procurata.*
44. *Beneficio ceſſionis bonorum non gaudet, qui ſub ſpe hujus beneficii debita contraxit.*
45. *Teſtimonium paupertatis dare poteſt parochus loci adhibitis vicinis.*
46. *Poteſt etiam juramento quandoque ſuppleri.*
47. *Privilegium immunitatis pauperum non extenditur ad conſortes litis.*
48. *Privilegio gaudent conſortes litis quoad forum fundandum.*
49. *Pauperes ſi ad meliorem fortunam perveniant, reſtantes expenſas ſolvere debent.*
50. *Vel ubi in cauſa vicerint.*
51. *Paupertate ceſſante ceſſat privilegium.*
52. *Rejicitur ſententia Zacchiæ circa privilegium pauperum.*
53. *Pauper ſi ſub prætextu paupertatis alios litibus vexet, pro gravitate delicti punitur.*
54. *Paupere ſuccumbente in cauſa, laborem impenſum Deus remunerabit.*
55. *Privilegium immunitatis ab expenſis porrigitur ad Eccleſias opibus carentes.*
56. *Cauſæ ſummariæ an ſint immunes à ſportulis?*

VIſo quinam inter litigatores ad expenſas obſtricti ſint, convenit ſubjungere eos qui earum immunitatem habent per privilegium, cum regulam exceptio ſequi debeat; Clerici quidem olim minores dabant ſportulas quam laici, duos ſolidos pro citatione. *l. 25. §. ſtatuimus. Cod. de Epiſco. & cler.*

& cler. deinde Juſtinianus conſtituit, ut non ultra ſextam partem ſolidi darent. *Auth.ſed hodie. & ibi* Gothofredus *in notis eod. tit.* Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ ſuæ vel ejus procurator in curia ſeculari litigans, nullas ſolvebat ſportulas, *d. auth. ſed hodie.* & in ſacris ſcriniis militantes eorum uxores liberi 2
ac coloni privilegio gaudebant, ut minores quam alii præberent ſportulas judicibus. *l. in ſacris* 12. *Cod. de prox. ſacr. ſcrin.* ſicut & ipſi milites *l.* 18. *Cod. de militari.* Sed cum uſus aliud habeat circa eos, me non detinebo, & à Fiſco exordium ſumam, quem 3
ab expenſis immunem & gratis litigare dicunt, per *l. per hanc legem* 7. §. *fin. Cod. de advoc. diverſ. jud.* & ibi Brunneman. Boërius *deciſ.* 324. *n.* 1. Harprecht. *ad inſt. tit. de action.* §. *quadrupli. n.* 6. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 4. §. 3. Perez. *ad Cod. tit. de ſport. & ſumpt. n.* 5. Zoëſius *tit. ff. de re judic. n.* 122. Ummius *in proceſſ. diſp.* 22. *theſ.* 5. *n.* 20. *in fin.* Sicut 4
& nulla vectigalium præſtatione gravatur, *l. locatio.* 9. §. *fin. ff. de publican.* quia, cum fiſcus ſit ærarium Principis, abſurdum foret velle judicem aut quempiam in judicio ei aſſiſtentem ab eodem quovis etiam titulo ſportularum aliquid vel expeditionum nomine deſiderare, quod tamen ad viatica nunciorum, qui ſalarium non habent, aut judicia alieni ter- 5
ritorii & honoraria Referentium non extenditur; idcirco videmus, quando ad extraneos acta fiſcalia pro concipiendo decreto tranſmittuntur, quod Referentib. non minus quam in aliis cauſis honorarium ſolvatur.

An ergo & is, quocum fiſcus litigat, ſimiliter ab 6
expenſis liber erit? videtur, per *leg. final. Cod. de*

 fruct.

fruct. & lit. expenſ. d. l. in ſacris. §. & quoniam. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. ubi legitur, quod ſi alter litigantium ſuper expenſis minuendis vel penitus non agnoſcendis privilegio munitus ſit, eodem & 7 adverſarius potiatur, æqualitas enim in judicio ſervanda eſt inter actorem & reum, & non debent ad imparia judicari. *l. petenda 6. Cod. de tempor. in integr. reſtit. l. cum pater 77. §. evictis 8. ff. de legat. 2. c. in judiciis. 12. de reg. jur. in 6.* unde propter æqualitatem ſervandam receditur quandoque à regulis juris. *l. fin. Cod. comm. utriusq; jud.* & propter æqualitatem fit etiam extenſio de uno ad aliud. *§. illud 3. Inſt. de ſociet.* nam habet equalitas fundamentum in jure naturali, *l. penult. Cod. de legit. hæred. l. 4. Cod. commun. divid.* & taliter format etiam caſum Gloſſa prima *in d. l. fin. Cod. de fruct. & lit. exp.* & ſtatuere videntur Bartolus *ibid.* & Baldus *ibid. num.* 1. quod non attento, quod judicum & tabellionum labor non remuneretur, ita ſervari debeat, licet tabelliones malè de *d. l. fin.* ſint contenti, quia hoc modicum præjudicium reputetur, quod non ſit debitum amittere, ſed lucrum non captare, Brunneman. *ad. d. l. fin.* & ad *tit. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. per. d. l. in ſacris. §. & quoniam.* Ummius *dict. diſp. 22. theſ. 5. n. 20. in fin.* ubi id generaliter ſtatuit, ut etiam cum paupere litigans à ſportulis ſolvendis immunis eſſe debeat.

8 At quia dicitur, quod privilegium perſonale ſtrictè ſit accipiendum, *c. porrò 7. extr. de privil.* & privilegium perſonę datum eam non egrediatur, *c. privilegium 7. de reg. jur. in 6. §. ſed & quod principi. 6. Inſt.*

Inſt. de jure nat. & quod uni gratioſè conceditur, trahi non debeat aliis in exemplũ. *c. quod alicui* 74. *de reg. jur. in* 6. maximè ſi illa extenſio vergeret in damnum & præjudicium tertii, *c. ſuper eo*, 15. *ext. de offic. jud. deleg. l.* 2. §. *ſi quis à principe* 16. *ff. ne quid in publ.* Zoëſius *tit. de conſtit. princip. n.* 22. ita ut licet clauſula (ſalvo jure tertii) privilegiis inſeri ſolita omiſſa eſſet, tamen de jure tacitè inſit. *l. nec avus* 4. *Cod. de emancip. liber.* Gail. *lib.* 2. *obſ.* 1. *n.* 14. & hic agitur de damno ſportularum judici, notario & executoribus ex diſpoſitione legis & per conſuetudinem competentium, iniquum foret, laborem eis non remunerari, dignus eſt enim operarius mercede ſua. *c. cum ſecundum.* 16. *ext. de præben. c. quicunq;* 66. *XII. q.* 2. & juſtum eſt, ut unicuiq; labor ſuus proficiat, & illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequiũ, *c. charitatem*, 45. *XII. q.* 2. Ideo contrarium probabilius forſan videri poſſet, quod & conſuetudo & praxis judiciorum approbat, quæ optima legum & legitima dubitationis interpres eſt, *c. cum dilectus* 8. *extra de conſuetudine l. ſi de interpretatione, ff. de legibus.*

9 10 11

12 Non obſtat ſtylo judiciorum, quod æqualitas in judiciis ſervanda ſit, id procedit quoad perſonas litigantes inter ſe, non quoad alios, quia uni ſalaria & ſumptus remitti poſſunt, ut non exigantur, ideo non tenentur judex & cęteri etiam alteri donare, ita uno reſpectu ſententia tacitè acceptari videtur, ſi appellatio deferatur, ut ab appellato ejus executio peti poſſit, non ideo tamen appellans prohibe-

 tur

tur contra judicem agere ex ſyndicatu, ſi ſe contra jus gravatum exiſtimet, nec judex obmovere poteſt, ſententiam eſſe acceptatam tacitè per deſertionem, vide *c.*12.*n.*29.*& ſeq.* Neque adverſatur *d. l. fin.* cum cum illa ſit accipienda de privilegiato ab expenſis exiſtente victore, quod ille ab adverſario victo uullas aut non majores repetere poſſit, quam verè & in effectu expendit, juxta *l. properandum* 13. §. *ſive autem. Cod. de judiciis.* ut eatenus alter eodem gaudeat privilegio, quod etiam ſatis ex ipſa ratione legis apparet, ibi; *quoniam non eſt ferendum, eos qui præfatas prærogativas prætendunt, aliquid plus ab adverſariis quærere concedi.* maximè quod verba dictæ legis ad privilegiatum litigantem, & non ad judicem directa ſint; Et hunc ſenſum ap-

13 probat Gloſſa ultima *in d. l. fin. verb. cum quidam. verſ. vel ut tollas omnia prædicta.* quæ in deciſionibus magis quàm prima attendi debet. Bartolus *in l. bona fides. in notis verb. reſpondet. ff. depoſiti.* Cacheranus *deciſ.* 8. *num.* 6. Sichardus *in l.* 1. *n.* 35. *Cod. de jure Emph.* Mandoſius *in c. cum M. n.* 71. *extra de conſtit.* Everhardus *in locis legal. loc. ab authoritate. n.*15. argumento *c. capellanus.* 4. *extr. de feriis.* ibi. *poſterior ſententia.* & in dubio in judicando ſequenda eſt. Everhardus *dict. loc. num.* 13. Ideo gloſſam hanc ultimam ſequitur Paulus Caſtrenſis *in dict. leg. fin. num.* 2. addens, quod ratio inæqualitatis ſit debilis, & juſtius ſit, quod adverſarius ſolvat id, quod ſolveret ſi alter privilegium non haberet, quam quod non ſolvat, & judices aliique damnificentur ſine culpa;

Nec

Nec facit multum diſtinctio à Bartolo & Brunnemanno allegata, quod privilegium uni conceſſum proſit & alteri, ſi litis ordinationem ſolummodo ſpectet, non verò ſi ejuſdem deciſionem, cum adhuc abſque præjudicio & damno tertii procedere debeat; Imo Dynus *in c. in judiciis* 12. *num.* 4. *de Reg. jur. in* 6. dicit eam non eſſe veram, ex eo, quod privilegium reſtitutionis in integrum, quod minori conceditur, pertineat ad litis deciſionem, tamen adverſario etiam proſit. *l.* 1. *&* 2. *C. ſi adv. tranſact. l. un. C. de reput. quæ fiunt in jud. reſt. in inte.* 14

Pro conſuetudine facit quod Faber *ad Cod. lib.* 3. *tit.* 2. *def.* 10. tradit, quod privilegium Senatoribus conceſſum, ut emolumenta pro rebus contra ſe judicatis (quę in Gallia ſportularum, quæ pro reviſione actorum dantur, loco inducta ſunt, Faber *d. tit.* 2. *def.* 1. *n.* 1.) nulla ſolvere teneantur, non poſſit aliis proficere, qui aut eodem aut alio judicio condemnati ſunt, licet adverſus Senatores aliasq; hujuſmodi perſonas habituri ſint regreſſum, ex ratione, quod privilegium perſonale perſonam non egrediatur, & cum detrahat ſportulis, ſic odioſum & ſtrictè interpretandum ſit, licet propter regreſſum tantundem ſit, ac ſi ipſe Senator rectà conveniretur, & ita teſtatur judicatum, ut tali caſu Senator idem, quod alter qui regreſſum habebat, præſtare tenebatur, ex ſuo ſolvere & indemnem alterum præſtare juſſus ſit. 15

Sed conſuetudini magis obſtat, *l. in ſacris* 12. §. 4. *Cod. de prox. ſacr. ſcrin.* cui accedit *l fin.* §. 3. *in fin. Cod. de re militari.* Conſuetudo tamen derogat 16
legi, & ſtylus & obſervantia judiciorum attendenda

denda eſt. *l.fin.Cod.de injuriis.l.2. Cod.quemadmod. teſtam.aper. c.venerabilis* 8.*extr.de confirm.util. vel inutil.*ita ut ſtylus curiæ jus faciat,& in deciſionibus
17 cauſarum allegari poſſit,*l.3.§.fin ff.de teſtib.* Abbas Panormitan. *in c.ex literis* 11.*n.6.extr. de conſtitut.* Bertazolius *de clauſul.inſtrum clauſ.4.gloſ.36.* maximè in exhibitione ſportularum, ſive clerici ſive laici litigent, in foro tam ſeculari quam Eccleſiaſtico. Baldus *l. cum clericis* 25. *num.*7. *Cod.de Epiſco. & cleric.* Interim morem hunc, quo adverſarius fiſci ſportulas integras vel duplices, ut dicunt, pro tranſmiſſione actorum & relatione alicubi expendere cogitur, approbare vel defendere non intendo.

18 Pauperes etiam immunes ſunt ab expenſis, eorumque cauſæ à judice gratis expediendæ ſunt, abſque ulla ſportularum exactione. *Novell. de mandatis* 17.§.*ſit tibi quoque.* Gloſſa *ibidem in verb. gratis.* Gloſſa *in c. cum ab omni* 10. *verbo expenſas.* ibi. *imo ſi pauperes, extr. de vita & hon. cler.* textus eſt *in c.ſtatutum* 11.§. *inſuper. de reſcriptis in 6.* Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu verb. expenſa num.* 3. Joannes Antonius de Nigris *in repetit. extravag. unic. de vit. & hon. cleric. num.* 122. Mynſingerus *cent.* 4. *obſ.* 97.*num.*5. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 29. *num.* 40. quamvis ſportulæ ultra offerrentur à paupere. Tiraquellus *d.n.*40.per *l.unic.Cod. de ſalgamo hoſpit.non præſt. l.fin.* §. *ut autem Cod. de re militari,* ibi. *ut vel ſpontaneâ voluntate offerentibus.* argum. *c. Romana* 1.§.*penult.* ibi. *qualitercunque offeratur. c. exigit* 2. ibi. *à volente recipere. de cenſibus in 6.* Barto-

Bartolus & Decius *in l. invitus §. ult. ff. de reg. jur.* Unde & acta eis gratis eduntur. Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 1. *tit.* 55. **von den armen Partheyen.** §. 5: *l. tam dementis* 23. juncta Gloſſa *fin. Cod. de Epiſcop. audiend.* Grævæus ad Gailium *lib.* 1. *concl.* 134. *n.* 11. Rebuffus *de privil. univerſitatis, privil.* 90. Imo judex mandare debet, ut Notarius gratis edat. Grævæus ad Gailium *lib.* 1. *obſ.* 43. *conſid.* 1. *n.* 7. Ferretus *in c. quoniam contra* 11. *n.* 14. *extr. de probat.* Joannes Antonius de Nigris *d. extravag. n.* 128. Et quidem in dubio adverſus notarium inclinabit judex, ut gratis edat, uti notat ex Ripa Franc. Callet. ad Pacianum *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *lit. k.* Advocati etiam & procuratores gratis eis inſervire tenentur, argum. Gloſſæ *in d. l. tam dementis. verb. prægravetur.* Gailius *lib.* 1. *obſerv.* 43. *n.* 11. Pacianus *d. c.* 54. *n.* 61. ita ut aliquid ſcienter accipientes à vero paupere aliave miſerabili perſona occaſione ſui patrocinii in foro conſcientiæ peccent, juxta Vivium *lib.* 1. *deciſ.* 159. *n.* 2. Sicut & Medici ægros pauperes gratis curare debent, Gloſſ. *in rubr. diſt.* 83. *verb. inferas.* Joannes Antonius de Nigris *d. extrav. n.* 133. nec Doctor legens exigere poteſt collectam à ſcholaribus pauperibus, *c. quia* 4. *extr. de magiſtris.* Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. ibi. *aliòſque ſcholares pauperes Grammaticam gratis doceat.* Rebuff. *de privil. Univerſit. priv.* 90. Etiamſi advocati juraſſent, nunquam ſe gratis patrocinaturos. Gail. *d. obſ.* 43. *n.* 17. Tiraquell. *de nobilit. d. cap.* 29. *n.* 39. cum hoc juramentum in cauſis pauperum ſervandum non ſit, & peccatum committat

19 20 21 22 23

mittat is,qui jurat ſe vicino egenti prodeſſe nolle, & nemo ſe ad peccandum valide aſtringat juramento, quia ipſo jure nullum eſt, argumento Gloſſæ *in cap. conſtitutis* 45. *verb.non teneri.extr.de teſtib.* faciunt huc ea,quæ de fidejuſſore *cap.*3.*ſect.*1.*n.* 101. dicta

24 ſunt. Poſſunt aliàs,ſi patrocinium recuſarent, à judice ad id cogi Covarruvias *pract.quæſt.*6.*n.*4. Magonius *paradox. judic. cap.* 10.*n.*3. ut etiam inſerviant miſerabilibus perſonis contra Eccleſiam, in qua beneficium habent, uti ſentit Fridericus Hiltrop.*in proceſſ.judic.part.*1.*tit.*19. *de advocatis n.* 8.

25 Et advocatus pauperi in extrema neceſſitate patrocinium denegans peccat mortaliter. Jaſon *in l. nec quicquam* 9. *n.*2. *ff. de off. proconſ. & legat.* Magonius *d.cap.* 10. *n.* 13. Covarruvias *d. n.* 4. Dominicus Soto *de jure & juſt. lib.*5. *quæſt.* 8. *art.* 1. Vivius *lib.* 1. *deciſ.*159. *n.* 6. qui ibidem ex Dionyſio Carthuſiano *in ſumma fidei orthod.*addit, non teneri aliquem ad talia patrocinia & labores ſe ultro ea quærendo ingerere, ſed eis,qui ſibi occurrunt, ſuccurrere,iisque magis, qui ſibi pro locorum & temporum aut quarumlibet rerum neceſſitatibus adſtrictius quadam ſorte junguntur.

26 Commiſſarii etiam iis gratis aſſignantur cum hac clauſula, daß ſie dieſer Zeit der Belohnung halber Gedult tragen ſollen. Ruland.*de commiſſariis part.* 1.*lib.*7.*c.*13.*n.*5. Gailius *lib.* 1.*obſ.*43.*n.*19. Joann. Antonius de Nigris *d.extravag.n.*127. confer huc dicta *cap.*3.*ſect.*1.*n.*41. Et teſtes ſuis ſumptibus ad examen venire debent,Ruland *d.c.*13.*n.*10.

27 Sed quid ſi teſtes ſuis ſumptibus judicem adire nol-

nollent? quia ut *cap. præcedenti, ſect. 2. circa fin.* remonſtratum eſt, non adigitur teſtis comparere, aut ad iter ſe accingere prius quam ſibi de neceſſariis ſumptibus provideatur. Judex quamvis ſalarium ſufficiens habeat, ex ſuo illos erogare non tenetur, quod etſi voluerint Abbas Panormitanus *in c. ſi qui teſtium* 8. *in fin. extr. de teſtib.* Hartmannus Piſtoris *lib.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 6. per *Novellam de mandatis princip.* §. *ſit tibi.* Aliud tamen eſt juſtitiam gratis adminiſtrare pauperibus, quod dicta Novella jubet; Et aliud, præter gratuitam adminiſtrationem etiam de ſuo expendere, ad quod jura nullibi judicem adſtrictum voluerunt, ſalaria namque judicibus ad ſuam ſuſtentationem dantur, non ut ſumptus litis neceſſarios inde erogent pauperibus. Colerus *de alimentis lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 24. qui humanius eſſe dicit, ut 28
hoc caſu non ex ſalario judicis, ſed ex publico ærario ſumptus ſuppeditentur, ubi pro ſe diverſa iudicata adducit, quem videre poteris, text. eſt in Conſtitut. Carolina *art. ult.* §. 1. facit Gloſſ. *in l.* 1. §. *ait prætor. in verb. non habebunt. ff. de poſtulando.* quæ habet quod Prætor det advocatum, ſumptibus tamen ipſius partis, & ſi eâ pauper ſit, de publico; ſic olim fuiſſe & hodiedum ſervari. Boërius *deciſ.* 325. addit, fuiſſe id tempore Gloſſatoris, unde væ hodie pauperi cum non habeat ſublevantem ſe, facit optimè text. *in l. procuratorem* 8. §. *quod & ad actionem ff. mandati.* ubi dicitur, quod ſi fidejuſſoris paupertas ei non permiſit quod appellaret, excuſatus ſit propter inopiam; Hoc certè ſtatuendum non foret, ſi pauper à judice ſumptus litis petere poſſet, fuiſſet enim in culpa eos non petendo. Quis

29 Quis autem dicatur pauper variatum eſt, nec de eo certa determinatio dari poteſt, ſed pro diverſitate materiæ, circa quam deſiderantur facultates, divitię & inopia reputantur; Quidam eum pauperem dici putant, qui tantum non habet in bonis, quanta res eſt, de qua vertitur quæſtio, per Gloſſ. *in Novell. de hæred. & falcid.* §. *hinc nobis* 2. *verb. ſubſtantiam.*
30 ſed malè; Alii hunc pauperem dicunt, qui non habet centum aureos, per § *poſtea. inſt. de ſucceſſ. liber.* vel qui non habet quinquaginta aureos in bonis, per text. *in l. nonnulli* 10 *ff. de accuſat.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 142 *n.* 8. ubi differentiam ponit inter pauperẽ, inopem, mendicum, & miſerabilem, ut pauper ſit qui parum habet, inops qui minus, mendicus qui adhuc minus,
31 miſerabilis, qui nihil; Alii eum, qui ſecundum conditionem & gradum ſuum vivere non poteſt. Decio *in Auth. præterea. Cod. unde vir & uxor.* Surdus *deciſ.* 61. *n.* 3. Maſcar. *concl.* 1160. *n.* 13. vel qui propria mobilia vel immobilia non poſſidet, & operis manualibus ſe ſuſtentare neceſſe habet, Carpz. *defin. fo-*
32 *renſ. part.* 3. *conſt.* 13. *def.* 21. *n.* 6. Alii denique, cujus bona tanta non ſunt, ut ſe ſuosq; alat, & litis expenſas ſolvat, niſi iis venditis, argum. *l. in fundo* 38. *ff. de rei vind.* ubi pauper dicitur in materia exſolutionis melioramentorum, qui non poteſt ea ſolvere niſi vendat lares & ſepulchra avorum, & argum. §. *ſed & propter paupertatem*, junctâ gloſſ. *verb. imparem, inſt. de excuſ. tut.*
33 Verius eſt, id judicis arbitrio diſquirendum relinqui ex qualitate cauſæ & perſonarum. Gloſſ. *in d. auth. præterea. verb. locuples*, argumen. *l.* 1. §. *fin. ff. de jure*

jure delib. Bartolus.*in l.ſi conſtante.num.*14.*ff.ſolut. matrim.* Decius.*in d.auth.præterea.num.*15.Surdus. *decis.* 61.*num.*4.Sebaſtianus Medices.*in tract.morſ omnia ſolvit. part.* 1.*num.* 103. Guido Papæ.*decis.* 566.*num.* 1. niſi conſuetudine aut ſtatuto determinatum ſit quis pauper dicatur. Fulvius Pacianus.*de probationibus. lib.*1.*cap.*54.*num.*77.ſicut in judiciis provincialibus Electoratus & ducatus Saxoniæ pauperem ad hunc effectum dici eum,qui jurat ſe ultra quinquaginta florenos uſualis monetę in bonis non habere, teſtatur Colerus.*de proceſ.execut.part.*1.*c.* 2.*n.*121.Berlichius.*volum.*1.*concluſ.*7.*n.*92.

In caſu noſtro eum, qui extremâ paupertate laborat, & juramentum paupertatis pręſtitit, pauperem dicit Gailius *lib.* 1. *obſ.* 43. *num.* 18. vel ut Ferretus *in c.quoniam contra.*11.*num.*14.*ext.de probat.*dicit,eum hoc privilegio gaudere,qui verè pauper eſt, ſcilicet qui nec de præſenti nec in futurum poſſet ſolvere,nec cavere de ſolvendo. Quæ verò de aliis pauperum generibus retuli, ſunt vera, ubi ſola paupertas eſt in conſideratione, non ubi per eam præjudicium tertii cujuſdam generatur, ſicut hic, & in *d. auth. præterea.* idcirco etiam ibi extrema & noviſſima,ut lex loquitur, inopia requiritur, *Novel.de exhibend.reis.*53.*§.quoniam vero.*Paupertatis enim definitio non eſt eadem, ſed diverſo reſpectu ſecundum ipſi indultum beneficium, & quod intendit, diverſimodè de ea ſtatuendum eſt, Mævius.*part.* 1.*decis.*83.*num.*5. Laborare autem illum extremâ paupertate, qui nihil prorſus habet, docuit Surdus.*d.decis.*61.*n.* 14. 34

L Puto

35 Puto illâ paupertate quem laborare, ſi non habet tantum in bonis, de quo pro juribus & ſalariis dictis ſatisfacere poſſit, argumento ſumpto ex juramento in Concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 1. *tit.* 96. præſcripto, & id non rigidè,
36 ſed cum quadam comitate accipiendum eſſe, quid enim ſi ille qui victum manu & artificio lucrari neſcit, & cui oſtiatim ſtipem quærere verecundum foret, vix habet quòd ſibi ad vitam tenuiori modulo ſuſtentandam neceſſarium eſt, an & hoc prius expendere & non ante admitti debeat? nôn arbitror, & in eo determinando arbitrium judicis reſidebit. argumento. *c. conſideranda.* 17. *diſt.* 86. *c.* 1. *diſt.* 82. & argumento doctrinæ Bartoli. *in l. ſi conſtante. n.* 14. *ff. ſolut. matrim.* docentis, quod debeat judex arbitrari paupertatem diverſimodè ſecundum diverſitatem perſonarum & factorum, &
37 quod unus miles vel nobilis non habens mille in bonis poſſit dici pauper, & ruſticus minus habens dives ſit, & quod dicit Surdus. *d. decis.* 61. *n.* 12. ad lucrandam quartam ex *d. auth. præterea.* extremam & noviſſimam inopiam requiri, ſufficere tamen quod uxor nihil habeat, & licet poſſit vivere
38 ex operis ſuis, tamen ſi nobilis ſit, quia ipſi permiſſum non eſt operari ad lùcrum ſine dedecore, & mendicare ignominioſum, idcirco talem ad quartam ad huc admittendam eſſe; Similiter Bichius. *decis.* 141. *n.* 8. tradit, ad effectum ut pauper à collitigatore divite ſumptus & expenſas litis prætendere poſſit, non obſtare quod propriâ induſtriâ ſibi victum quęrere queat, quia ideo non poſſit ultra quęrere

rere pecunias pro ſuſtinenda lite, & ſic ad huc pauper ſit reſpectu hujus effectus, ea de cauſa etiam generoſos Comites Imperii ad juramentum paupertatis in Camera admiſſos eſſe teſtatur. Ritterhuſius *ad Novellas part. 9. cap. 9. numer.* 18. & inſpecie Lanfrancus Zacchias. *de ſalario quaeſt.* 78. *n.* 18. 39
docet, tali pauperi omnia gratis in judicio expedienda eſſe, qui non habet unde ſolvat præter id, quod pro ſuſtentatione expoſcit natura, cui prius veniat ſatisfaciendum, aſſentitur Berlichius *volum.* 1. *conclus.* 7. *n.* 90.

Ne tamen quilibet prætendens forſan ſe pauperem, ad hoc privilegium malitioſe ſe ingerere queat 40
proviſum eſt, quod qui gratis litigare deſiderat, prius fideli quodam atteſtato vel alio probabili adminiculo de ſuâ paupertate judicem certum faciat, Quamvis de jure quisque pauper præſumatur, ex præſumptione, quæ ineſt â natura, cum quilibet nudus & pauper naſcatur, & qualitas ſemel poſita, 41
quæ non tollitur ex curſu temporis, præſumatur exiſtere, niſi probetur ſublata, ut è contra divitias allegans eas probare debeat. Nam id ceſſat, ubi qualitas paupertatis eſt fundamentum intentionis alicujus. Maſcardus. *de probat. concl.* 1160. *num.* 5. Benintendis, *decis.* 22. *n.* 12. Deinde juramento confirmare debet, quod tantum in bonis non habeat, 42
unde judicii jura, Advocatorum & procuratorum ſalaria præſtare poſſit, nec eâ intentione, ut privilegium hoc obtineret, bona ſua malitioſè alienaverit, argumento. *dict. capit. conſideranda.* 17. *diſtinct.* 86. & quod ubi ex paupertate ad meliorem for-

 tunam

tunam pervenerit, jura & ſalaria juxta taxationem judicis fideliter exſolvet, Conceptum Ordinat. Cameral. renovatæ *part.* 1. *tit.* 55. *&* *tit.* 96. Dixi,
43 quod bona ſua malitioſè non alienaverit, quia omnia beneficia paupertatis ceſſant in paupertate fraudulenter procurata, ut talis pœnam magis mereatur, *l. quiſquis.* 2. *Cod. de cenſib. & cenſitor.* Bruneman. *ibid.* Jaſo. *in auth. res quæ. num.* 22. *Cod. commun. de legat.* argumento. *l. penult. ff. de jure dot.*
44 Ideo non gaudet beneficio ceſſionis bonorum, qui ſub ſpe hujus beneficii contraxit debita. Dynus. *in c. peccatum. num.* 11. *in notis. ibid. verb. ſpe veniæ.* Vitalis de Cambanis. *tract. clauſular. renunc. ceſſ. bonor. num.* 34. Et patronus, qui culpâ ſuâ ad egeſtatem redactus eſt, non admittitur ad actionem contra Eccleſiam pro alimentis conſequendis, imo probare debet ſe abſque culpâ ſua in paupertatem incidiſſe Lotterius. *de re beneficiaria. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 33. Juramentum hoc occaſionem habere videtur ex Novella. 135. *cap.* 1. ubi imperator Juſtinianus iis beneficium ceſſionis bonorum conceſſit, qui jusjurandum præbent per adoranda eloquia, quod nullam rerum causâ occaſionem, aut aurum reliquum habeant, unde æris alieni ſupplementum faciant. Quamvis etiam iis, de quorum paupertate probabiliter conſtat nullo præſtito juramento gratis ſubvenire piè ac laudabiliter actum ſit. Gravæus ad Gailium. *d. obſ.* 43. *n.* 8.

45 Teſtimonium paupertatis à Magiſtratu pauperis datum exhibendum erit, vel etiam ſi à parocho loci convocatis vicinis de paupertate teſtantibus

tibus ſcriptum ſit,ſufficiet.Maſcardus.*d.concl.*1160. *num.*23.Blum.*in proceſſu Cameræ tit.*64.*num.*24.vicinus enim pręſumitur ſcire [illegible]a & conditionem vicini. *c. quoſdam.* 7. *ext, de præſumpt.* Poſſe etiam hoc teſtimonium in defectum quandoque juramento ſuppleri, docet Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 142. *num.* 6. 46
quia ſufficientia hujus probationis plurimum ab arbitrio judicis pendet.Bichius. *d.decis.*141.*num.*7. Sed hoc perpetuum non eſt, quocirca ſi pauper in Camera Imperiali conqueratur,ſę non poſſe ex longinquo tantam diſtantiam hinc inde diſcurrere ad afferendum teſtimonium, paratuſque ſit ſub pœnâ promittere Domino Judici documentum tranſmittere, atque iterum ſupplicando inſtet, admittitur ad juramentum, ut Advocatum & procuratorem cæteraque gratis obtineat, quod iterum ceſſat, ubi tempore ad tranſmittendum documentum ſatis commodo id facere neglexerit. Schwanman. *de different. jur. civil.& Camer.diff.*19.*n.*5.

Privilegium hoc immunitatis ab exſolvendis 47
expenſis non eſt extendendum ad conſortes ejuſdem litis, ſed ii pro virili ſuas expenſas pręſtant. Conceptum Ordinat. Cameral. renovatæ. *part.* 1. *tit.* 55.§.*fin.*quamvis quo ad forum fundandum eodem cum paupere conſorte fruantur privilegio Me- 48
nochius. *de arb.jud.quæſt.caſ.*66.*num.*29.ut coram Principe adverſarium in prima inſtantia convenire queant, juxta. *l. unic. Cod. quand.imper.inter pupil. & vid.* Covarruvias. *pract. quæſt. cap.* 6. licet hoc moderno tempore non attendatur.Mævius *part.*2. *decis.*110. Quia hoc privilegium ob connexitatem

cauſæ concedi debuit, ſicut, ſi clericus & laicus ſunt hæredes unius, laicus coram Epiſcopo convenitur propter clericum. Franciſcus Niconitius. *in c. quoniam contra parte 2. numer. 655. ext. de probat.* Bartolus. *in l. præcipimus. 32. §. eodem obſervando* per illum textum. *Cod. de appellat.* Hoc ab altero privilegio expenſarum longè diverſum eſt, quæ ab uno ſolvi poſſunt, & ab altero non, abſque ulla turbatione & diſtractione cauſæ, ſic à ſeparatis non eſt facienda illatio. *l. fin. ff. de calumniat. l. neque natales. 10. Cod. de probat.*

49 Interim pro labore pauperibus præſtito omnis ſpes premium aliquod recipiendi præciſa non eſt, cum illi ſi vel vicerint, vel alias pervenerint ad pinguiorem fortunam, & emeritum honorarium & ſequentem laborem ſtudiumque compenſare & exſolvere teneantur. Receſſus Imperii *de anno.* 1600. §. ſo viel aber der Armen. 6. Gailius. *d. obſ.* 43. *n.* 19. Græviæus. *ibidem. n.* 10. Ruland. *d. cap.* 13. *n.* 11. Ritterhaus. *ad Novellas part. 9. cap. 9. num.* 17. idque juramento paupertatis per Receſſum Impe-

50 rii *anno.* 1566. §. fürters. 106. adjectum eſt, quocirca ſi pauper in cauſa victor exiſtat, meritò ſatisfaciet de victoria. Faber. *ad C. tit. de ſportulis & ſumpt.*

51 *def.* 2. *n.* 8. Ceſſante namque paupertate ceſſat privilegium, & quæ conceduntur propter inopiam aut neceſſitatem, auctis facultatibus ceſſant. *l. ab his onerib.* 10. *§. auctis. ff. de vacat. muner. l. cura.* 4. *§. deficientium ff. de munerib. l. non tantum.* 17. *§. eos. ff. de excuſat. tut.* Sebaſtianus Medicet *in tract. mors omnia ſolvit part.* 1. *n.* 103. *in fin.* Ægidius Thomatus, *de*

*de collectis. cap.pauperes.n.*2.Lancellottus.*de attentatis.part.*2.*cap.*4.*limit.*11.*n.*44.

Non eſt attendendum ad opinionem ſingularem Lanfranci Zacchiæ. *tract. de ſalario quæſt.*110. *numer.*14. exiſtimantis pauperibus deberi talia ex præcepto legis, & quod idcirco pauperes nullam contrahant obligationem quandoque ſolvendi, nequidem antidoralem, ut etiam ipſi ſi victores exiſtant, ſalaria hæc ab adverſario victo & in expenſas condemnato repetere non poſſint, eſſeque caſum notabilem, quo dives litigans cum paupere gaudeat privilegio pauperi conceſſo à jure. Ex hac opinione ſequeretur abſurda, quod judex ſportulis, Notarius pro ſcriptura aliique pro labore ſuo per totum proceſſum carere deberent, prętendente divite ſibi æq; omnia gratis ac pauperi expedienda eſſe, in detrimentum Reipublicæ, cum divites nunquam in lite pauperi cederent, ſcientes ſe nunquam in expenſas condemnandos, contra hanc Zacchiæ opinionem confer ea quę inferius *cap.*11.*n.*42.54.de advocato, qui in propria cauſa vel alteri gratis patrocinatus eſt, dicentur. 52

Quod ſi quiſpiam hoc communi pauperum privilegio confiſus alium in jus temerariè traxerit, & iniquis fatiget ſumptibus, ſi malitiâ detectâ cadat causâ, & ſumptus pulſato reſarcire nequeat, pro perſonarum & delicti gravitate, carcere vel aliis pœnis corporalibus coërcendus erit. d. Receſſus Imperii *d.anno.*1600.§. und nach dem 8.Conceptũ Ord. Cameralis renovatę *part.*1.*tit.*55. *&* *tit.* 70. von Straff der armen Partheyen/quod & de jure 53

ante conſtitutum erat. *c. finem litibus.* 5.*ext. de dol. & contum.* vide *cap.* 8.*n.* 23.

54 Sed quid ſi nunquam ad meliorem fortunam pauperes pervenire, aut fato cauſam non obtinere contingat? quicunque illis gratis inſervierunt, acquieſcent hoc ſolatio, quod ſocios ſui mali habeant, nec labor eorum in vanum erit, præmium à Deo conſecuturi expectabunt, pro ut iis promittit Pſalmiſta. *pſalm.* 40. quod Deus eos conſervabit, vivificabit & beatos faciet in terra, opem illis feret ſuper lectum doloris in infirmitate eorum, & in die mala eos liberaturus ſit, qui ſuper egenum & pauperem reſpexerunt, & tandem coronam juſtitiæ obtinebunt, quam reddet illis Deus juſtus judex.

55 Hanc immunitatem etiam ad Eccleſias hodiedum extendere voluit Magonius. *paradox. judic. cap.* 10. *numer.* 2. per textum. *in Novell. de alienat. & Emphyt. cap.* 6.§.2.*verſ. propterea enim volumus, & paulo ante.* quod tamen ipſemet declarat, *num.* 4. de Eccleſia opibus carente & egena, cui aſſentior, ea enim inter miſerabiles perſonas verè connumerari poteſt, unde & pauperum appellatione continetur. Baldus. *in l. ſi quis ad declinandum.* 49.*num.* 11. *Cod. de Epiſc. & cler. verſ. juxta hoc quæro.* qui in

56 *Auth. generaliter num.* 2.*Cod. eod. tit.* voluit, quod in cauſis ſummariis partes immunes ſint à ſolvendis ſportulis, nec eas judices exigere debeant, cum celerius expediantur, idem ſtatuit Lanfrancus Zacchias. *d. ſalario. quæſt.* 72. *num.* 34. & 37. de cauſis ſummariis veluti mercedis & ſalarii, aliiſque cauſis brevioribus; Sed puto Baldum loqui de iſtis, quas partes

partes ſecundum quantitatem in libello petitam, vel æqualem in cauſis omnibus ſi ſumma 100. aureos excederet, olim dabant, alias pro qualitate & ſecundum menſuram laboris judices & in his remunerari fas erit, & ita uſus obtinuit, ut judex etiam partes initio proceſſus concordando, pro habitis in diæta moleſtiis quid exigat, & Zacchias *d.loco.* concedit id licere, ubi contraria diſpoſitione ita cautum eſſet.

CAPUT. VI.

Quando alter litigatorum expenſas ad litem ſubminiſtrare teneatur adverſario ſuo.

SUMMARIA.

1. *Opera miſericordiæ exhibere nemo obligatur, niſi in promptu ſit, quod pauperi aliter ſubveniri non poſſit.*
2. *Cauſæ pauperum citius expediuntur cum expenſis, quam abſque eis.*
3. *Pauper an ab adverſario ſuo expenſas litis ſibi ſubminiſtrari petere poſſit?*
4. *Procurator fiſcalis non tenetur contra ſe agere in cauſa fiſcali.*
5. *Explicatur. l. imperatores. ff. de tutel. & rat. diſtrah.*
6. *Pauper ab adverſario expenſas ad litem exigere poteſt ſi pro eo militet juſtitia cauſæ.*

8. *Modo adverſarius dives ſit, & ipſe pauper artem non ſciat ex qua ſe ſuſtentare poſſit.*
9. *Vel non ſit robuſtus ad eam exercendam.*
10. *Vel laborare dedignetur ut nobilis.*
11. *Declaratur.*
7. *Defenditur Guido Papa.*
12. *Pauper expenſas ad litem obtinet ab adverſario, licet patrem vel fratrem locupletem habeat.*
13. *Pauper debet præſumptionem bonæ cauſæ probare ſaltem per unicum teſtem, antequam ab adverſario expenſas obtineat.*
14. *Nec debet contraria præſumptione elidi poſſe.*
15. *Ut quod bonis ceſſerit de bonis litigat.*
16. *Aut qui de filiatione agit in domo viri quidem natus ſit, vir tamen diu abſuit domo vel decrepitæ eſt ætatis.*
17. *Pauper ab adverſario expenſas pro lite obtinere non poteſt ; ſi ab initio conſtat, ei nullum jus competere.*
18. *Velut ſi filio de alimentis agenti objiciatur crimen exhæredatione dignum, idque probetur.*
19. *Si filio adoptivo objiciatur teſtamentum patris in quo præteritus eſt.*
20. *Aut filio naturali petenti hæreditatem ſe opponant naturales & legitimi.*
21. *Pauper præſumptionem pro ſe habet ex prima ſententia quam pro ſe obtinuit.*
22. *Pauper in cauſa matrimoniali ſi vicit in prima inſtantia, non tenetur litigare extra provinciam, niſi adverſarius ſubminiſtret expenſas.*
23. *Pauperi, ut expenſas ab adverſario obtineat, non eſt*

eſt neceſſe ut cum præſumptione boni juris etiam habeat pro ſe ſententiam.

24. *Explicatur. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam.*

25. *Pauper qui ſe filium contendit quas debeat habere præſumptiones pro ſe, ut litis expenſas conſequatur?*

26. *An ſi celebratis nuptiis natus eſt ex uxore ejus contra quem agitur?*

27. *An ſi educatus & tractatus ſit ut filius?*

28. *An ſi nominatus ſit filius?*

29. *An ſi habeat famam viciniæ?*

31. *An obſtet quod emancipatus ſit, vel legitimatus?*

30. *Filiatio quando probetur probatione juris & de jure?*

32. *Filii divites parentes pauperes alere tenentur.*

33. *Pater filium emancipatum ob alimenta denegata in poteſtatem ſuam revocare poteſt.*

34. *Monachus egrediens monaſterium alendi patris causâ non eſt apoſtata.*

35. *Pater pauper contra filium pro alimentis agens petere poteſt expenſas lite pendente.*

36. *Pater vel filius agens querelâ inofficioſi accedente præſumptione obtinet expenſas ab adverſario.*

37. *Jure digeſtorum & Codicis filius oſtendere debebat ſe injuriâ neglectum eſſe ex teſtamento paterno, quod immutatur per Novellas.*

38. *Dilictum non præſumitur niſi probetur.*

39. *Pauper ex teſtamento fratris vel ſororis bona petens ab adverſario expenſas ad litem obtinet.*

40. *Pau-*

40. *Pauper quando contendit bona eſſe communia, & præſumptionem habet pro ſe, obtinet expenſas ab adverſario.*
41. *Uxor pauper accuſans matrimonium de invaliditate, aut petens ſeparationem propter ſævitiam, obtinet expenſas ad litem à marito.*
42. *Et è converſo maritus ab uxore.*
43. *Mulier poſt mortem mariti repetens dotem obtinet expenſas ab hæredibus & aliis poſſeſſoribus bonorum.*
44. *Vaſallus inops contra Dominum de feudo litigans ab eo obtinet expenſas.*
45. *Homo proprius pauper ſi ad prædium non admittatur obtinet à Domino expenſas ad litem ex prædio.*
46. *Et ita hic judicatum.*
47. *Monachus injuſtè ſe dejectum prætendens obtinet ab Abbate expenſas ad litem.*
48. *Abbas ad correctionem contra monachum lite agens, an teneatur ſubminiſtrare ei expenſas.*
49. *Argumenta contraria.*
50. *Reſolvuntur.*
51. *Abbas à lite contra monachum deſiſtere, & ad correctionem regularem procedere poteſt.*
52. *Uxor propter adulterium amittit dotem & jus thori & menſæ.*
53. *Maritus uxorem pauperem de adulterio accuſans ei expenſas ſubminiſtrare debet.*
54. *Sed an teneatur quando adulterium eſt notorium?*
55. *Negat Pariſius.*
56. *Affirmat Cævallos.*

57. Di-

57. *Diſtinguit Zanchez inter forum internum & externum.*
58. *Diſtinguitur inter notorium.*
60. *Fundamentum diſtinctionis deſumitur ex Innocentio.*
59. *Uxor per adulterium non amittit jus ſuum, ſed per ſententiam.*
61. *Arreſtatus inops petit alimenta & expenſas ab arreſtante.*
62. *Et ſi arreſtans non exhibeat, debet is à judice dimitti facto prius mandato de exhibendo.*
64. *In quibuſdam locis certi nummi dantur arreſtato.*
63. *Judices aditi pro captura proſpiciunt ſibi per cautionem.*
65. *Arreſtantibus non eſt ſemper conſultum debitores pauperes arreſto detinere.*
66. *Pauper cujus bona vel fructus ſequeſtrantur obtinet expenſas ad litem ex iis.*
67. *Pauper ab adverſario obtinens expenſas an teneatur cavere de reſtituendis iis in caſum ſuccumbentiæ? Covarruvius affirmat.*
68. *Alii negant.*
69. *Reſpondetur contrariis.*
70. *Univerſitatis membrum litigans contra univerſitatem ſeu collegium ſuum, ſi pro expenſis ab univerſitate imponatur collecta, an hic contra ſe contribuere teneatur? negat Baldus.*
71. *Affirmant alii.*
72. *Confirmatur.*
74. *Limitatur in eo, qui contendit ſe immunem eſſe à collectis.*

73. Univerſitas non amittit jus collectandi per litem ſibi motam.

75. Univerſitatis major pars litigans reclamante parte minori contra, eum, qui ſe voluit eximere ab oneribus ſuccubuit cum condemnatione in expenſas, ad huc minor pars debet ad eas contribuere.

76. Univerſitatis membrum litigans contra eam obtinuit, etiam expenſarum condemnationem, an hic ad collectam expenſarum ſibi exſolvendarum contribuere debeat? negant alii ex doctrina Abbatis.

77. Cæteri rectius affirmant.

78. Confirmatur affirmativa.

79. Major pars univerſitatis præjudicat minori.

QUod pręcedenti capite expoſui, pauperes ab omni litis expenſarum pręſtatione immunes, iisq; omnia gratis facienda & expedienda eſſe, procedit, quando in promptu non apparet quomo-
1 do eis aliter ſubveniri poſſit, ſicut etiam aliter opera miſericordię cuipiam exhibere nemo obligatur, quia pręceptum eſt affirmativum, ſemper quidem, ſed non ad ſemper obligans, cum & impoſſibile foret ſemper alteri ſuccurere. Dominicus Soto. *tract. de juſt. & jure lib. 5. quæſt. 8. art.* 1. ubi in ſpecie de advocato tractat, ergo ubi poteſt aliâ viâ ſuccurri, ceſſat pręceptum conſtringens licet conſilium admonens remaneat; Faciunt dicenda. *n.* 12. Poterit ergo quandoque pauperi aliter ſubveniri, ſi is expenſas ad litem neceſſarias ab adverſario ſibi ſub-

ſubminiſtrari petere jus habeat, quia is extremâ paupertate urgeri dicendus non eſt ad hunc effectum, qui ad ſumptus obtinendos jus habet, quod & è re pauperum erit, ut illorum cauſę cò citius & 2
alacrius expediantur, cum notorium ſit & axungiam aurigæ prodeſſe, quò vehiculum leniter & feſtinanter magis protrahatur; Hoc unquam pauperi 3
indulgendum non eſſe, videri poſſet per. *l. imperatores.17.ff.de tutet.& rat. diſtrah.* ubi Ulpianus refert, Imperatores Severum & Antoninum pupillo reſcripſiſſe, quod ejus poſtulatio, volentis ſibi à tutoribus, contra quos agebat, in ſumptum litis pecuniam ſubminiſtrari, rationem non habeat, facit, *l. hi qui. 10. ff. de poſtulando.* ubi procurator 4
fiſci in cauſa fiſcali contra ſe agere non cogitur, & ratio eſt, quod nemo teneatur arma adverſario ſuo contra ſe ipſum ſubminiſtrare, *l. 1. & l. qui accuſare. 4. Cod. de edendo. cap. 1. ext. de probat.* & nimis grave ſit urgeri quempiam ad exhibendum ea, per quæ ſibi negotium fiat, *l. nimis grave.7.C.de teſtib.* nec conſonum videtur, quempiam ſuismet armis confodi, ut conqueri poſſit

Heu patior telis vulnera facta meis.

Tamen cum citata, *l. imperatores.* loquatur de 5
pupillo, qui bona habebat unde ſe aleret, & litis expenſas ferret, ſic pauper non erat. Bartolus *ibidem.* & ęquitas quandoque rigori præferatur ex prę ſumptione quadam, *c. ſuſcitata. 6.* & Gloſſa *ibid. in verbo penſata ext. de in integ. reſt. l. divus.7 ff. de in integ. reſt.* Menochius. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 34. n. 1.* Idcirco regulæ pręcitatæ limitandæ veniunt, quan-

quando pro parte pauperis militat aliqua præſumptio de juſtitia cauſæ ipſius,ne jus laborantis inopiâ depereat ex impotentia litigandi, *l. ſi instituta.* 27. *§. de in officioſo. ff. de in officioſo teſtam. l. fin. Cod. de ord. cognit.* Menochius. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 1. Covarruvias. *pract. quæſtion. cap.* 6. *num.* 5. Magonius. *paradox. judic. cap.* 59. *num.* 5. Colerus. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. Mynſingerus *cent.* 6. *obſ.* 21. *num.* 1. Græveus ad Gailium, *lib.* 1. *obſ.* 43. *conſid.* 1. *num.* 9. Lancellottus. *de attentatis part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 11. *num.* 45. Bichius *deciſ.* 21. *n.* 4. *& deciſ.* 141. *num.* 3. quippe quod ſola paupertas non ſufficiat ad impetrandas ab adverſario expenſas. Menochius. *d. quæſt.* 35. *n.* 32. Trentacinquius. *veriar. reſolut. lib.* 1. *de alimentis. reſolut.* 1. *num.* 41. poſſet alias quilibet ribaldus actionem aliquam diviti intentare, & interim alimenta & expenſas obtinere, Bartolus. *in l. ſi neget. ff. de liber. agnoſc.* Nec
7 fuit illa mens Guidonis Papę. *deciſ.* 561. paupertatem ſolam ſufficere, prò ut de illo ſcribunt. Menochius. *d. quæſt.* 35. *num.* 32. & Covarruvias. *d. cap.* 6. *num.* 5. quos in hoc falli ex eo liquet, quod hic *cit. num.* 5. adjiciat Boërium. *deciſ.* 303. atteſtari nunquam Guidonis opinionem in praxi receptam eſſe, ſiquidem Boërius nullam Guidonis mentionem facit, ſi credam exemplari meo anno. 1574. Francofurti edito, adjiciam interim ipſa verba Guidonis, ſunt hæc: ſi quis contra me litigat de ſua hęreditate quam poſſideo, vel de omnibus bonis, & non habeat unde litigaret judex debet contra me providere, ut præſtem ſibi ſumptus litis & alimoniæ, per

textum

textum *in l.fin. §. quod ſi ei qui.* ibi. *ita ex eiſdem, ſi aliqua facultas eſſe non poterit, tamen litis ſumptus & alimonia hominis. &c. Cod. de ordin. cognit.* & ita pluries vidi in dicta curia Parlamenti fieri & obſervari. Certè hiſce verbis non expreſſit Guido ſolam inopiam ſufficere, ſed magis præſupponit præſumptionem boni juris ſimul adeſſe, illis verbis, de ſua hæreditate, neceſſum alias fuiſſet dicere ſimpliciter de hæreditate & omnibus bonis quæ poſſideo, unde novam illum opinionem ſuſtinere dicendum non eſt, eò magis quod ſe referat ad ſæpius iteratam praxin.

Eatenus autem obtinebit actor pauper expenſas ab adverſario, ſi huic talia media ſuperſint, ex quibus eas commodè ſubminiſtrare poſſit, argumento *l. ſi quis à liberis. 5. §. penult. ff. de agnoſcend. liberis,* Colerus *de alimentis lib. 1. cap. 2. n.* 85. & ipſe pauper artem non ſciat, ex qua ſe ſuſtentare, ſuoque labore vivere valeat, *l. ſi quis à liberis 5. §. ſed ſi filius poſſit. ff. de agnoſc. & alend. liber.* Declara, ſi quoq; tam robuſtus ſit eâque valetudine præditus, ut artem illam exercere queat, ſecus ſi morbo aliquo impediatur, Bartolus *in l. 1. n. 6. Cod. de mendic. valid.* qui tamen hoc limitat in eo, qui laborare dedignatur, v.g. in nobili. *in tract. de aliment. n.* 12. ſequitur Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.* 77. *n.* 5. id enim non poſſe intelligimus, quod ſalvâ dignitate præſtare nequimus, *l. Nepos Proculo.* 125. *in fin. ff. de verb. ſignif.* Nobilem tamen non latè excipiendum & promiſcuè quemcunque nobilitatem prætendentem, ſed eum ſolummodo, cujus proſapia

præcipuo & inſigni quodam ſplendore fulget, cæteraſque familias anteit, ad hunc effectum à labore excuſandum eſſe rectè monet Colerus *de alimentis lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 84. welche auff die Ritterſtuben und Landtäge zugelaſſen werden. Sed & cum, qui ex honeſtiori familia ortus, & labori nunquam applicatus in egeſtatem ſine culpa redactus eſt, juxta judicis arbitrium admitti poſſe exiſtimo.

In contrarium decidit Bichius *deciſ.* 141. *num.* 8. petentem idcirco removeri non poſſe, quod propriâ induſtriâ ſibi victum quærere poſſit, quia non ideo valeat quærere pecunias pro ſuſtinenda lite, ſicque adhuc pauperem eſſe reſpectu effectus contemplati. Ego inquirendum judico, an ex artificio vel labore ultra victum neceſſarium & expenſas litis commodè lucrari poſſit, ut illo caſu priori ſententiæ adhæreatur, ſi verò id nequeat, Bichio ſecurè accedi poſſit; Sicut & ille, qui bona quidem habet, de iis tamen nihil nec ullo modo quidquam in expenſas convertendum percipere valet, ad hunc finem pro paupere habetur, prout judicatum refert Marta Neapolitanus *digeſt. noviſſ. tom.* 1. *verb. expenſæ cap.* 54. pro quodam, cujus bona quædam ſequeſtrata erant, præter ea tamen opima poſſidebat in Flandria, ab Hiſpanis tum temporis direpta, ita ut ex iis nihil percipere poſſet.

11 Non oberit etiam petenti litis expenſas à bonorum controverſorum poſſeſſore, quod is patrem, filium, aut fratrem locupletem habeat, Cravetta *conſil.* 164. *n.* 2. Colerus *d. cap.* 14. *n.* 50. Hęc enim alimenta & litis expenſæ debentur litiganti tanquam

de

de proprio patrimonio. Baldus *in d.l.fin.n.*4. *Cod.de ord.cognit.* nec parens aut alii hoc caſu litiganti alimentorum nomine tenentur. Quamvis in patrono Eccleſiæ diverſum eſſe dicat Lotterius *de re beneficiaria lib.*2.*quæſt.*5. *n.*35. qui, licet pauper ſit, non conſequatur alimenta ab Eccleſia, ſi fratrem divitem habeat.

Oportet interim præſumptionem illam, quam actor pauper pro ſe habet, concludenter probari, ſaltem per unicum teſtem. Menochius *dict.quæſt.*35.*n.*32. Colerus *dict.cap.*14.*n.*42. Covarruvias *d.cap.*6. *n.*8. Joannes Baptiſta Pontanus *de alimentis cap.* 3. *num.*2. teſtem tamen omni exceptione majorem, ut vult Menochius *dict.num.*32. Colerus *dict.num.*42. Trentacinquius *d.reſolut.*1.*num.*48. nec præſumptionem illam contrariâ aliquâ & fortiori præſumptione elidi. Menochius *d. n.*32. præſumptio enim efficacior & potentior tollit minus efficacem minusq; potentem. *d.l.divus.ff.de in integr. reſtit.* Puta, quod actor bonis iſtis, ad quorum conſecutionem agit, renunciaſſe doceatur, v.g. ſi filius renunciaverit hereditati paternæ. Colerus *dict.cap.*14.*n.*42. Menochius *d.quæſt.*35.*num.* 27. Trentacinquius *dict. reſolut.* 1.*num.*43. qui addit, filium qui renunciavit non obtinere expenſas, quamvis renunciationem reſcindi petat, quia renunciantibus non datur regreſſus facilis, & renunciatio præſumitur jure & legitimè facta; Aut quod ſi is, qui de filiatione agit, ab uxore in domo viri quidem natus eſt, ex quo pro eo ſtat præſumptio juris, *leg.filium* 6.*ff.de his qui ſui vel alieni juris.* Vir tamen diu & ultra

13 14 15 16

tempus ad partum congruum domo abfuit, vel ægritudine, aut alio facto interveniente aliquamdiu cum uxore concubere nequivit. *d. l. filium.* aut decrepitæ eſt ætatis, & ad generandum inhabilis, v, g. octuaginta annorum. Pontanus *d. cap.* 3. *n.* 9. Pariſius *vol.* 2. *conſil.* 29. *n.* 89.

Idem eſt ſi ab initio conſtat, actori nullum jus
17 competere, ut ſi filio pro alimentis agenti illico op-
18 ponat parens & doceat de ingratitudinis delicto tali, ob quod exhæredari poſſit filius, quippe, quod & illud filium jure alimentorum privet. Bartolus *in tract. de alimentis n.* 11. Abbas Panormitanus *in c. cum haberet* 5. *n.* 10. *extr. de eo qui duxit quam poll.* Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.* 77. *n.* 3. Mindanus *de mandatis lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 6. Pontanus
19 *de alimentis cap.* 5. *n.* 2. Vel ſi filio adoptivo partem bonorum petenti, à liberis legitimis vel naturalibus objiciatur teſtamentum patris, in quo adoptivum præteriit, reſiſtunt enim jura ipſius petitioni. §. *ſed ea omnia. verſ. teſtamento autem ab eo facto. Inſt. de*
20 *hæred. quæ ab inteſtat.* aut ſi naturalis tantum contra defuncti filios legitimos ſimul ac naturales petitionem hæreditatis paternæ intentet, quod & huic de jure nullum detur jus ſuccedendi. *Novell. quibus mod. nat. effic. ſui.* 89. *cap. diſcretis. verſ. ſi quis autem habens.* ſicut & ſi uxori poſt mortem mariti dotem repetenti, de dote promiſſa non ſoluta opponatur & probetur, cum illa nec expenſas nec alimenta jure petat. Marta Neapolitanus *digeſt. noviſſ. tom.* 1. *verb. expenſa cap.* 51.

21 Oritur etiam pro paupere expenſas petente præſum-

ſumptio ſufficiens ex ſententia, quando in priori inſtantia victor extitit. *d. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo ff. de inoffic. teſtam.* Lancellottus *de attentatu. dict. limit.* 11. *n.* 42. Bichius *d. deciſ.* 141. *n.* 5. licet enim prior ſententia ſuſpenſa ſit per appellationem interpoſitam, tribuit ſaltem præſumptionem ſufficientem boni juris ad hunc effectum. Covarruvias *d. cap.* 6. *n.* 6. Menochius *d. quæſt.* 35. *n.* 20. & hæc 22
eſt cauſa, cur in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 20. appellatus, ſi coram judice à quo paupertatem verè probaverit, non teneatur in cauſa matrimoniali extra Provinciam ſive in ſecunda ſive in tertia inſtantia litigare, niſi pars appellans alimenta & litis expenſas eidem ſubminiſtrare velit.

Non tamen cum paupertate & præſumptione bo- 23
ni juris, ſemper victricem ſententiam combinatam exigo, ſed ſufficiet quod præſumptio vel ex ſententia vel aliorſum proveniens paupertati accedat, ita ut etiam ad initium actionis audiri poſſit pauper. Pontanus *de alimentis cap.* 13. *n.* 7. Fulvius Pacianus *de probationibus lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 70. Lancellottus *de attentatis d. limit.* 11. *n.* 31. Cravetta *d. conſil.* 164. *n.* 1. Trentacinquius *d. reſolut.* 1. *num.* 32. Berlichius *volum.* 1. *concl.* 7. *n.* 42. Non ſuffragatur 24
contraſentientium opinioni textus *in d. §. inofficioſo.* quòd ibi filius exhæredatus erat, & olim ſemper præſumebatur pro exhæredatione tanquam juſta, ita ut exhæredato neque Carboniana bonorum poſſeſſio, nec jus petendi interim alimenta competierit, *l. qui de inofficioſo* 20. *ff. de inoffic. teſtam.* ideo ne-

ceſſaria erat ſententia, ex qua præſumptio quædam contra teſtamentum pro exhæredato promanaret, ad obtinenda alimenta & litis expenſas pendente appellatione, ita reſolvunt Didacus Covarruvias *d. cap.6.n.6.* quem ſequitur Menochius *d. quæſt.*35.*n.*4. Colerus *dict.cap.*14.*n.*43. imo illa lege non deciditur neceſſariam fuiſſe ſententiam, forſan habuit pupillus alimenta aliunde uſque ad ipſam ſententiam, prior tamen reſolutio magis arridet.

25 Unde qui ſe filium contendens de filiatione & alimentis agit, ad hoc jus petendi expenſas admittendus erit. Bartolus *in l.ſi neget.ff. de liber.agnoſc.* Aſinius *in praxi* §. 32.*c.* 2. *ampl.*23. Pontanus *d.c.*13.*n.*5. Menochius *d.q.*35. *num.*1. Trentacinquius *d.reſolut.*1.*n.*2. cui quælibet præſumptio ad hunc effectum ſufficiet, modo concludens ſit, cum probatio filiationis propria & vera dari nequeat, *l. Lucius Titius* 83. & Gloſſa & Doctores *ibid. ff. de condit.*

26 *& demonſtrat.* Vel, ſi conſtaret ſaltem per unicum teſtem celebratis nuptiis natum eſſe ex uxore illius contra quem agitur, *d.l filium.ff. de his qui ſui vel alieni juris.* licet probaretur uxorem conceptionis tempore cum adultero conſuetudinem habuiſſe, in dubio enim præſumitur id quod honeſtius eſt, Abbas Panormit. *in c.intelleximus 6.n.7.extr. de adulter.* Aut licet conſtaret, quod mulier habitaſſet extra domum mariti, etiam apud eum quocum commiſceri ſolebat, ſi tamen eo in loco non invito viro ſuo commorata eſſet, & huic ad eam liber aditus quandocunque pateret. Gabriel Palæotus *tract. de nothis & ſpuriis.cap.*24.*n.*1. Vel quamvis diu ſterilis

rilis divertat à viro ſuo, & poſt aliquot dies reverſa filium domi pariat Palæotus, *ibid. n.* 4.

Quod ſi de natalibus non conſtet, modo probetur agentem ab adverſario educatum & tractatum eſſe ut filium, hoc enim ſufficit ad conſtituendum eum in quaſi poſſeſſione filiationis, Palęotus, *cap.* 22 *num.* 4. ergo magis ad hunc effectum, ut expenſas litis interim conſequatur; Vel ſi conſtet eum filium appellatum eſſe, non perfunctoriè tamen, ſed in ea negotii ſpecie, quæ veriſimiliter ad filium ſolum referri poſſit, ut ſi in judicio parens id confeſſus ſit, vel extra judicium de ſerio, & deditâ operâ, aut quamvis otioſâ prolatione, ſæpius tamen repetitâ Palæotus. *cap.* 23. *n.* 3. Unicam nominationem incidenter factam filio præſente ad ſemiplenam probationem ſufficere ſtatuit Menochius *de arb. jud. quæſt. lib.* 2. *caſu* 89. *num.* 82. de quo dubito, interim ſi opinio Menochii vera eſſet, deberet & talis nominatio ad hunc effectum attendi; Vel ſi natalem filii ſui diem parens in Calendario deſcripſerat. 27 28

29 Sufficit & viciniæ fama, eam namque lex ut plurimum conſiderat, cæteriſque præponit conjecturis. *c. illud quoque* 11. *extr. de præſumpt.* de his probationum argumentis & præſumptionibus copioſè & eleganter ſcripſerunt Gabriel Palæotus, *de nothis & ſpuriis cap.* 22. 23. 24. & 25. Pontanus *de alimentis cap.* 3. Alexander Trentacinquius *variar. reſolut. lib.* 1. *de filiatione, reſolut.* 1. Menochius *dict. caſu* 89. & *tractat. de præſumptioni-*

bus. lib. 6. praſ. 53. Maſcardus *de probationibus concl.* 788. *& ſeq.* horum alter ſaltem in cujuſlibet manibus erit, unde ad eos lectorem remitto, nec eſt quod de iis ultra deſiderari poſſit.

30 Inquies, per tales conjecturas probari ipſam filiationem judicio legis, quæ juris & de jure eſt ſecundum Boërium *deciſ.* 299. *n.* 9. unde eam habenti non amplius litigare neceſſe, & res deciſa eſt; Sed verba ejus generaliter non accipias, quia datur adhuc probatio in contrarium per antedicta & textum *in d. l. filium.* ſufficitque ad hunc effectum præſumptionum alteram per unicum teſtem probari, idcirco vide Trentacinquium *d. reſolut.* 1. *num.* 11. ubi ſufficienter explicat, quando præſumptio filiationis ſit juris & de jure, ad quem me remitto ne metas excedam.

31 Hoc jus competit filio, ſive emancipatus ſit is, ſive legitimatus, cum hodie nulla detur differentia inter emancipatos & ſuos quoad alimenta & ſucceſſionem, *d. l. ſi quis à liberis §. 1. ff. de agnoſc. & alend. liber. Novella de hæred. ab inteſt.* 118. *cap. ſi igitur, in fin.* & legitimati ipſis legitimis æquiparentur; Idemque eſt ſtatuendum de nepotibus & pronepotibus per rectam lineam deſcendentibus. Covarruvias *d. cap.* 6. *n.* 6. Menochius *d. quæſt.* 35. *n.* 15. & eſt textus *in d. §. de inofficioſo.* etiam de filio adhuc in utero exiſtente, nam & ventri proſpiciendum eſt, eique alimenta decernuntur. Menochius *ibidem num.* 14.

32 Sicut parentes liberis alimenta de jure naturæ neceſſariò præbent, ita è coverſo liberi facultatibus aucti,

aucti parentibus inopiâ preſſis de jure gentium naturali ratione introducto de alimentis providere tenentur. *l. ſi quis à liberis. §. 1. & 16. ff. de agnoſc. & alend. lib. l. fin. §. ipſum autem filium. Cod. de bonis quæ lib. l. filia 5. Cod. de patria poteſt.* quod & ſacris tabulis convenit, quibus parentes honorare jubemur, uſque adeo, ut nec patris relegatio vel excommunicatio ab hoc pietatis debito filium exoneret. *l. mutus. 73. §. 1. ff. de jure dot. c. inter alia 31. extr. de ſent. excommunic.* quia parenti quantumvis injuſto quoad neceſſaria magis ſubvenire debemus, quam extraneo licet ſancto, ut ſentit Gloſſa *in c. ſi qui filii 1. diſt. 30. verb. fideles.* Nec etiam per emancipationem ex patris poteſtate egreſſus ab iis
liber eſt. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1.* quem aliàs ob ali- 33
menta denegata in poteſtatem revocari poſſe firmat Bartolus *in l. alimenta. §. Imperatoris. n. 3. ff. de liberis agnoſcendis. & in tract. de alimentis n. 9.* per *l. unic. Cod. de ingrat. liber.* Mindanus *de mandatis*
lib. 2. cap. 54. n. 5. Ex quo etiam monachum patris 34
egeni ex operibus ſuis alendi cauſâ religionem egredientem ab apoſtaſiæ nota abſolvit Pontanus *de alimentis cap. 9. num. 7.*

Idem ergo de his, quod de filiis circa litis expen- 35
ſas ſubminiſtrandas judicium erit. Menochius *d. quæſt. 35. n. 16.* Covarruvias *d. cap. 6. n. 6.* nam correlativorum eadem eſt diſpoſitio.

Habet etiam locum in filio bona paterna ſibi re- 36
ſtitui petente, aut agente querelâ inofficioſi teſtamenti, vel è converſo in patre, qui naturæ & mortalitatis ordine turbato filio ſuccedit. *leg. nam etſi*

parentes 15. *ff. de inoffic. teſtam.* his quippe egenis, accedente pręſumptione pro filiatione aut paternitate, litis expenſæ cum alimentis decernendæ ſunt, Menochius *dict. quæſt.* 35. *n.* 6. Trentacinquius *dict.*
37 *loc. n.* 40. Non enim pro teſtamento exhęredantis vel prætereuntis, uti olim erat, de jure digeſtorum & Codicis, quo præteritus vel exhæredatus omne obſequium debitum, prout naturæ religio flagitabat, ſe exhibuiſſe, ideoque injuriâ neglectum ſe eſſe docere debebat. *l. nam & his* 5. *ff. de inoffic. teſtam. l. liberi.* 28. *Cod. eod.* ita hodie conjecturatur lege Novellarum. *Novell. ut cum de appellatione.* 115. §. *aliud quoque &* §. *juſtum autem.* per quam inverſâ præſumptione contra teſtamentum hęredi ſcripto injunctum eſt, juſtam exhæredationis cauſam probare, & jure meritò, quia eſt præſumptio pro unoquoque quod bonus ſit, donec contrarium probe-
38 tur, nec præſumitur delictum quale ingratitudo eſt, & injuria exhæredatione digna, contra officium pietatis admiſſum. *c. fin. extr. de præſumpt.*
39 Hæc de ſubminiſtrandis expenſis etiam ad fratres & ſorores ex teſtamento non raſo nec cancellato, vel etiam ab inteſtato bona defuncti fratris prætendentes extenduntur, ad quosvis etiam collaterales, aliis tamen propinquioribus non exiſtentibus. Menochius *d. q.* 35. *n.* 17. Trentacinquius *dict. loc. n.* 35. Aſinius *in praxi* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 19. *n.* 2. Lancellottus *de attentatis d. limit.* 11. *n.* 32. Colerus *d. cap.* 14. *n.* 45. modo ab adverſo non negetur, bona illa, quę petuntur, ad mortem uſque fuiſſe à defuncto poſſeſſa, vel eorum dominium habuiſſe il-

lum,

lum, donec mortem obierit, & pręter hoc ſubit non levis præſumptio pro jure agentis, ſcilicet quod frater aut ſoror ſit, ita reſtringit. Covarruv. *d.c.6.n.6.*

Et generaliter quandocunque pauper contendit, 40
bona, de quibus litem movet, eſſe communia, vel ad ſe pertinere, & ante determinatam pręſumptionem pro ſe habet, expenſas litis à reo poſſeſſore conſequetur Guido Papæ *d.deciſ.*561.*n.*1. Covarruv. *d. n.6.* Trentacinq. *d.loc.n.*41. Hartmann. Piſtoris *lib.* 1.*q.*20.*n.*4. Mynſing. *cent.6.obſ.*21.*n.*1. ubi ſecundum hoc in Camera ſuo tempore judicatum refert. Idcirco ex ſolita æquitate Dominorum de Rota Romana cuicunq; litiganti ratione paupertatis decerni alimenta & litis expenſas, ſi à judice petitæ fuerint, & patefiat præſumptio boni juris, teſtis eſt Pontanus *de alimen.c.*13.*n.*6. & Lancell. *d.ampl.*11. *n.*44. & ſufficere pręſumptionem boni juris aliunde corroboratam, ait Colerus *de alimen.d. c.* 14.*n.*40. ut nec fiſcus ab iis contra ſe ſubminiſtrandis immunis ſit, Paris de Puteo *de ſyndicatu verb.expenſa n.*2 Boërius *deciſ.*303.*n.*4. Afinius *d.*§.32. *c.*2. *ampl.*31.

Adverte, actorem quantumvis inopem & habentem pro ſe præſumptionem quandam, non tam facilè audiri, ſi actione merè perſonali contra adverſarium agat, ſicut ſi reali quo facto *d. l. imperatores* locus potior erit, niſi ad alimenta ipſa præſtanda agatur, aut de jure actoris evidentius conſtaret; Imo Trentacinquius *dict. loco num.*41. prætendit, tunc ſolum pauperem agentem de hæreditate aut bonis communibus audiendum eſſe, ſi ſit perſona conjuncta.

Solent

41 Solent etiam uxori pauperi matrimonium accuſanti de nullitate vel invaliditate ob conſanguinitatem, vel aliud impedimentum, ſententiamque ſeparationis petenti quoad vinculum, lite durante & alimenta & litis ſumptus decerni à marito divite præſtandi. Speculator *tit.de inquiſitione §. ult. n.* 3. Abbas Panormitanus *in c.ex parte* 11.*n*.10. *extr.de accuſat.* Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.* 88.*n*.2. Trentacinquius *d.loc.n.* 37. Menochius *d. quæſt.*35.*n*.18. Lancellottus *d. limit.* 11.*n*.32. Bichius *d.deciſ.*141.*n.* 1. Item uxori ob nimiam ſævitiam à marito recedenti, dum ſuper ſævitiæ probatione ventilatur, ut ſeparationem obtineat, ex domo mariti alimenta & litis expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt, Grevæus ad Gailium *lib.*1.*concluſ.*17. *conſid.*3.*num*.9.

42 Sicut & in caſu converſo ab uxore locuplete viro egenti, cum in correlativis, velut ſunt vir & uxor, diſpoſita in uno procedunt regulariter etiam in altero, Bichius *d.deciſ.*141.*n*.14.

43 Par eſt ratio in muliere poſt mortem mariti ſui dotem repetente, ut eidem laboranti inopiâ ab hæredibus mariti, vel aliis bonorum poſſeſſoribus cum alimentis præſtandis & litis ſumptus decerni debeant, facit *l.quæ legatorum.*14.*ff.ut in poſſeſſ. legat.* ibi. *nec ſuum quidquam habeat.* ut ibi notat Gloſſa *in verb. uxorve.* Covarruvias *d.cap.*6. *n*.6. Menochius *d.q.*35.*n*.18. Trentacinquius *d.n.*37. Colerus

44 *d.c.*14. *num*.47. Similiter in vaſallo inope contra Dominum de bonis feudalibus litigante, boniq; juris preſumptione fulto, argum.*c.*1.*in princ.* & §.1. *ſi de*

*de feud.def.cont.ſit.int.Dom.*Menochius *d. q.* 35. *n.* 22.Colerus *d.c.* 14.*n.*48. Trentacinq.*dict.loc.n.* 38. Berlichius *vol.* 1.*concl.*7.*n.*52.

Quod rectè ampliabis ad ſervos vel magis homines proprios noſtri temporis, quorum prædia licet pertineant ad Dominos eorum, habent tamen ordinariè jus aliquod in iis, ut mortuis eorum parentib. pręſtitis præſtandis ad ea excolenda admittantur,& iisdem quidem conditionibus, nec Domino proprietario liberum ſit contradicenti homini ſuo proprio onera ullo modo gravare, cum in ſervitiis & operis ruſticorum attendi ſoleat id, quod ab antiquitus conſuetum fuit,das alte Herkommen/Balthaſar *de operis ſubditorum c.* 11. Et pro his eſt argum.in text.*d.l.fin.Cod. de ordin. cogn.* 45

Quocirca anno 1654. die 15. Julii hic in Cancellaria taliter judicatum eſt in cauſa Catharinæ Peſtrupffs contra ejus Dominum proprietarium Prænobilem Hermannum von Weſterholt zum Sandtfurtt/ut in defalcationem expenſarum litis & alimentorum actrici 45.imperiales ex prędio Peſtrups à conductore ejuſdem imprimis porrigerentur, ſalvo eo quod ulterius eidem ſtante lite neceſſarium foret, & cum elapſo termino huic decreto no ſatisfieret, tandem 27. Julii executio deſuper decreta & Gogravio loci demandata eſt. 46

Ita & monachus litigio ſe monachum contendens adverſus Abbatem, ut quia ſe injuſtè dejectum prætendit, & ad reſtitutionem agit, concurrente præſumptione, ab Abbate expenſas litis & alimenta obtinet,argum.*c.ex parte* 11.*ext.de accuſ.* Bartolus 47

tract.

*tract.de alimentis n.*43. Colerus *d.cap.*14.*n.*53. Capella Tholoſana *deciſ.*496. Trentacinquius *d. loc. n.*36. Guido Fojanus *de ſequeſtrat. lib.*1. *c.*7. *n.* 11. Vitalis de Cambanis *tract.clauſ.inſtrum. cap.utrum jur.alim.poſ.renunc.juram.n.*60.

Hactenus de litis ſumptibus à reo actori præſtandis egi, conſequens erit ſubjungere, quando reo ab actore ſint exhibendi, & à calce priorum reſumam
48 gradum; Poſito caſu, quod Abbas inquirens de exceſſibus monachi facit articulos, iisque communicatis vocat monachum ad videndum jurare teſtes & ad alia, monachus inquiſitus petit expenſas litis ab Abbate pro advocato aliisq; neceſſariis, annon Ab-
49 bas eas jure deneget? cum monachus eas habere non debeat ad defenſionem ſuæ iniquitatis, *c.ad noſtram* 3. *c.cum ſpeciali* 61. §. *porro. extr.de appellat.* & eſurienti utilius panis tollitur, quam ut ſi de cibo ſecurus eſt, juſtitiam negligat. *c. non omnis* 2. *V. q.* 5. Movens hanc quæſtionem Speculator *tit. de in-*
50 *quiſitione* §.*ult.n.* 5. concludit, quod Abbas in facto præſenti, dum ſecundum formam juris ad inquiſitionem ſeu correctionem proceſſit, ad quam non tenebatur, monacho, qui ingrediens monaſterium omnia ſua Deo dicavit. *Auth. ingreſſi. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſic proprium non habet, defenſione quæ nec excommunicato denegatur, privare non debeat, ſicque expenſas petitas ſubminiſtrare teneatur, & ſit, quod ſibi Abbas imputet, viam hanc citra obligationem eligendo. *leg. ſcimus.* §.*ſin autem.*14.
51 *C.de jure deliberandi.* Non tamen quidquam facit, *Auth.qui ſemel.Cod.quom. & quand. iud.* quin Abbas

bas ab incœpto deſiſtere, & ad correctionem ſecundum regularia inſtituta redire poſſit, tum quod inter Abbatem & monachum propriè lis eſſe nequeat, *l. lis* 4. *ff. de judiciis*, argumento *c. unic. ext. de ſyndico.* de qua prior authentica loquitur, tum quod monachi, qualitercunque Abbas in correctione exceſſum pro ſalute animæ duxerit injungendum, devotè ac humiliter obedire debeant, *c. reprehenſibilis* 26. *in fin. ext. de appell.* nam ſive plectendo, ſive ignoſcendo, hoc ſolum benè agitur, ut vita hominum corrigatur, uti ait Auguſtinus *cap. prodeſt* 4. *XXIII. quæſt.* 5.

52 Uxor adulterium committens dotem perdit, eâq; privari poteſt, *c. plerumq;* 4. *extr. de donat. int. vir. & uxor.* & jus thori & menſę amittit, non tamen ante ſententiam; Unde vir uxorem de adulte-
53 rio accuſans ad lucrandam dotem, ſeparationem thori & menſæ (non enim ad diſſolutionem vinculi ob adulterium commiſſum agi valet, Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de ſacramen. Matrim. can.* 7.) expenſas litis eidem ſubminiſtrare tenetur, Boërius *deciſ.* 325. *n.* 2. Ferrerius *in notis* ad Guid. Papæ *deciſ.* 439. *in fin.* Pontanus *de alimentis c.* 13. *n.* 2. aut è converſo uxor dives matrimoniũ de impedimento accuſans viro inopi eas præbere, Bichiꝰ *d. deciſ.* 141.

54 Sed an vir adulterę ſumptus exhibere cogitur, durante lite, quando adulterium eſt notorium? cum adulteriũ ſit peccatum graviſſimũ, & quoad fidem matrimonialem majus homicidio proprii filii, fit enim propter illud ſeparatio thori, non propter hoc. *c. intelleximus* 2. *extr. de his qui fil. occid.* amittitque

uxor

uxor propter adulterium dotem donationemque propter nuptias, ut multo minus alimenta vel litis expenſas petere poſſit, prout ſentit Pariſius *vol.* 4.
55 *conſil.* 54. *n.* 57. facit, quod in crimine notorio non ſit dandus advocatus. Amanellus de claris aquis *ſingulari* 222. per *l. per omnes* 6. *& ſeq. Cod. de defenſ. civit.* & quod vir uxorem ob adulterium notorium propria authoritate domo expellere poſſit, Gloſſ. *in c. fin. verb fornicationis. ext. de adult.* Con-
56 trarium voluit Cævallos. *quæſt. commun.* 754. *n.* 18. argum. *c. ex parte* 11. *extr. de accuſat.* ubi Monacho contra Abbatem agenti debentur expenſæ à Monaſterio ex ratione adducta, quod proprium non habeat, faciunt ea, quæ ante de Abbate per viam juris contra delictum monachi agente ex Speculatore inſinuavi, ergo adhuc expenſæ præſtabuntur à marito, ut ſe defendat ab adulterii propoſita accuſatione, cum & uxor ſtante matrimonio proprium non habeat, argumento *leg. doce ancillam, Cod. de rei vindicat.*

57 Quæſtionem hanc fœdere diſtinctionis enodare nititur Sanchez. *de matrimonio, lib.* 10. *diſp.* 8. *nu.* 28. & putat inter forum internum & externum diſcrepantiam eſſe, ut quoad forum internum conſcientiæ ſcilicet extra dubium ſit, quod vir non teneatur uxori ad alimenta & litis expenſas, ſi ei certò conſtet de adulterio, quia forſan uxorem in delicto depræhendit, Abbas Panormitanus *in c. fin. num.* 6. *extra de adulteriis*, ſecus quoad forum externum, cum & lite pendente nihil ſit innovandum.

58 Sed cum nobis ſit quæſtio de foro externo & ju-

judiciali, diſtinguendum judico inter notorium, an viro ſit notorium, quòd vel ipſe eam in adulterio deprehenderit, vel à teſtibus fide dignis, qui eam in delicto deprçhenderunt, id audiverit, etiam famâ accedentę, hoc caſu mulierem adhuc audiendam, nec poſſeſſione ſui juris petendi alimenta & litis expenſas eam deturbandam arbitror, per. *c. laudabilem. 2. ext. ut lite pend.* facit Gloſſa. *in c. fin. ext. de adulter. verbo fornicationis* quæ dicit, quod adulterium ipſum non privat conjugem jure petendi debitum, ſed tantum ſententia Eccleſię, facit etiam *c. porro. 3. ext. de divortiis.* ubi deciditur, quod licet parenteſa conſanguinitatis ſit publica & notoria, vir tamen uxorem abſque judicio Eccleſiæ dimittere non debeat; Maximè quando mulier viro accuſanti in judicio reſpondere recuſaret, niſi prius expenſę ſibi porrigerentur, idque, licet maritus in continenti probationes offerret, cum ne per hoc quidem uxor ſpolianda, ſed prius in contrarium audienda ſit; Non obſtat. *c. literas. 13. ext. de reſtitut. ſpoliat.* & ibi Abbas Panormitanus. *num.* 1. quia ibi propter periculum peccati mortalis ad paratam probationem ab uxore oblatam denegata eſt viro reſtitutio thori, hic verò nullum peccatum ſubeſſe poteſt in ſubminiſtratione expenſarum neceſſariarum ad defenſionem ab objecto crimine; Quod ſi verò adulterium ſit notorium ex confeſſione uxoris in judicio facta, aut adeo publicum ſit, ut nec uxor ipſa id diffiteri, vel ullo velamine contegere & excuſari poſſit, ſi forſan marito ultra annum abſente uxor interim adultero cohabitaſſet, & con-

59

cepto ſemine adulterinum partum edidiſſet, ita Pariſii ſententiæ accederem, & ratio eſt, quod poſt confeſſionem uxoris judicialem non ſit ulterius litigandum,& ſola reſtet declaratio condemnatoria judicis,quod etiam,ſi ab initio conſtet petenti expenſas nullum jus competere, eæ decernendæ non ſint juxta ſuperius *numer.*17.dicta; Ita etiam notorium ſumo, ſi per ſententiam probationibus & indiciis ſufficientibus prævíis uxor de adulterio condemnata fuiſſet, ex tunc enim vir ad alimenta ulterius non obligatur. Ferrerius *in notis ad.*Guidonem Papæ,*decis.*439.

60 Fundatur hæc diſtinctio in dictis Innocentii *in c. conſtitutus.* 8. *ext. de fil.præſbyt.* ubi in cauſa ſpoliationis beneficii ait, ſecundum omnes verum eſſe,quod ſi conſtaret vel per confeſſionem ipſiuſmet dejecti, vel per probationes admiſſas quod talis eſſet, cui de jure non eſſet facienda reſtitutio,puta quia illegitimus eſſet,vel quod eam poſſeſſionem abſque diſpenſatione occupaſſet, niſi probabile aliquid contra hoc notorium allegaret, reſtitutio denegari debeat, vel ſi taliter non conſtet de hoc, & res adhuc dubia ſit, poſſit dicere ſpoliatus, non reſpondebo niſi de poſſeſſione mea, nec ſit adverſarius audiendus niſi reſtitutione facta, hęc ille.

61 Ex æquitate judicis officii decernuntur litis expenſæ cum alimentis carcerato vel arreſtato inopi pręſtandæ ab arreſtari vel capi procurante, ne ex defectu expenſarum jus ejus indefenſum depereat; de Arreſtato ſcribunt. Peckius. *de jure ſiſtendi*

ſiſtendi. cap. 27. *num.* 1. *& cap.* 42. *num.* 5. Colerus *de proceſſ. executiv. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 112. Mevius. *de arreſtis. cap.* 15. *n.* 19. argumento. *l. fin.* & Gloſſę, *ibidem in verbo agnoſcere Cod. de erogat. milit annon.* de Carcerato meminerunt Bartolus. *in l. ſanctum. numer.* 3 *in notis. verb. capto ff. de rer. diviſione & in ſingulari ſuo.* 106. *utrobiq; in notis.* Henningius Gœden. *conſil.* 103. *numer.* 15. Weſenbecius *ad tit. ff. de poſtulando. n.* 3 *in fin.* Parii de Puteo *de ſyndicatu. verbo carcer. verſ. an carcerarius. n.* 2. Guido Papæ. *decis.* 111. *verſ. ſed quid ſi debitor* Capella Tholoſana. *decis.* 100. *in notis. n.* 3. Colerus. *de alimentis. d. cap.* 14. *n.* 67. Boërius. *decis.* 303. *n.* 2. Cruſius. *in notis ad ſtatuta Mindenſium lib.* 1. *tit.* 14. *in fin. decis.* 1. ſive ob delictum ſive ob debitum pecuniarium carceri mancipatus ſit, pręter modo citatos, Boërius. *de-* 62
cis. 325. uſq; adeo, ſi creditor arreſtans vel alias capi faciens eas negaverit, ut arreſtatus impunè abeat, imo à judice dimitti debeat, Boërius. *d. decis.* 303. *num.* 2. Colerus. *de proceſſ. execut. d. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 118. Capella Tholoſana *d. decis.* 100. *n.* 3. Ranchinus, *in notis ad* Guidonem Papæ, *decis.* 448. Brunus. *de ceſſione bonorum. q.* 6. *princip. n.* 6. Mevius, *de arreſtis. d. cap.* 15. *n.* 19. *& c.* 25. *n.* 24. facto tamen prius mandato de porrigendis ſumptib. ſub comminatione relaxationis, cui ſi non uno vel altero ſaltem die pareatur, judex non ſuper ſedebit relaxare, ob diſputationem adverſarii pretendentis forſan, arreſtato ſuppetere victus & expenſarum occaſiones, niſi eaſdem judici ſtatim & manifeſtè doceat & approbet. Mevius. *d. cap.* 25. *num.* 25. Gravabitur

alias ipſemet judex onere alimentandi, & litis expenſas ſubminiſtrandi captivo & arreſtato, unde
63 jure bono ſibi proſpiciunt judices cautiores aditi pro detentione vel captura perſonæ & jumentorum, cum antedecretum arreſti à petente exigunt cautionem indemnitatis pro expenſis; & in quemcunque alium caſum, ut tribunal & judicium aſſecuretur & indemne ſervetur. Colerus. *de proceſſ. executiv. d. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 118. Cruſius. *in notis*
64 *ad ſtatuta Mindenſia lib.* 1. *tit.* 14. *art.* 7. Solet etiam conſuetudine quorundam locorum obſervari, ut arreſtari faciens debitori inopi pauculos aliquot nummos in dies ſingulos ſuppeditet, reliquum ſi quid deſideret, id ex eleemoſinis prætereuntium colligat debitor, quod Coloniæ ad Rhenum rigoroſè obſervatur cum iis, qui ob debitum cuſtodiæ dictæ die Hagt mancipantur; Conſtitutio Carolina *art.* 204. carceratis ſeptem nummulos cruciatos ab accuſatoribus in ſingulos dies pro alimentis præſtari determinavit, ſed hodiernis temporibus, cum major ſit annonæ caritas, plus erogandum, idque judicis arbitrio æſtimandum eſſe, poſt alios monet Cruſius, *d. tit.* 14. *in fin. decis.* 1.

65 Hinc manifeſtum eſt, non ſemper eſſe conſultum creditoribus, ut egenos ſuos debitores arreſto detineant, ne duplici damno afficiantur, cum & credito ſuo carere debeant executionem inopiâ excludente, & ſubminiſtratis ſumptibus fraudentur, ut magis utiliter majoreque voluptate aves domeſticas vel canes venaticos aluiſſent, ut monet Peckius. *de jure ſiſtendi. cap.* 42. *in fin.* quod & Te-

rentius.in Phormione.*act.*2 *ſcen.*2. in perſona ejuſdem ſibi & creditoribus ſuis hac de cauſa gratulabundi exprimit, dum ait, *Aliis aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poſſit, mihi nihil ſciunt ſupereſſe, dices, ducent damnatum domi, alere nolunt hominem edacem, & ſapiunt meâ ſententiâ.*

Ultimo infertur ex dicta *l. fin. Cod. de ordin. cognit.* quod illi cujus bona & fructus ſequeſtrati ſunt, ſive patrimoniales ſive beneficiales, alimenta ex iis, & pro ſubeunda lite ſumptus neceſſarii relaxandi & prꝫſtandi ſint, ſi de poſſeſſione vel quaſi dictorum bonorum conſtet, nec habeat unde ſe alat & ſumptus litis faciat. Guido Fojanus. *de ſequeſtratione. lib.*1.*cap.*7.*num.* 10. Marta Neapolitanus.*digeſt. noviſſ. tom.* 1.*verb. expenſa. cap.*54. Trentacinquius..*d. loco. num.*39. 66

A petente expenſas & alimenta eſſe interim cautionem idoneam prꝫſtandam de reſtituendis his in caſum ſuccumbentiæ, defendit Covarruvias. *d. cap.*6.*num.*7. per.*l. cum autem.*23.§. *cum redhibetur mancipium*, ibi: *quod tardius hominem ei reſtituit. ff. de ædilitio edicto.* ubi probatur emptorem debere venditori reſtituere ſi redhibitoriâ egerit, non tantum fructus, ſed & ſi quid à venditore conſecutus eſt, ex eo quod hominem tradiderit, additque Covarruvias pro ratione, ne pauperes invitentur ad intentandas temerarias actiones, ut interim expenſas conſequantur; At Menochius. *d. quæſt.*35.*num.*36. *& ſeq.* Antonius Hering. *de fideiuſſoribus. cap.* 10. *num.* 131. Trentacinquius.*d. reſolut.* 1.*num.*45. deciduat, cautionem non eſſe præſtandam, niſi forſan 67 68

 ſub

ſub his vel ſimilibus verbis, quod ſi in cauſa ſuccubuerit eas reſtituat,quatenus de jure tenetur,idque ſolo illo caſu, quo judex de fraude dubitat,& calumniam petentis ſuſpicatur ſubeſſe,hac moti ratione, quod ſuccumbens ad eas reſtituendas non teneatur, niſi de ejus calumnia evidenter conſtaret, per *l. 1. §. intereſſe. ff. ſi mulier vent.nom.in poſſ.* ubi mulier alimenta non reſtituit, niſi palam fiat, eam per calumniam in poſſeſſionem veniſſe,& hanc rationem tuentur. Boërius,*decis*.324.*n*.3 Mathæus de Afflictis.*decis*.152.*n*.4.de qua ulterius.*c*.9.*ſ*.3 *n*.13.

69 Nec facit ratio ponderata in contrarium à Covarruvia, quia non quivis pauper ad hoc beneficium admittitur, ſed is ſolum qui probabilem præſumptionem pro ſe habet,eamq; judici probat;Ideoq; judex diligenter in ipſas cauſas pauperum inquirere debet, ut videat an malitioſè & animo vexandi alios litem movere velint,ne eos admittat,ſed protinus à limine judicii repellat; Quia ita ſumus pauperibus aliiſq; miſerabilibus perſonis in juſtitia debitores, ne tamen aliis injuſtitiam faciamus, poſſet alias quilibet pauper litem effingere, & hominum quemque moleſtiis afficere, quod abſurdum & iniquiſſimum foret.Ideoq; ConceptumOrdinat.*lib*.1. *tit*.55. tam ſedulo mandarit,ut in cauſas pauperum diligentius inquiratur antequam ad judicium gratis admittantur, Quam diu autem expenſæ ſubminiſtrandæ ſint pauperi, definit Berlichius.*part*.1.*concluſ*. 7.*n*. 64.eſſe ſubminiſtrandas uſque definitivè pronunciatum ſit, interim conſidera caſum,ſit,forſan pendente lite occurreret vehemens præſumptio evertens præſumptionem pauperis, nunquid ceſſan-

ceſſante cauſâ ceſſare deberet effectus? Hic quęſtionem ſubjiciendam cenſui, quod ſi quis de univerſitate movet litem univerſitati vel collegio ſuo, 70
quod eo tempore carens redditibus communibus collectam imponit pro expenſis ad litem hanc neceſſariis, an hic litigans ad collectam contra ſe univerſitati vel collegio ſuo contribuere teneatur? Idque contra Baldum in *l. 2. ff. ad leg. Rod. de jactu.* qui Jacobum de Arena ſecutus id negat, rectius ſtatuit Ægidius Thomatus. *tract. de collectis. §. pauperes. n.* 31. Faber. *ad C. lib.* 9. *tit.* 30. *defin.* 27. Lanfrancus Zacchias. *de ſalario q.* 43. *n.* 1. 2. ubi etiam tradit, 71
quod Officialis alicujus loci, pro cujus ſalario exſolvendo imponenda eſt collecta, ſi civis ſit, debeat contribuere cum aliis ad collectam; Hoc ſtatuunt Doctores pręfati ex doctrina Bartoli. *in leg. ab omnib.* 107. §. *ſi Titio ff. de legat.* 1. dicentis, quod exſtante ſtatuto, ſi ruſtici non cæperint malefactorem, ipſi teneantur damnum reſtituere, ad huc illum qui damnum paſſus eſt â malefactore, ubi de communitate ruſticorum extiterit, contribuere cum aliis partemq; ſuam ſolvere teneri, item ſi collegium conſiliariorum ſtatuerit, emanentem è conſilio ad certam ſumam pecuniæ pœnę nomine inter conſiliarios dividendam teneri, condemnatum parte illius pœnæ à ſe exſolutæ gaudere cum aliis, item, civem, qui civitati certam pecuniam mutuo dedit, ad collectam pro debito ſibi exſolvendo pro rata concurrere obligari; idem de ruſtico habet Speculator. *tit. de cenſibus.* §. 2. *num.* 14. Joannes Andreæ *in notis.* Baldus. *in l.* 1. *ff. ad l. Rod. de jactu.* 72

73 & ratio eſt, quod per litem univerſitati motam non extinguatur obligatio & jus collectandi, quod univerſitas in cives habet pro oneribus contingentibus, cum fieri nequeat, ut quod ab univerſitate debetur non afficiat omnes, qui de univerſitate ſunt, non quidem tanquam ſingulos, ſed tanquam univerſos, ſicut idem eſt in concurrente ad partem debiti vel damni ab univerſitate ſibi exſolvendi vel emendandi, qui non ſolvit ſibi, ſed communitati ut municeps, non ſecus ac ſi communitas extraneo damnum vel debitum exſolvere debuiſſet, ita diverſo reſpectu idem & creditor & debitor eſt; Hanc
74 concluſionem neceſſario limitat Faber. *d. defi.* 27. ſi non de eo ipſo litigetur, an publicorum onerum contributioni obnoxius ſit is, qui ſe vel municipem eſſe negat, vel ex nobilitatis, aut alio privilegio, aliave de cauſa immunem contendit, quia æquum non eſt litigatorem talem lite adhuc pendente pro condemnato haberi.

75 Simile eſt, quod habet Joannes Grivellus. *decis.* 69. *num.* 10. Univerſitate contra aliquem, qui ſe per immunitatem ab oneribus certis eximere contendebat, litem aggreſsâ, quidam de univerſitate, minores tamen numero liti cœptæ contradixerant tanquam injuſtæ, proteſtantes ſe ſumptibus & expenſis ad illam neceſſariis contribuere nolle, ſi ulterius protraheretur, quo tamen non attento & lite diutius agitatâ, tandem univerſitas ſuccumbens pro expenſis exſolvendis indixerat collectam ſingulis, etiam his, qui contradixerant, reclamantibus, quod litem nunquam approbaſſent, nec eâ impli-

plicati fuiſſent, tamen pro univerſitate pronunciaſſe ſenatum Dolanum, hac motum ratione, quod in negotiis communitatum major pars minori præjudicare ſoleat, *l. quod major.* 19 *ff. ad municipal.* maximè ſi de libertate aut exemptione tributorum, aut alio jure univerſitatis agatur, nec contradictio aliquorum enervare poſſit jus collectandi univerſitati competens, quod confirmatur ex dictis Speculatoris. *de cenſibus.* §. 1. *num.* 10. Ægidii Thomati. *de collectis. §. retenta. num.* 17. Joannis Garſiæ Galleci *tract. de expenſ. & meliorat. cap.* 19. *num.* 13. quod ad collectas pro fontibus, pontibus & puteis univerſitatis ſinguli conferre teneantur, nec liberari quempiam, etiamſi proteſtetur, ſe illâ re communi & publicâ impoſterum uti nolle; Eum verò qui 76
ſententiam cum expenſis contra univerſitatem obtinuit, licet membrum univerſitatis is ſit, ad collectam pro exſolvendis expenſis ſibi adjudicatis indictam pro parte concurrere non teneri, & ab ea plane liberum ſuo voto decidit, idem Joannes Grivellus. *d. decis.* 69. *num.* 6. pro quo etiam Baldus in. *l.* 2. *ff. ad leg. Rod. de jactu.* obiter pertranſiens ſentire videtur, ne illum vincentem expenſas pro parte ſibi ipſi ſolvere debere dicamus, quod abſurdum eſſet, & contra legem *properandum.* 13. §. *ſin autem alterutra. Cod. de judiciis.* quod & confirmare voluit per tradita Abbatis Panormitani. *in c. cum.inter canonicos.* 21 *num.* 6. *ext. de elect. & electi poteſt.* quod quando diſſenſio eſt inter capitulares ſuper juribus capitularibus, ſi litigat major pars adverſus minorem, major pars poſſit conſtituere procuratorem,

qui habeat expenſas à Capitulo, nam hoc dicatur capitulum, ubi eſt pars major, & in dubio pro majori parte præſumendum ſit, donec doceatur contrarium, ſed ſi lite finitâ judicatum ſit majorem partum foviſſe cauſam injuſtam, debeat ea ſatisfacere de proprio. In diverſam ſententiam iverunt Ægi-
77 dius Thomatus. *de collectis. §. pauperes. n.*31. Faber *ad Cod. lib.* 9. *tit.* 30. *def.* 27. ideo, quod is dupli-
78 ci reſpectu conſideretur, ut victor, & quatenus de corpore univerſitatis, ut victus, ſic non magis aliter eas ſibi ipſi pro parte ſolvere cenſendus ſit, ac ſi univerſitas cum extraneo quodam litigans ſuccubuiſſet, & non conferat ad hanc collectam ut victus, aut debitor victoris, ſed tanquam pars univerſitatis; Conſtat enim univerſitas ex ſingulis tanquam partibus integrantibus, & eſt concretum quid ex ſingulis membris, tanquam corpus conflatum ex diſtantibus collective non diſtributivè, quod Seneca. *lib.6. de beneficiis* exprimit referente Klockio, *de contributionibus c.* 19. *n.*326. hiſce verbis, *ſi quis patriæ meæ credat, non dicam me illius debitorem, nec hocas alienum profiteor, ad exſolvendam tamen meam portionem dabo, & ut unus de populo non tanquam pro me, ſed tanquam pro patria conferam*; Sed etſi univerſitas aliunde ex bonis univerſitatis, quæ ceſſante hoc debito expenſarum fuiſſent inter concives dividenda, ſolvere poſſet, ſatisfaciendo ex his parte ſuâ æque careret victor ac ſi realiter eas ſolviſſet, ergo deficientibus bonis cum ad collectam neceſſario deveniatur, tanquam municeps pro parte ſua tenetur, imo quod ſi viciſſet univerſi-

ta

tas litem cum expenſis, potuiſſet condemnatus ſummam expenſarum taxatam inter illos de communitate dividi, aut in rem communem converti petere argumento eorum quæ ex Bartolo. *ſupra. n.* 72. de pœna dividenda retuli, ſic gauderet parte expenſarum licet condemnatus, ergo ut contrariorum eadem ſit diſciplina in partem condemnationis univerſitati concurrere debet; non ſatisfacit Grivellus, quod putet, civem creditorem quidem pro parte contribuere ad ſibi debitum controverſum evictum, non tamen ad has expenſas in pœnam temerarię litigationis ſibi adjudicatas, quæ aliorum damno ſine ulla ſua diminutione cedere deberent, ſive directè ſive indirectè id fieret, Manet enim verum, quod major pars minori pręjudicari poſſit, nec hic victor conſideretur ſibi ſolvere, ſed univerſitati, cui in neceſſitatibus contribuere obſtrictus eſt, licet liti reclamaſſet, ut ante oſtenſum, quod & reſpectu tam crediti principalis controverſi quam expenſarum idem ſit jus collectandi pro univerſitate, unde & eadem obligatio conferendi litigatoris concivis. 79

CAPUT. VII.

Quando litigans obtinere poteſt expenſas ab alio qui extra litem eſt.

SUMMARIA.

1. *Uxor an teneatur ſubminiſtrare marito expenſas pro exigendis nominibus dotis?*

2. Ex-

2. *Expenſæ à marito in litem factæ an dotem minuant?*
3. *Hoc ſtatuit Bartolus.*
4. *Alii contrarium.*
5. *Diſtinctio Zaſii.*
6. *Diſtinctio Pinelli & aliorum.*
7. *Expenſæ modicæ non attenduntur.*
8. *Bono & æquo non convenit ut alter in dote damnificetur ex alterius lucro.*
9. *Expenſa magna vel modica quæ dicatur?*
10. *Pater ſuis expenſis exigit uſumfructum bonorum adventitiorum filii.*
11. *Niſi plus in litem impendere debeat quam fructus importent.*
12. *Uſufructuarius an proprietarius, quis eorum ad litis expenſas teneatur.*
13. *Hæres debet actionem litigioſam legatario legatam proſequi expenſis & periculo legatarii.*
14. *Declaratur.*
15. *Venditor debet ſubminiſtrare expenſas emptori ad litem evictionis, ſi illæ ſpeciatim promiſſæ ſunt.*
16. *Venditor tenetur emptori ad duo, de evictione, & ad defendendam litem.*
17. *Venditor an teneatur emptori expenſas ſubminiſtrare ad litem evictionis, ſi nihil de eo actum eſt? negant alii.*
20. *Plures affirmant.*
24. 26. *Limitatur.*
18. *Ceſſionarius an ſuis expenſis experiri debeat?*
19. *Emptoris intereſt rem potius habere quam pretium.*

21. *Ven-*

21. *Venditor tenetur emptori ad habere licere cum effectu, & ſine interpellatione.*
22. *Venditor an praciſè cogi poſſit ad rem defendendam.*
23. *Evictio in ſingulis rebus hæreditatis vendita non præſtatur.*
25. *Conductori imputatur damnum datum in re conducta propter inimicitiam in eum conceptam.*
27. *Fidejuſſor conventus an expenſas habeat à debitore?*
28. *Commodans obtinet expenſas à debitore cujus gratiâ rem creditori pignori dêdit.*
29. *Vaſallus an teneatur Domino pauperi præbere alimenta ſub pœna privationis? alii affirmant.*
31. *Alii negant.*
33. *Declaratur.*
30. *Donatarius tenetur ad alimenta donatori pauperi ſub periculo rei donatæ.*
32. *Vaſallus non tenetur ſubminiſtrare expenſas litis domino intentatæ ab alio.*
33. 34. *Declaratur.*
35. *Incola novus non tenetur ad collectam pro debitis veteribus.*
36. *Incola novus an teneatur ad collectam pro expenſis litis jam ante ventilatæ? negat Thomatus.*
37. *Amplectitur affirmativa.*
38. *Cives habent inter ſe ſocietatem aliquam lucri & damni.*

Maritus

1 MAritus nomina debitorum ſibi in dotem data ſi litibus exigere cogitur, expenſas ad litem neceſſarias ei ab uxore ipſo facto non ſubminiſtrari certum eſt, ſed an maritus ſuiſmet impenſis hoc faciat, vel annon virtualiter ab uxore ſubmini-
2 ſtretur, ex eo dubium eſt, an expenſę in litem erogatę ipſam quantitatem dotis minuant, ſi enim hoc conceſſero, nec illud negare poſſum, ſcilicet quod nomina exigantur expenſis dotis, ſic ipſius uxoris; Sta-
3 tuit hoc Bartolus. *in. l.1.n.6.ff.de impenſis in res dotal. fact.* & *in l. 1. infin. Cod.de bon.matern.* ſi nomina ſimpliciter in dotem data fuerint, cum tales impenſę ſint neceſſarię, quia eis non factis maritus tenetur, & ſuum eſt periculum, & ęquum non foret eas cum fructibus compenſari, ne in duplicem caſum fructus marito imputentur, ad onera matrimonii ſubeunda, & ad expenſas in exigendo inſuper faciendas, etiam commodum dotis principaliter ad uxorem pertinet. *l.penult.Cod.de jure dot.* igitur & uxor onus expenſarum ferre debet. *l.unica.§. pro ſecundo. Cod. de caducis tollendis.* Sequitur Schnedewinus. *tit. de action. §. item ſi de dote. num.* 19. Joannes Campegius. *tract.de dote part.2. quæſt.* 48. pro eis facit Gloſſa. *in l.per diverſas.* 22. *Cod.mandati in gloſſa ultima.* quę circa medium tenere videtur, quod quando nomen datum eſt, tantum videatur datum, quantum conſequi poſſit deductis impenſis, ſpectat enim cura & ſollicitudo ad virum non expenſa.

4 Contrarium habet Gloſſa *in l. 1. verbo non ſint. ff. de impens. in res. dotal. fact.* Speculator. *tit. de*

dote

dote poſt divort. reſtit. §. *fin. num.* 15. Baldus. *in l. nominibus.* 2. *n.* 1. *Cod. de act. & oblig.* & *.in addit. ad Speculatorem poſt tit. de expenſis.* quia expenſæ in litem factæ non efficiunt nomen dotale majus nec minus in ſubſtantia debiti, ſic ad utilitatem rei non pertinent, ſed ad utilitatem perſonæ exigentis debitum, aut in formali quantitate dos non recipit augmentum per expenſas illas, nec etiam in quantitate intrinſeca, unde maritus eas cum fructibus compenſabit, niſi forſan majores his expenderit, quo caſu repetitione ſuccurritur, nec ſecundũ priorum opinionem facit, quod neceſſariæ fuerint, videtur enim hoc quaſi tacitè cum marito actum, ut ſuis impenſis lites experiatur, qui hoc onus in ſui gratiam ſuſcepit, ideo eas alteri imputare non debet, argumento, *l. naturalis.* 5. §. *penult. ff. de præſcript. verbis.* Baldus ad Speculatorem *ante citatus* putat, maritum has expenſas ſui & uxoris, ſic utriuſque gratiâ facere, ut inde expenſa communis eſſe debeat. *per. l.* 4. §. 1. *ff. finium regund.*

Zaſius verò *in dict. tit. de actionibus.* §. *propter retentionem, in fine.* diſtinguit, quod in debitis illiquidis procedat opinio Gloſſę, in liquidis autem maritus expenſas imputare poſſit, juxta Bartolum, argumento. *l. ſi extraneus.* 33. *ff. de jure. dot.* 5

Aliter diſtinguit Jaſon. *in l. ſi in area.* 33. *numer.* 3. *ff. de condict. indeb. & in l. divortio.* 7. §. *impendia. numer.* 4. Arius Pinellus. *in d. l.* 1. *Cod. de bonis maternis. part.* 3. *n.* 70. Schraderus. *de feudis. ſecundæ partis part.* 9. *princip. ſect.* 2. *num* 24 Marcus Antonis Peregrinus *de fideicommiſſis. art.* 50. 6

num.

num. 12. inter magnas & modicas impenſas, quod hæ doti imputari nequeant, per. *l. omnino.* 12. *ff. de*
7 *impens. in res dotal. fact.* ubi ex reſponſo Pauli ſtatuitur, quod modicas expenſas arbiter curare non debeat, potuit enim & debuit vir cogitare neceſſario aliquid expendendũ eſſe in exactione debitorũ. Magnæ autem, quod juxta allegatum Bartolum dotem minuant, ne iniquitas reſultet, ſi vir diligentiam neceſſariam adhibuit, neceſſumque fuerit notabiliter expendere in exactione crediti, & nihilominus onera matrimonii ferre debeat, argumento, *l. jure ſuccurſum.* 6. *§. fin. ff. de jure dot.* ubi Pompo-
8 nius reſpondit, quod æquo bono non conveniat, ut in dote alteruter damnum ſentiat per alterius lucrum, & ita ſententiam ſuam explicavit Baldus. *in l. ſi non deſignata.* 3. *num.* 2. *Cod. de falſa cauſa adjecta.* Addit tamen Campegius, modo viro imputari non poſſit culpa, quominus ab adverſario maritus expenſas recuperaret, idemque ſentire videtur Jaſon. *d. tit. de actionibus.* §. *ſunt praeterea, verſ. propter retentionem. num.* 5. ubi referendo opinionem Bartoli ſubjicit, in parvis expenſis procedere ſententiam Gloſſę, quod non imputentur;

9 Quæ autem magna vel parva impenſa dicatur, quod non ſimpliciter, ſed reſpectivè attentâ quantitate dotis hoc deceat æſtimari, habet idem Pinellus. *d. num* 70. *circa fin.* Peregrinus. *de art.* 50. *n.* 13. argumento. *l. ſcio* 4. *ff. de in integ. reſtit.* rejecta opinione Alexandri, qui modicam expenſam appellari arbitrabatur eam, quæ non concernit perpetuam doti utilitatem, licet ſumptuoſa fuerit, & è contra

magnam

magnam appellari, quæ reſpiciat perpetuam utilitatem, etiamſi quoad ſumptum ſit modica; Tutius interim procedi ſecundum Gloſſam, ſi nomina debitorum darentur æſtimata, quaſi tunc videatur diſtracta alea, ex qua reſultat marito lucrum & damnum, quod & Bartolo, Schnedewino & Campegio *citatis locis* placet.

Alia cauſa eſt patris in bonis adventitiis filiorum, 10
eorum enim credita ſumptibus ſuis exigere, factasque expenſas cum fructibus compenſare tenetur; ſalvâ manente ſubſtantiâ, *l. 1. Cod. de bonis matern.* Arius Pinellus *ad d.l.* 1. *part.* 2. *n.* 68. Bartolus *ibid. in fine.* Differentia eſt, quod maritus fructus dotis habeat ex cauſa oneroſa, ad ſuſtinenda onera matrimonii, pater verò ex cauſa merè lucrativa fructus bonorum adventitiorum filii, qui eum abſque hoc alere tenetur. Quod ſi tamen fructus ad litis ex- 11
penſas non ſufficiant, forſan quod de proprietate lis orta ſit, multum expenſarum abſumptura, tunc filium ex proprietate ſuppeditaturum expenſas excedentes determinat poſt Angelum Arius Pinellus, *d. n.* 68. Forſterus *de hæredit. quæ ab inteſt. defer. lib.* 7. *cap.* 21. *n.* 19. argumento *l. fin. §. ſin autem æs alienum. Cod. de bonis quæ liberis.*

Quod & dicendum erit de alio fructuario, cui ſi 12
moveatur lis de proprietate rei, in qua uſumfructum habet, quod ad eam expenſas proprietarius ſubminiſtret, ſecus ſi circa uſumfructum ſolummodo lis mota eſſet, quo caſu proprietarium onerari iniquum foret, cui imputari culpa non poteſt in eo, quod alius uſufructuarium inquietet, Pinellus *d. n.*

O 68.

68. Forſterus *d.cap.*21.*n.*20. Baldus *in l.* 1. *§. reſi autem.n.*2. *ff. uſufruct. quemadm. cav.* confer huc ea quæ dicentur *cap.*11.*n.*8.

13 Quod ſi à teſtatore res vel actio quædam litigioſa legata erat, olim hæres legatario æſtimationem legati præſtare, litemque ſuo & ſumptu & periculo ſuſcipere tenebatur, *l. quicunque* 3. *Cod.de litigioſis.* jure noviſſimò hæres litem proſequitur damno & lucro legatarii, ita ut ſi vincat, rem legatario præſtet, ſi verò hæres cauſa cadat, nihil legati nomine legatarius exigere poſſit, *Auth.nunc ſi hæres.Cod.eod. Novella de litigioſis.*112.*cap.*1.*§.& hoc autem.* ſuis tamen hæredis ſumptibus. Schneidewinus *ad Inſtit. tit.de legatis. §. tam autem. n.* 3. quod & Gloſſa *in d.auth. nunc ſi hæres. verb. dominus eſſe appareat,*
14 concedit, ſi res ipſa tempore legati facti jam tum litigioſa fuerat, *l.cum ſervum* 39. *ff.de legat.* 1. non itidem ſi ex poſt litigioſa facta eſſe cœpiſſet, ſive mortuò, ſive vivò adhuc teſtatore, quòd tunc expenſis legatarii cauſa agenda ſit, *l.ſi ſervus legatus.* 108. *ff. de legat.* 1. & hunc caſum forſan intelligit Brunneman. *deciſ.* 78. *n.* 5. niſi tamen hæres in mora eſſe cœperit, argumento *l. cum res legata eſt,* 47. *ff.de legat.* 1.

14 Emptor, lite intentatâ à tertio volente evincere rem emptam, quòd litis ſumptus ſubminiſtrari ſibi a venditore jure poſtulet, concors omnium eſt opinio, ſi ii in inſtrumento venditionis promiſſi fuerint, vel ſaltem quòd emptorem venditor legitimè defendet, daß der Verkäuffer deß verkaufften Stücks halber allemal gute und aufrichtige Wahrſchafft thun/

thun / und Kaufferen deßhalber vertretten / aller Anſprach entheben und ſchadeloß halten wolle / *per l.*1.*Cod.de evictiõn.*Speculator *tit.de empt.* & *vend.* §.1.*n.*35.& 36. Maranta *in Speculo part.*6.*memb.* 5.*de laudatione n.*13. Gomeſius *variar. reſol. tom.* 2.*cap.*2.*n.*39. *verſ. item quod venditor vel actor, cui facta eſt prædicta denunciatio, non tenetur, &c.* quæ clauſula plerumq; à Notariis apponi ſolet, vel juxta Trentacinquium, *variar. reſolut. lib.* 3. *tit.de empt.* & *vendit. reſolut.*7.*n.* 1. ſi venditor promiſit emptorem defendere de jure & de facto.

Nullâ verò ſpeciali clauſulâ oppoſitâ, tenetur nihilominus venditor ex diſpoſitione juris ad duo copulativè, & ex natura contractus, de evictione, evictâ re ad intereſſe. *l.non dubitatur.* 6. *Cod.de evictione. l.venditor hominis.*8.*ff. eod.* & priusquam res evincatur, ad defendendam litem, *l.ſi plus* 74. § *mota. ff.de eviction.* Sed cujus expenſis hoc caſu defenſio fiat, emptoris ne, an venditoris, non uſquequaq; conveniunt, contra emptorem; quod ejus expenſis fiat, decidentibus Speculatore, *tit. de empt.* & *vendit.*§.1. *n.*35. Baldo *in l.cum teſtamento.*4. *n.*4. *Cod. de teſtament. manumiſſ.* per Gloſſam *ibidem, verb. quaſi puram.* ſtatuente, quod lite evictionis pendente venditor non teneatur ad ſumptus, cum incertum ſit debitum iri poſt ſententiam, & *in addit.ad Speculat.poſt.tit.de expenſis* ubi, quod ceſſionarius ſuiſmet, non cedentis ſumptibus experiri debeat, Trentacinq. *variar.reſol.lib.*3.*de empt.* & *vendit.reſolut.* 7.*n.* 1. *verſ.* & *verbum illud de facto.* ibi. *ſed etiam de facto ſuſcipiendo in ſe judicium ſuis ſumptibus*

16 (margin, beside "Nullâ verò…")
17 (margin, beside "ff.de evictiõn. Sed cujus…")
18 (margin, beside "culat.poſt.tit.de expenſis…")

& expenſis, hoc enim conſiſtit in facto, nec tenetur venditor ex propria natura contractus hoc facere, ſed ſufficeret quod aſſiſteret emptori. Zoëſio *ad ff. tit. de evictione num.*28. Gomeſio *variar. reſolut. dict. loc.* Teſſauro *deciſ.*218.*n.*3. Qui defenſionem quidem venditori incumbere concedunt, emptoris tamen ſumptibus litem protrahendam & rem defenden-
19 dam affirmant, quod ejus bono cedat defenſio cœpta, cum interſit ejus rem potius retinere, quàm pretium repetere, & quod ſua intereſt, argumento *l. ſi ex cauſa judicati.*9.*ff. de minorib.*

20 Contrarium ſtatuerunt Concennatus *in notis ad* Bartolum *in l.*1.*Cod. de evict.* Abbas Panormitanus *in c. fin. n.*11.*extra de empt. & vendit.* Jaſon *in leg. venditores* 102. *n.*2.*ff. de verb. obligat.* Maranta *in Speculo part.*6.*membr.*5. *n.*13. & ibi Follerus *in additionibus.* Fridericus Hiltrop. *de proceſſ. judiciar. part.*2.*tit.*28.*de laud. auctor. n.*17. Fachinæus *lib.*2. *controverſiar. cap.*39. *in princip.* Burgundus *tract. de evictionib. cap.*39.*n.*1. his rationibus, quod venditor ad defenſionem validè conveniatur, *d.* §. *mota l. qui abſentem* 75. *ff. de procuratoribus.* idque ſuo ſumptu, argumento *l. ſuo victu* 18.*ff. de operis libert.* aliàs ad id quod intereſt obligatus ſit, quod in ſumptibus conſiſtit, *l. cum quærebatur* 13.*ff. judicatum ſolvi. l. ſtipulationes non dividuntur* 72.*verſ. celſus*
21 *tamen ff. de verb. oblig.* & quod venditor teneatur emptori ad habere licere, quæ obligatio ad ſumptus porrigitur, Bartolus *in l. qui abſentem* 75.*n.*7 *ff. de procurat.* Videtur horum opinio juri conformior eſſe & æquitati, cum non minus venditori quam

quam nunc emptori lis mota fuiſſet venditione non factâ, ita de ſumptibus ad litem præſtandis non ſit quod conqueratur; Venditione ſiquidem intermiſsâ illos venditor facere debebat, quâ nun peractâ,emptorem, qui juſtum pretium fideliter ſolvit ſub ſpe quietè habendi, damnificari iniquum foret, nec obmovebit venditor litem nunc intentatam fortunæ adſcribendam eſſe, nec ad eam præſtandam ſe obligaſſe; quia habere licere præſtare debet ex natura contractus, *l. & empto* 11. §. *idem Neratius etiam. ff. de act. empt. & vend.* Burgundus *de evict. cap.* 5. *n.* 1. & verbum habere cum effectu ſumendum eſt. *l. nomen filiarum* 164. §. *fin. ff. de verb. ſignif* ſcilicet habere & obtinere ſine interpellatione, *l. habere* 188. *ff. de verb ſignif.* etiam Baldus ante citatus *in d. l. qui abſentem.* ſibi contrarius in hanc partem deſcendit, ubi in fine his verbis utitur: *Sed Guil. & Bartolus dicunt, ſumptus litis indiſtinctè deberi, quod verius credo, ſalvo ſi venditor vult judicium ſuſcipere in ſe, quod tunc non tenetur ſubminiſtrare ſumptus emptori, ſatis enim facit judicium in ſe ſuſcipiendo.* Quæ ſententia confirmatur ex 12 doctrina Jaſonis *in l.* 4. §. *ſi is qui duplam. n.* 3. *ff. de verb. obligat.* dicentis, quod venditor & ejus heredes precisè cogi poſſint ad defendendum, quia obligatio legalis ſit in judicio explicanda, & ſi id ab emptore petatur, quod judex venditorem præcisè cogere debeat pluribus deducit Hartmannus Piſtoris *ſingular. obſervat.* 228. *n.* 46. facit *l.* 1. *Cod. de evict.* ubi emptor hæreditatis rem particularem à poſſeſſore ſuo ſumptu & periculo perſequi debet, additur

 ratio,

23 ratio, quia evictio in ſingulis rebus non præſtatur hæreditate venditâ, ergo à contrario ſenſu, hæreditatem ipſam vel aliam rem ſpecialiter emptam, quia ad ejus evictionem obligatur venditor, non proſequitur emptor ſuo periculo & ſumptu, ſed venditoris. Nihil obſtare poteſt ratio Baldi, quaſi lite evictionis pendente incertum ſit, an expenſæ emptori à venditore refundi debeant poſt ſententiam, quę ad hunc caſum non facit, ſed & ea refellitur, *cap.* 11. *n.* 25. *& ſeq.*

24 Quod ſi ſententia hæc ultima prævaleat, arbitror non eſſe improbabile, ſi factum emptoris liti cauſam daret, vel contingeret, eum, qui injuſtam intentat litem, in ſolam vexam ementis, ob inimicitias forſan, aut malevolum contra ementem conceptum animum, venditam rem judicio inquietare, & hoc conſtaret, venditorem uſque adeo non teneri ad ſubminiſtrandas expenſas, argumento *l. ſi merces* 25

25 *§. culpa autem.* 4. *ff. locati.* ubi conductori imputatur damnum arborum exciſarum à tertio quodam ex fundo conducto datum propter inimicitias contra eum conceptas, quamvis alioqui damnum per tertium rei conductæ illatum regulariter reſtaurare non obligetur, quod nullâ curâ aut diligentiâ conſequi poſſit, ne aliquis damnum injuria det, *l. ad eos.*

26 19. *ff. commodati.* Zoëſius *ad tit. ff. locati. n.* 18. Sed ubi emptor rem venditam tempore ad præſcriptionem requiſito quietè poſſedit, an adhuc venditor teneatur ad ſumptus? puto judicem arbitraturum, ne in infinitum teneatur.

27 Ita fidejuſſor, qui beneficio excuſſionis renunciavit, conventus à creditore, ſi ei debitor exceptionem ener-

enervantem ſuggerat, eam opponere debet, pro lite tamen agenda à debitore ſubminiſtrationẽ expenſarum non immeritò exigit. Bartol. *in l. exceptione. n. 10. ff. de fidejuſſo.* Hering. *de fidejuſſor. c. 26. n. 67.* argum. *l. ſi vero non remunerandi. 12. §. fin. ff. mandati.* quia cauſam debitoris agit exceptionem opponens de mandato. Caſus eſt in *l. 5. §. 12. ff. commodati.* quod ſi ego tua voluntate pro te rem pignori dederim, & te ſolvere parato creditor mihi pignus non reddat, quod ego expenſas ad litem contra creditorem neceſſarias à te exigere poſſim, ratio eſt, quod licet factum tertii tibi imputari nequeat, tuo tamen commodo res pignori data, & tibi quaſi commodata eſt. facit *l. ſi in aſia. 12. ff. depoſiti. l. ſed & ſi 11. §. 1. ff. ad exhib.* 28

Vaſallum teneri Domino ad inopiam redacto alimenta præbere ex fructibus feudi, quorundã eſt opinio, pœnam privationis indicentium intermittenti. Bart. *tract. de alim. n. 45.* Bald. *in l. un. §. ſed ſcimus n. 3. Cod. de latin. libert. tollend,* argumento à liberto ſumpto. *l. ſi quis à liberis 5. §. ſolent. 18, cum ſeq. ff. de agn. & alen. lib.* & quod donatarius ſub rei donatæ periculo ad alimenta donatori præſtanda teneatur, & filius parentem alere negligens exheredari poſſit, Gloſſ. *in l. fi. verb. voluerit. Cod. de revoc. don.* & quod text, *in c. 1. quæ fuit prima cauſa. §. prædictis modis. 2. Feud.* 24. diſponat, ex quibus cauſis donationes jure perfectæ revocantur, aut filii exheredes ſcribi poſſunt, ex iiſdem & feuda amittantur; Majoribus tamen votis in contrariam ſententiam itur, Weſenbecius *de feudis c. 9. n. 17.* Curtius Junior *part. 4. n. 9.* Roſent. *de feudis c. 8. concl. 27. n. 9.* & hanc commu- 29 30 31

niorem affirmant Franciſcus Sonſbecius *part.* 11. *n.* 47. Vultæus *de feudis cap.* 10. *n.* 35. *lib.* 1. & veriorem, Franciſcus Huſanus *de hominibus propriis cap.* 6. *quæſt.* 4. *princip. membr.* 2. *num.* 46. Julius Clarus §. *feudum quæſt.* 23. Matth. Colerus *de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 344. Ergo nec expenſas litis
2 cum quopiam intentatæ Domino ſubminiſtrare tenebitur, Weſenbecius *d cap.* 9. *n.* 7. Roſenthall. *d. cap.* 8. *concl.* 28. *lit. b.* argumento à majori ad minus deducto, ſicut nec ære alieno gravatum ſublevare tenetur, licet Dominus ad id certâ die exſolvendum juramento devinctus eſſet, ad liberandum eum
33 à perjurio; Reſtringunt tamen præcitati Doctores quoad alimenta præſtanda, in eo, qui culpâ vaſalli factus eſt egenus, aut pro facto vaſalli bona ſua conſumpſit, & ad inopiam redactus eſt, vel qui omnem ſubſtantiam ſuam vaſallo conceſſit, ſi feudum eſt
34 maximum, & ſimiles reſtrictiones in ſubminiſtratione litis expenſarum attendi poterunt, forſan alius ſe feudi dominum, & non jure huic vaſallo collatum, à non domino contendens, illud tertio conferre nititur, certè quia etiam vaſalli cauſa agitur, is cum domino ſuo litem ſuſcipiente ad ſumptus ex fructibus feudi concurret, ſi feudi fructus ipſa onera & ſervitia excedant.

35 Incolam de novo receptum non teneri ad collectam, quę à communitate imponitur pro debitis veteribus, & ante tempus receptionis ſuæ contractis, docuit Bartolus *in l. providendum* 23. *n.* 3. *Cod. de decurion.* & *in l. incola n.* 4. *ff. ad municipal.* Speculator *tit. de cenſibus* §. 2. *n.* 12. Franciſcus Mantica *de tacit.*

tacit. & ambig. convent. lib. 3. *tit.* 10. *n.* 63. Klockius *de contributionibus cap.* 11. *n.* 16. Ideo ſi univerſitas diu litigaſſet, & lite pendente aliquis civitatem de novo adeat, deinde pro ea dirimenda, & pro expenſis præcedentibus, priuſquam is civitatem adierit, factis imponatur collecta, non teneri hunc ad eas, quæ ante incolatum factæ ſunt, concurrere, ſed tantum à tempore receptionis ſuæ, quia quoad cæteras quaſi extra litem fuerit, & hanc ſententiam de jure veriorem, putat Ægidius Thomatus *tract. de collectis cap. pauperes n.* 12. licet is ex ipſa lite 36 commodum recepturus ſit, quia collecta imponi non poſſit niſi incolæ, & quod commodum habeat, ſit de natura incolatus, ut quis frui debeat omnibus commodis ac prærogativis exiſtentibus in ipſa univerſitate, tam adeptis poſt incolatum, quàm antea, aliàs dici non poſſit incola, nec ſuâ habitatione receptus, ſed advena, qui nondum domicilium contraxit.

Sanè hanc ſententiam ad praxin redigere difficile foret, nec veteres incolæ ſibi eam congruam eſſe 37 perſuadi ſinent, eo enim ipſo quod novus incola ad omnia privilegia & commoda univerſitatis jam ante obtenta per receptionem ſuam admitti petit, non erit quod ſe à debitis contractis eximere contendat. Ego æquum eſſe judicare nequeo, quod veteres incolæ debita, quæ ad privilegia & alia commoda obtinenda vel conſervanda forſan contraxerunt, aut ad expenſas litis pro defenſione ſua ventilatæ & dirimendæ ſoli ſolvere, & novitii ab his liberi commodis non minus ac illi gaudere debeant contra

38 regulam. *c. qui ſentit onus. §. 5. de reg. jur. in 6.* eſt enim inter cives ſocietas quædam, in qua ſi nihil expreſſim convenit, ſicut lucrum, ita damnum æquale eſt, *l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio.* & ſi univerſitas aliunde expenſas illas ſolveret, forſan ex bonis vel privilegiis univerſitatis ea diſtrahendo, certe ad talem ſatisfactionem etiam novi incolæ partem venire conſtat, quid ni ergo, ſi in caſum conſervationis ex eorum fructibus participare nititur, ad partem quoque onerum contribuet.

CAP. VIII.

De condemnatione litigantium in expenſas.

SUMMARIA.

1. *Hominum ingenia in litibus fundandis feracia ſunt.*
2. *Varia genera calumnioſè litigantium.*
3. *Calumnia & audacia coërceri debent.*
4. *Advocatis Fiſci calumnia prohibita eſt.*
5. *Juramentum calumniæ generale ordinavit Juſtinianus.*
6. *Speciale jam ante cognitum fuit.*
8. *Præſtatur initio litis à partibus & olim ab advocatis earum, quod adhuc viget in Camera.*
7. *Juramentum malitiæ jure Canonico introductum eſt.*
9. *Præſtatur quovis incidente caſu.*

10. *Pe-*

10. *Pœna talionis olim conſtituta in deſuetudinem abiit.*
11. *Pœna calumnioſè litigantis fuit quondam decima pars ejus quod libello continebatur.*
12. *Fuit etiam duplum damni dati.*
13. *Calumnioſè litigans poteſt actione injuriarum conveniri finitâ causâ.*
14. *Et notatur infamiâ in quibuſdam caſibus.*
15. *Pœna calumnioſè litigantis eſt condemnatio expenſarum.*
16. *Condemnatio expenſarum habet ſummam æquitatem.*
17. *Damnum dans illud compenſare tenetur.*
18. *Dans occaſionem damni ipſum damnum dediſſe cenſetur.*
19. *Tibi quod non vis fieri alteri ne feceris.*
20. *Nefas eſt alterum alteri nocere.*
21. *Condemnatio expenſarum an ſit magis in pœnam an in reparationem damni?*
22. *Damnum quomodo differat ab expenſis.*
23. *Calumnioſè litigans ſi non poſſit ſolvere expenſas victori, punitur in corpore.*
24. *Judex quilibet poteſt in expenſas condemnare.*
25. *Judex incompetens poteſt in expenſas condemnare.*
26. *Judex appellatione deſerta cognoſcit ſuper expenſis deſertionis.*
27. *Judex laicus clericum actorem poteſt in expenſas condemnare.*
28. *Judex recuſatus non cognoſcit ſuper expenſis.*
29. *Cauſæ condemnationis expenſarum ſunt quatuor.*

Poſt-

1 POſtquam hominum ingenia in litibus & controverſiis fundandis plus æquo feracia facta ſunt, & eò uſque excrevit malitia & nocendi libido quorundam, ſcienter & deliberatè per fraudem al-
2 teri moleſtias cauſantium, vel falſa crimina intentando, *l.4. Cod. de calumniat.* vel vexandi adverſarii cauſâ aliquid petendo. *l.3.§.1.ff.ut in poſſeſſ.legat.l.8.ff.de prætor.ſtipul.l.poſtquam 43.ff.de hared.petit.* non debitum poſtulando *l.penult.ff. ne quis eum qui in jus.* temerè controverſiam intentando. *cap. calumniam 4.extra de pœnis.l.cui neceſſitas 39.§.1.ff. de liberal.cauſ. l.auxilium 37.ff. de minor.* aut quidvis per litem doloſè exigendo, movendo vel excipiendo, *l.1.§ per calumniam.ff.ſi mul.ventr. nom. in poſſ.* ſed & pervenit ad illam, quę major eorum eſt, non erubeſcentium doloſæ vexationis gratiâ operam ſuam locare acceptâ pecuniâ vel aliâ quapiam re, ut negotium alicui calumniæ cauſâ in judicio facerent,
3 *l.1.ff.de calumniat.* Neceſſum erat, ut hæc litium nimis fœcunda fruticatio & perficax luxuries compeſceretur, vario pœnarum genere temerarios & malitioſos litigantium animos cohibere, ut & audacia coërceretur, tutaque eſſet inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenaretur nocendi facultas, *c.1.diſt.4.* juxta illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni virtutis amore.

Malitiis quippe indulgendum non eſt, *c. ſedes. extra 15. de reſcript. l.38.ff. de rei vindic.* Quod & Juſtinianus hiſce cavillatoribus ſatis infenſus expreſſit *in Novell.* 96. hiſce verbis: *Quoniam & calumniam*

lumniam odimus, & omnem tergiverſationem averſamur, propterea hujuſmodi actus egere legitimis modelis exiſtimavimus. ſatis etiam videre eſt *Inſt. de pœn. tem. litig. in princip.*

Neque præpoſitis ærario ſuo in hoc delicti genere parcere voluerunt Imperatores *l. penult. Cod. de advocat. fiſci.* ubi ſub comminatione gravis pœnæ à quavis calumnia nomine fiſci privatis intentanda prohibentur advocati ejuſdem, & ne quiſpiam ſub prætextu commodi, ſeu intereſſe fiſco quaſi competentis auderet negotium alicui faceſcere, ſtatuitur, quod fiſco deferens res ei quaſi quæſitas & latentes, ſi in probatione deficiat, & de calumnia ejus palam fiat, præter refectionem damni expenſarum illati, & infamiæ notam, tantum fiſco præſtare cogatur ob calumniam, quantum delatione probatâ fiſcus habiturus fuiſſet, *l. Senatus* 15. *§. divus. l. Arianus* 42. *§.* 1. *ff. de jure fiſci.* & ibi Duarenus *cap.* 5. 4

Unde ſicut calumniæ juramentum generale in qualibet cauſa præſtandum ordinavit Juſtinianus, ut ſaltem timore Divini Numinis refrenaret litigantium facilitatem, *l.* 2. *Cod. de jurejur. propter calumn. dand. dict. princ. de pœn. tem. litig.* Speciale enim in quibuſdam caſibus etiam jure antiquo cognitum fuit. *l. de pupillo* 5. §. *qui opus* 14. *ff. de op. nov. nunc. l. qui bona* 13. *§. ſi alieno* 13. *ff. de damn. infect. l. jusjurandum* 34. §. *qui jusjurandum. ff. de jurejur.* Ita juramentum malitiæ Canonico jure introductum eſt; Illud initio litis ſuper tota cauſa à partibus diſceptantibus earumq; advocatis & procuratoribus præ- 5 6 7 8

præſtandum. *d. l.* 2. *Cod. de jurejur. propt. calum.* §. *ecce enim. Inſt. de pœn. tem. litig. c.* 2. *de juram. calum. n.* 6. quod circa advocatos tamen de conſuetudine in Curiis non ſervatur. Bartolus *in d. l.* 2. *n.* 3. Lancellottus *de offic. prætoris tit. de iuram. calum. n.* 3. præterquam in ſummo tribunali Spirenſi, ad quod provocantium advocati id ex lege Imperii anno 1654. communi Statuum conſenſu Ratisbonæ erecta §. zumahlen aber jeder Zeit 118. per procuratorem ſpeciale mandatum habentem præſtare coguntur, idque ſub pœna unius marcæ auri, juxta commune decretum reſolutionum Cameralium §. 7. die 28.

9 Januarii anno 1657. promulgatum. Hoc quovis incidente caſu, quo de malitia proponentis vel agentis præſumitur, tam ante quam poſt litem conteſtatam, in quacunque judicii parte, ex officio judicis delatum. *c. cum dilectus* 32. §. *nos verò attendentes. extr. de elect. c. præſentium,* 31. *c. penult. extr. de teſtibus. cap.* 2. §. *fin. de juram. calumniæ in* 6.

10 Eſt & pœna talionis in calumniatores conſtituta tam jure Divino. Deuteronom. *cap.* 19. quam Canonico. *c. calumniator. c. qui non probaverit II. quæſt.* 3. & civili. *tot. tit. ff. de accuſat.* quæ pœna reciproci *l.* 2. *Cod. de exhibend. reis.* & ſimilitudo ſupplicii dicitur. *l. ult. Cod. de accuſat.* in quam ſe ſubſcribere accuſator neceſſe habebat, *l. ſi cui* 7. *in prin. ff. de accuſat.* etiam in delictis quæ remotionem à beneficio ſolum inducebant. *c.* 1. *&* 2. *extra. de calumniat.* de conſuetudine tamen illa inſcriptio ceſſat, Schneidewinus *ad* §. *quadrupli. num.* 11. *inſt. de action.* cum & pœna illa in deſuetudinem abierit,

§. *pæ-*

§. *pœna* 7. *Inſt. de injuriis.* Bartolus *in leg. penult.* §. *ad crimen. num.* 2. *ff. de publ. judic.* Covarruvias *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Gomez *ad ll. Tauri. leg.* 83. *n.* 7.

In negotio civili qui per calumniam aliquem vexabat, illius olim pœna erat decima pars ejus quod libello continebatur, in quam actor calumniosè litigans condemnari debebat, quam licet ex non uſu in deſuetudinem abiiſſe dicat Juſtinianus, §. 1. *verſ. hæc autem omnia Inſt. de pœn. tem. litig.* quod novam tamen ejuſdem introductionem intenderit, patet ex *Novella de litigioſis* 112. *cap.* 2. ubi actor datis fidejuſſoribus cavere jubetur, ſe in caſum motæ litis injuſtæ, decimam ejus partem ſumptuum & expenſarum nomine pulſato reſtituturum. 11

Erat & duplum damni reo dati triginta tamen ſolidos non excedentis. *Novella de executoribus* 96. *cap.* 1. *& inde deſumpta Auth. libellum. Cod. de litis conteſtatione.* ſicut ob damnum injuriâ datum ex lege Aquilia conventus, ſi calumniosè factum in judicio neget, propter calumniam in duplum condemnatur, *leg.* 2. §. 1. *leg.* 23. §. *penult. ff. ad leg. Aquil. leg.* 4. *Cod. eodem.* & qui relicta venerabilibus locis malitiosè inficiatus fuerit. §. *ſed & furti.* §. *in duplum. Inſtit. de action.* aut tumultus, ruinæ, incendii, vel naufragii causâ depoſitum negaverit. §. *rei perſequendæ.* 17. *dict.* §. *furti.* 26. *Inſtitut. de action.* 12

Sed & legibus ſancitum eſt, poſſe eum qui in cauſa civili calumniam manifeſtam litigando committit, actione injuriarum conveniri, finitâ causâ 13

l. 3.

l.3.ff.ad S.C.Turpil. Gloſſa *ibid. l.ſi tibi* 31. *Cod. de liberali cauſa. leg. ſi creditor ff. de injuriis.* Maranta
14 *part.6.actu* 1.*de juran. calum.n.*13. Imo & infamia calumnioſè litigantium pœna eſt, *§.ex quibuſdam* 2. *Inſt. de pœn. tem. litig.* quę cum gravior ſit quovis pecuniario damno, *l.ſi in duabus* 104. *ff. de reg. jur.* ex quo infamia morti æquiparatur. *l. juſta* 9. *ff. de manumiſſ.vind.* fama & vita æquis paſſibus ambulant, *l.* 8. *§.* 2. *ff. quod met. cauſ.* idcirco non in aliis quam lege expreſſis caſibus locum habet, quod in iis exorbitantes de dolo ſimul & fide rupta condemnentur.

15 Succeſſit demum expenſarum litis victori refundendarum condemnatio, in judiciis moderno jure magis uſitata. *c.calumniam* 4. *extra de pœnis. c. cum olim propter* 14. *extr.de privilegiis. c.finem litium* 5. *extr.de dol.& contum. l. properandum* 13. *§. ſin autem. Cod.de judiciis. l.fin.Cod. quand. provoc.non eſt neceſſ. tot.tit. Cod.de fruct. & lit.expenſ.* unde juris
16 regula vulgaris eſt: Victum victori in expenſis condemnandum eſſe, quæ maximam habet æquitatem, in jure divino & naturali, Canonica & civili lege fundatam, dans enim damnum id compenſare
17 tenetur, Exodi *cap.* 21. *& ſeq.* Levitici *cap.*5. ibi, *quod intulit damnum reſtituat.* Vexare autem litibus, eſt damnum expenſarum inferre, & licet ipſa pars damnum verè non det, eſt tamen cauſa damni, ut adverſarius expenſas ad litem neceſſarias ultro fa-
18 cere teneatur, ſiquidem dans occaſionem damni, & ipſum damnum dediſſe cenſetur. *c.fin. extr. de injuriis.l.ait prætor* 4. *§. hoc autem edicto. ff. de vi bonor. rapt.*

rapt.l.qui domum.57.in fin.ff.locati.l.nihil intereſt 15
ff.de leg.Corn.de ſicariis. & qui eſt cauſa cauſæ, eſt
quoque cauſa cauſati, Bartolus *in l.ſi ſe non obtulit.*
§.actor. n.2. ff. de re judicata. Eſt enim lex naturæ
per legem humanam explicata: Quod tibi non vis 19
fieri alteri non feceris, & quod alteri per alterum
iniqua conditio inferri non debeat, *c.non debet.* 22.
*de reg.jur.in 6. l.non debet.*74.*ff.eod.* Ea ex ſecundo
juris præcepto profluxit. §.*penult.inſt.de juſt. &*
jure. quo alterum lædere vetamur, ſiquidem inter
homines natura eam cognationem conſtituit,ut nefas
ſit alterum alteri nocere,*l.*3 *ff.de juſt.& jur.*unde 20
ad intereſſe & expenſas adverſario reſtituendas
malitiosè litigans tenetur,*c.ſi canonici* 2.& ibi gloſſ.
in verb.occaſionem.de offic. ordinarii in 6. quia con-
demnatio hæc venit in reparationem damni perpeſ- 21
ſi ex re familiari,ut notatur *in c.fin.extr.de reſcript.*
indeque Abbas Panormitanus *in c.*1.*n.*23. *extr. ut*
lite non conteſt. & Bellamera *in clem. Abbates* 1. *n.*
24.*de reſcript.* dicunt, condemnationem expenſa-
rum non ad propriam pœnam, ſed ad intereſſe par-
tis referendam eſſe, quamvis reſpectu condemnati
pœnam etiam eſſe non negaverim, per Gloſſam *in*
*c.*1. *§. qui verò.in verbo defecerit, de elect.in 6.* Aſi-
nius *in praxi* §.32.*cap.*27.

Non obſtat prædictis, quod authoritates addu- 22
ctæ de damno vitando ejuſque reparatione loquan-
tur, & damnum differat ab expenſis, ita ut appella-
tione damnorum non veniant expenſæ,*cap.in noſtra*
8. *extra de injur. & damn. dato* Boërius *deciſ.* 52.
num. 7. quod ita à ſeparatis malè inferatur; Quia

diſcrepantia illa inter damna & expenſas in contractibus, renunciationibus, ſeu remiſſionibus locum habet, in quibus fit ſtricta interpretatio; & de ſimilibus tractat *citat. cap. in noſtra.* ſecus eſt in aliis, maximè in materia præſenti. *Auth. Et qui jurat. Cod. de bon. auth. jud. poſſid. leg. ſancimus* 15. *Cod. de judiciis.* ubi in materia condemnationis appellatione damnorum veniunt etiam expenſæ litis; Verè etenim expenſæ dicuntur damnum, quia patrimonium minuunt, *l. quod dicitur* 5. *ff. de impenſ. in res dot. fact.* Rebuffus *in præfat. repetit. leg. unic. Cod. de ſent. quæ pro eo quod inter. prof.*

23 Quod ſi malitioſè contendens tandem condemnatus ſolvendo non fuerit, ut victori litis expenſas reſarciat, ſequitur alia juxta judicis arbitrium pœna. *c. finem litibus* 5. *extra de dol. & contumac.* idque ex illa regula trita: Qui non habet in ære, luat in cute; *leg.* 4. *Cod. de ſervo fugitivo. l.* 7. §. 3. *ff. de juriſdict. l.* 1. *§.* 3. *ff. de pœnis. leg. fin. ff. de in jus voc. leg.* 9. *ff. de incendio. leg.* 6. *§. fin. Cod. de mod. multis. l.* 12. *§.* 5. *& ult. Cod. de ædif. privat.* idem conſtituit Imperator Fridericus *de pace tenenda.* 2. *Feud.* 53. §. 1. & Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ cautum eſt, *parte* 1. *titul.* 55. *&* 70.

24 Hanc reſtitutionis expenſarum condemnationem quilibet judex decernere poteſt, ſive ordinarius, ſive delegatus, ſive ſit in eum compromiſſum. Speculator *tit. de arbitro. §. ſequitur. num.* 73. Jaſon. *in lege properandum* 13. §. *ſive autem alterutra, num.* 1. *Cod. de judiciis.* Carpzovius *de proceſſ. judic.*

dic. tit. 8. *art.* 1. *num.* 6. Berlichius *part.* 1. *concluſ.* 78. *num.* 4. Lancellottus *de attentatis part.* 2. *cap.* 15. *num.* 48. ſunt enim arbitria ad ſimilitudinem judiciorum redacta. *leg.* 1. *ff. de recept. arbitr.* Imo & judex incompetens, ſi prȩviâ legitimâ cognitione ſe incompetentem pronunciaverit, textus eſt, *in clem.* 1. *de reſcriptis, cap. ſtatutum.* 11. §. *cum vero. in fin. de reſcript. in* 6. Gloſſa *ibidem verb. in cauſa.* Gailius *lib.* 1. *obſervat.* 34. *num.* 4. Felinus *in cap.* 1. *extra de iudiciis.* ſicut enim ad cognoſcendum de competentia pro competenti habetur, ita etiam quoad expenſas & damna, Bartol. *in l.* 2. *n.* 13. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit.* 25

Ideo judex appellatione deſertâ ſuper expenſis pronunciare poteſt, quia juriſdictionem habet ſuper eo, an ſua ſit juriſdictio, & ſuper expenſis fruſtrationis & retardati proceſſus, *cap. reprehenſibilis* 26. *extra de appellat.* Gailius *dict. loco.* Carpzovius *de proceſſ. judic. tit.* 9. *art.* 2. *num.* 33. *& ſeq.* 26 Unde eſt, quod etiam judex laicus clericum actorem, ſi ſuccumbat, in expenſas condemnare valeat, Wameſ. *conſil.* 69. *n.* 3. quod tamen de rigore juris non procedere putat, Ludowic. Engels *in Colleg. juris Canonici part.* 3. *lib.* 5. *tit. de foro compe. n.* 41. Sed cum juxta receptiorem ſententiam clericus coram judice laico reconveniri poſſit, quia hic non ex pacto privato, ſed neceſſariò, & ex juris authoritate ſe ſubjicit laico quoad reconventionem, quæ in expenſis quoque conſiſtit, ne impunita remaneat agentis temeritas, prior ſententia magis attendetur, quod ni eſſet, nulla reſtaret via 27

pulſato, qua expenſas victoriæ cauſâ coram laico terminatâ repetere valeret, contra intentionem legis, quæ temeritatem litigantium condemnatione in damnis & expenſis litis coërceri voluit, vide textum in *leg. penult. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Non
28 inferes inde, & judicem recuſatum de expenſis pronunciare, quia nec de recuſatione ſua cognoſcit, facit enim exceptio recuſationis ejus perſonam inhabilem, tam ad cauſam ſuſpicionis quàm expenſarum eâdem ſuſpicionis cauſa utrobique militante, *l. apertiſſimi* 16. *Cod. de judiciis.* Gailius *lib.* 1. *obſ.* 34. *num.* 6.

29 Injungitur verò expenſarum refuſio juxta Doctores ex quatuor potiſſimùm cauſis, temeritatis, contumaciæ, retardationis, & amiſſionis cauſæ. Ex capite temeritatis, ſeu potius temerariæ citationis, velut qui Titium, quorum duo erant, citari petens non explicavit ſatis nuncio, quem eorum ſibi devinctum haberet, nuncio interim alterum, cum quo nihil rei erat, ad judicium evocante, *c. fin. extra de reſcriptis. l. eum quem temerè.* 79. *ff. de judiciis.* Ex contumacia, ſi judicis mandato non pareatur in comparendo, reſpondendo, & ſimilibus, juxta *leg. ſancimus* 15. *Cod. de judiciis, cap.* 1. *de dol. & contumac. in* 6. Ex malevola retardatione proceſſus, reo exceptionem qualemcunque, vel actore replicationem, in qua tamen ſuccumbit, opponente, modò judicium per eam protrahatur. *l. non ignoret* 4. *Cod. de fruct. & litis expenſis.* & ibi Paulus Caſtrenſis *num.* 2. veluti ſi fori declinatoria inaniter opponeretur, aut litis ingreſſum protrahendo cautio ab eo

qui

qui notoriè ſolvendo, & in immobilibus pluſquam poſſeſſionatus eſt, fidejuſſoriè prȩſtanda exigeretur, aut productio inſtrumenti, ex qua deciſio cauſæ dependet, licet petita differretur, *c. exceptionem* 12. *extra de except.*

Ex amiſſione cauſæ, cum per definitivam pateſcit, victum vel jus litigandi nullum habuiſſe, injuſtamque foviſſe cauſam, vel ſaltem intentionem parum probaſſe, vel aliàs ineptè egiſſe, ex libello ratione vel cauſȩ vel formæ forſan inepto, argumento, *l. 1. in princip. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Gailius *lib. 1. obſ. 66. num.* 2. textus eſt *in l. properandum* 13. §. *ſive autem alterutra Cod. de judiciis.* De ſingulis his condemnationum cauſis & earum effectibus per ſingulas ſectiones tractabo.

SECTIO. I.

De expenſis temerariæ citationis.

SUMMARIA.

1. *Condemnationis expenſarum cauſa prima eſt temeraria citatio.*
2. *Lex, eum quem temerè ff. de judiciis, an ſolum actorem concernat?*
3. *Diſtinctio inter temeritatem & temerariam citationem.*
4. *Errans in jure temerarius dicitur.*

P 3 5. Ci-

5. *Citationis temerariæ expenſas luit, qui libellum æquivocè concepit, ut non conſtet de certo citando ſi plures ſunt ejuſdem nominis.*
6. *Qui non ſatis explicari facit ad quod judicium vocetur reus.*
7. *Qui coram incompetente judice citari facit, velut clericum coram laico.*
8. *Vel coram eo, qui ratione ſummæ incompetens eſt.*
9. *Qui aliòrſum citari facit cauſâ jam coram alio pendente.*
10. *Tempore non debito vel ad locum non tutum.*
11. *Citationis temerariæ expenſas ſolvit, qui mandatum impetrat ad falſa narrata.*
12. *An obtineat mandato caſſato vel confirmato?*

1 SOlent quidem Doctores, dum diverſitatem expenſarum reficiendarum exponunt, primam earum temerarię citationis dicere, tum quod à citatione lis initium habeat, tum quod ea propriè reſpiciat actorem ſolum, & reliquæ utrique litigantium communes ſint. Fridericus Hiltrop, *in proceſſ. judic. part. 4. tit. 19. de expenſis n. 2.* Plurimi tamen terminos temeritatis & temerariæ citationis confun-
2 dunt, quaſi *l. eum quem temere 79. ff. de judiciis*, quæ de eo agit, qui adverſarium ſuum in judicium vocat, reum temere judicium ſuſcipientem non excludat, cum & reus ad judicium provocare dicatur, *leg. 24. ff. de uſuris.* ſed quod temeritas actoris coërcenda magis videatur, ut qui liberum habet, quando actionem proponat, ſic ſatis penſitare poſſit, quem citaret, quâve ageret actione, eò quod paratus ad judi-

cium

cium venire debeat, *l. qui in alterius* 42. *ff. de reg. jur.* Zieglerus *de judic. officio. concl.* 49. §. 7. Tamen alia 3
habetur ratio temeritatis, quę ab actore circa citationem aut impetrata reſcripta committitur, alia de qua in definitiva cognoſcitur. Jaſon. *in l. unic.* §. *hoc judicium. n.* 12. *ff. ſi quis jus dicent. non obtemp.* quia condemnatus in expenſas ſemper cum temeritate ſaltem egiſſe præſumitur, quâ ſepoſitâ abſolvi debuiſſet; Et quamvis ſtatuat Lanfranc. de Oriano. *in c. quoniam contra. n.* 684. *extra de probat.* quotieſ- 4
cunque quis errat in jure, quod ſemper temerariè egerit, & in expenſas temeritatis condemnandus ſit, non tamen temerariè litigans ſemper condemnabitur in expenſas temerariæ citationis, nec aliàs diſtinctio eſſet inter has & expenſas victoriæ, quam interim Doctores ſupponunt, cum hæ refundi debeant ante litis ingreſſum, de expenſis victoriæ autem in definitiva primum decidatur. Idcirco huc nihil aliud quam quod temeritatem & malitiam citationis impetratæ & reſcriptorum concernit, revocandum, cętera ad expenſas victoriæ rejicienda duco.

Condemnabitur igitur actor ex hoc capite, Qui 5
in termino citationis paratus non eſt expedire, cujus gratiâ reus citatus comparuit, in quo procuratores moderni ſæpius offendunt, dum reproductâ citatione libellum non exhibent, ſed proximam pro exhibitione querelæ indulgeri petunt, ideo, quia actor paratus ad judiciũ venire debet, non habet dein reus neceſſum reſpondere niſi expenſæ

primæ comparitionis ipſi refundantur, Ummius *diſput.22.theſ.6.n.22.*

Item qui libellum confuſè & æquivocè concepit, ut nuncius ſcire non potuerit, de quo ſenſerat, caſu quo alius,quàm qui debitor eſt,citatus compareat,æquivoca enim citatio dicitur temeraria, textus & gloſſa *in dict. leg. eum quem temerè.* Baldus *in l. non ignoret. 4. num. 6. Cod. de fruct. & lit.expenſ.* Paulus Caſtrenſis *in dict. leg. non ignoret. num. 2.* Fridericus Hiltrop. *dict. tit. 19.num.15.*

6 Vel qui citari facit ad villam aut judicium, quod commune cum pluribus ejuſdem Provinciæ villis & judiciis nomen habet. *cap.fin. extra de reſcriptis.* Vel poſtquam de conſenſu partium cauſa commiſſa eſt,alterutra pars,neſciente alterâ cauſam eandem tacito de commiſſione priori, alii judici obtinet delegari, *c.cæterum 3. extra de reſcriptis.* Vel qui

7 adverſarium coram incompetente judice citari facit. *Novella 15.cap.4.* Caſus eſt *in clem. 1. de reſcript.* velut clericum coram judice laico,Abbas Panormitanus *in c. cum ſit generale. 8. num. 14. extra de fora compet.* Zangerus *de exceptionibus part. 2. cap.1. num. 447.* prout *capite ſequenti ſectione 2. num.6.* de ſimili dicetur. Vel qui cauſam ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectantem protrahit ad Judicem laicum, *deciſ. 98. per tot. poſt tract. de ſa-*

8 *lario.* Lanfranci Zacchiæ. Vel ad eum,qui ratione ſummę minoris incompetens eſt, cauſam deducit prętendendo ſummam majorem ex dolo, *d.Nov.15*

9 *c.4.* Vel coram competente quidem,ſed cauſâ coram alio judice jam intentatâ & pendente, vel eidem

dem connexâ, ita ut coram eodẽ terminari debuiſſet, *d.c. fin.extr. de reſcript.* & ibi Vivianus Lancellottus *de attentatis.c.4.limit.2.n.*51.ubi videre eſt, quando liceat impunè cauſam pendentem coram alio introducere; Vel qui contra unum plures quæſtiones perſonales movere voluerit, pro iis diverſos judices impetrat. *c.diſpendia* 3.*de reſcript.in* 6.& ibi Vivianus, imo præter condemnationem expenſarum perdit etiam commodum reſcriptorum, *cit. c. diſpendia.* quod Vivianus *in c.ex tenore*, 16. *extra de reſcript.* limitat, non procedere, ſi in impetrante reſcripta non adſit dolus, puta, quod timebat perdere unum reſcriptum, vel alterum commiſſariorum mori, nec utatur utriſque, quia ſola impetratio non inducit condemnationem expenſarum, Gloſſ. *in c.*1. *verb.vexare.de reſcript. in* 6. Vel qui citari facit adverſarium tempore non debito, puta feriarum, vel ad locum non tutum, Hiltrop. *d.n.*15. Vel qui ad falſas preces mandatum impetrat, qui eo caſſato in expenſas temerariæ citationis condemnandus eſt, ſive falſum quid ab eo ſuggeſtum ſit, ſive per ſilentium quid doloſè omiſſum, quo patefacto mandatum non obtinuiſſet, vel etiam ſi præcipua cauſa, cujus intuitu mandatum decretum eſt, ceſſaret, *d.c.fin.* Gail.*lib.*1 *obſ.*14.*n.*3. Zanger. *de exception.part.*2.*c.*17.*n.*20. Sed an ignorantia juris excuſet ruſticum à ſubreptione reſcripti? ſequere gloſſ. *in c. ſuper literis* 20.*verb.ſimplicitatem.ext.de reſcript.* Unde cavendum eſt à dictis Carpzovii *in proceſſ.judic.tit.*23 *art.*4. *num.*40. quod inhibitione judicis ſive confirmatâ ſive relaxatâ nunquam litigantes expenſarum

10 11 12

reſtitutione gravandi ſint, quod ſatis pœnæ videatur inhibito decreti inhibitorii confirmatio, inhibenti verò ejus caſſatio; Niſi ponamus caſum quo de malitia & dolo impetrantis inhibitionem ab initio non apparet, & ad ſufficientem cautionem inhibitio forſan caſſata eſt.

SECTIO II.

De expenſis contumaciæ.

SUMMARIA.

1. *Contumacia derivatur à verbo contumeo.*
2. 4. *Contumacia quid ſit?*
3. *Contumax quoties quis dicatur?*
5. *Contumacia vera & ficta quæ ſit?*
6. *Contumacia vera & ficta evidens vel præſumpta quæ ſit? remiſſivè.*
7. *Citatio trina an requiratur ad conſtituendum quem contumacem?*
8. *Citatio in tres terminos diſtincta an det electionem citato, ut compareat in quo termino velit?*
9. *Citatio prima conſtituit emanentem ſtatim in contumacia.*
10. *Contumax eſt, qui ad primam citationem non comparet, & condemnatur in expenſas, etiam ſi una fuerit citatio in tres terminos diſtincta, & emanſerit in primo termino.*

12. *Re-*

12. *Reſolvitur objectio de alternativis.*
16. *Non comparens ad primum terminum quas expenſas reficiat?*
11. *Citatio trina requiritur ut procedi poſſit ad excommunicationem vel miſſionem.*
13. *Dolo non caret qui magiſtratui non obtemperat.*
14. *Veniens in termino ultimæ dilationis tenetur reficere expenſas aliarum dilationum.*
15. *Citatio peremptoria non requiritur ad conſtituendum quem contumacem quoad expenſas.*
17. *Citatio una gratuita eſſe debet.*
18. *Actor non comparens in prima citatione condemnatur in expenſas.*
19. *Reus comparens in primo & ſecundo termino citationis in tres terminos diſtinctæ emanente actore, & emanens in tertio comparente actore, quid juris?*
20. *Alii dicunt reum contumacem.*
22. *Alii actorem.*
24. *Reſolvuntur argumenta contraria.*
21. *Ultima mora nocet.*
23. *Citatio circumducitur actore emanente.*
25. *Modo reus contumaciam actoris accuſet, & recedat cum licentia.*
26. *Licentiatus à judice quando quis dicatur?*
27, 32. *Licentia judicis expreſſa hodie non requiritur ad evitandam contumaciam.*
28. *Reo comparente in termino, abeunte tamen ſine licentia, & actore comparente die altera, quid juris ſit circa expenſas contumaciales?*

29. *Fu-*

29. Judex præfigendo terminum duo mandat, comparere, & comparere in termino.
30. Citatus ſi judicem infirmum vel impeditum inveniat, non debet abſque licentia abire.
31. Non tenetur alibi judicem quærere quam in loco tribunalis.
33. Satisfacit ſi exhibeat reſponſionem in ſcriptis in judicio legendam de ſtylo Romano.
34. Citatus peremptoriè ad certum diem emanſit, quo tamen etiam judex adeſſe non potuit, quid juris circa expenſas?
35. Diffamator citatus ex lege diffamari emanens in expenſas condemnatur.
36. Attentans contra mandatum judicis in expenſas condemnatur.
37. Contumacia neceſſariò accuſari debet.
38. Poteſt tamen judex ex officio condemnare contumacem in expenſas.
39. Contumacia vera an requiratur ad condemnationem expenſarum? an verò victa ſufficiat?
40. Contumacia ficta ſufficit ad miſſionem ex primo decreto.
41. Contumacia vera procuratoris dicitur ficta domini.
42. Contumax debet ſtatim condemnari in expenſas, etiam ante litem conteſtatam.
43. Poteſt tamen illa condemnatio differri uſq; ad definitivam.
44. Contumax expenſas ſtatim reficere debet antequam audiatur.
46. Uſque ad ultimum nummum.

47. Ut

47. *Ut nequidem contra expenſas attentatorum compenſatio allegari poſſit.*

45. *Contumaciter emanens à dieta reficere debet expenſas.*

48. *Contumax non recuperat expenſas ſolutas ſi poſtea vincat in cauſa.*

49. *Explicatur lex cum autem. §. cum redhiberetur. ff. de ædil. edict.*

50. *Contumax excuſatur ſi ſtatim compareat poſt contumaciam, modò adverſarii non interſit.*

51. *Contumax allegans juſtam cauſam abſentiæ reſtituitur adverſus contumaciam.*

52. *Contumax ut excuſari poſſit, juſtam cauſam habere debet non futilem.*

53. *Contumacem excuſant quinque impedimenta.*

54. *Contumacem excuſat morbus ſonticus, qui cujusq; rei agendæ impedimento eſt.*

56. *An excuſet morbus conſanguinei?*

58. *Excuſat morbus gravis uxoris vel liberorum.*

57. *Excuſat funus domeſticum.*

55. *Mulier partui proxima excuſatur à contumacia.*

59. *Contumacem excuſat captivitas.*

60. *Peregrinatio & abſentia probabilis velut ex devotione.*

61. *Studiorum vel valetudinis cauſa.*

62. *Etiam Reipublicæ cauſa.*

63. *Contumacem excuſat juſtus metus loci non tuti, hoſtium incurſus, graſſantis peſtis vel morbi contagioſi, tempeſtatis, vel periculi famæ.*

64. *Contumacem non excuſant impedimenta fictitia, vel quæ de facili removeri potuerunt.*

65. *Con-*

65. Contumax impedimentum allegatum probare debet.
66. Summariè per teſtes, atteſtatum medici & in defectum per juramentum.
67. Contumax non refundit expenſas termini, in quo propter contumaciam documenta habentur pro recognitis.
68. Vel in quo proceſſum eſt ad ulteriora.
69. Citatus impeditus an teneatur mittere procuratorem?
70. Citatus an præter impedimentum probatum teneatur probare quod adhibuerit diligentiam removendi illud.

1 ALtera cauſa condemnationis in expenſas eſt contumacia, quæ vox derivatur à verbo contumeo, inflari & ſuperbire ſignificans, ex quo tumore & ſuperbia ſcatent ipſa inobedientia & contumacia, licet quandoque in bonam animi partem, videlicet magnificentiam & fortitudinem à quibuſdam ſumpta ſit, unde Cicero *lib. 1. Tuſculan. adhibuit liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à ſuperbia.* Scaccia *de judiciis lib. 1. cap.*
2 91. *num.* 2. In præſenti ſignificatione eſt inobedientia ejus, qui tribus edictis propoſitis vel uno peremptorio evocatus præſentiam ſui coram judice facere contemnit. *l. contumacia.* 53. §. 1. *ff. de re judicata.*
3 Vel qui comparet per procuratorem illegitimum, quia non minus videtur contemnere, qui illegitimum, quàm qui nullum mittit, *cap. conſtitutis 12. extra de procurat. l. 2. §. ſed ſi mater non petierit.*

rit. ff. ad S. C. Tertyl. Baldus *in auth. ei qui. num. 2. Cod. de temp. appell.* Maſcardus *vol. 1. concluſ. 450. num. 3.* Sichardus *ad leg. ſancimus 15. num. 7. Cod. de judiciis.* vel comparet ipſe, ſed non obedit, vel illicentiatus recedit, *cap. certum 43. XI. quaſt. 3. cap. 1. extra de judiciis. cap. conſtitut. in praſ. 12. extra de procurat.* aut qui latitat, vel impedit ſeu procurat, ne citatio vel præceptum judicis ad ſe perveniat, *cap. quoniam 5. §. porro. extra ut lit. non conteſt.* aut qui ad judicium venit quidem, ſed ſe non exhibet poſt oſtium aut columnas latitans, ne à judice cognoſcatur, *leg. fulcinius 7. §. quid ſit latitare. §. illud ſciendum ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur.* etiam is qui reſpondere noluit, vel obſcurè reſpondet judici. *cap. accedens 2. extra ut lite non conteſt. cap. fin. extra de juramento calumniæ. leg. de ætate 11. §. nihil. ff. de interrogat. act.* item is qui rem quampiam ad mandatum judicis reſtituere recuſat, *cap. conqueſtus. ext. de foro compet. l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vind. l. ſi quis miſſus. 3. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ.* vel juſſus non exhibet. *l. creditor. 28. §. juſſus. ff. de appellat.* aut jurare renuit. *leg. manifeſtæ 38. ff. de jurejurand. cap fin. extra de juramento calumniæ.* vel aliàs quomodocunque non paret mandato judicis, quos gloſſ. *in c. 2. extr. de dolo & contum.* hiſce verſibus complectitur:

Non veniens, non reſtituens, citiusq; recedens,
Nil dicens, pignusque tenens, jurareq; nolens,
Obſcureq; loquens, iſti ſunt jure rebelles.

Unde ſecund. Hoſti. relatum *in add.* ad Spec. *in rub. tit. de contumac. lit. b.* definitur contumacia, quod ſit 4 erga

erga judicem commiſſa inobedientia, quę ſicut duplicem habet culpam, & inobedientiam erga judicem,& cauſam expenſarum parti datam,ita gravius mulctari meretur.

Frequentior ea occurrit,quam ad mandatum vel citationem judicis non comparentes committunt,
5 tam actor quam reus, & ipſa commiſſa dicitur vel vera, ſi conſtet citationem citato perſonaliter factam,vel ad ejus notitiam aliàs veniſſe, vel ficta per oppoſitum, quando reus perſonaliter citatus non eſt, nec conſtat citationem ad ejus notitiam perveniſſe,de quo vide Scacciam *de judiciis.lib.*1. *cap.*91.
6 *n.*14. quæ autem ſit vera evidens vel præſumpta,vel itidem talis ficta, invenies remiſſivè apud Scacciam *dict.loc.* Marantam *in Speculo part.* 6. *membro* 2. *de contumacia num.* 8. & Follerum *ibidem in annotat.* hæc breviter propter varios effectus præmittere volui.

7 Nunc ad rem ipſam, quando ſcilicet quis contumax dicatur ad effectum, ut in expenſas condemnari poſſit vel debeat, an is qui ad primam vel ſe-
8 cundam citationem non comparet? Videri quidem poſſet, quod ille nondum de culpa argui debeat, cum ſciat ad effectum contumaciæ requiri trinam citationem, vel unam certè peremptoriam. *dict. loc. contumacia.* §. 1. *ff. de re judicata. cap. de illicita* 6. *XXIV. quaſt.* 3. *facit. cap. cum dilecti* 6. *extra de dol. & contum.* ubi condemnatio fit in expenſas factas à tempore citationis peremptoriæ, dum enim potuit beneficio legis uti, & comparere ad ultimam vel peremptoriam citationem,

dici

dici contumax non debet ante illam ſibi intima-
tam, & hoc maxime ſi per edictum peremptorium
certorum dierum, quorum alii pro primo, alii pro
ſecundo, cæteri denique pro tertio & ultimo ter-
mino eſſent aſſignati, evocatus eſſet, videtur enim
eſſe electionem hoc caſu citato datam, ut in alteru-
tro etiam in ultimo comparere poſſit, exemplo de-
bitoris cui electio eſt ſi unam aliamve rem promi-
ſit. *c. in alternativis.70.de reg.juriſ.in.6.l.plerumq;*
10.§ *fin.ff.de iure dot.*

Sed contrarium eſt verius de jure, eo quod con- 9
tumacia etiam in prima citatione committatur,
per. *l. ſancimus.* 15. *Cod. de judiciis.* generaliter lo-
quentem, ita ut non comparens ad primam vel e-
tiam ſecundam citationem pro quota contuma-
ciæ expenſas tam pro prima quam ſecunda citatione
factas in comparitione ad tertiam reparare debeat,
videtur enim judicis authoritatem ſpernere, qui id
quod minimum in juriſdictione eſt, non facit, *l.unic.*
§.1.ff.ſi quis jus dicent.non obtemp. & hoc in ſpecie,
quod non comparens in prima citatione etiam non 10
peremptoria, ad ejuſdem expenſas condemnari de-
beat, licet compareat ad ſecundam, & in ſimili de
ſecunda citatione, ſive citationes fuerint ſepara-
tim, ſive unâ vice & edicto uno in tres terminos ſeu
citationes diſtincto emanatæ, docent omnes Gloſ-
ſa *in c. honoratus.* 8.*diſt.*74.*verb.tot ſcriptis.* Gloſſa.
*in ſumma verb. de quinta. IV. quæſt.*5. Gloſſa. *in c.de*
illicita. XXIV. quæſt.fin.verb.peremtorio. Gloſſa. *in*
c. querelam. 2. *verb. rationabili cauſa ext. de procu-*
rat. & *in c.quoniam contra.* 11. *verb.dilationes.ext.*

de probat. Bartolus. *in d. l. ſancimus. num.* 4. *Cod.de judiciis.* &. *in l.* 1. *§.* 1. *n* 4.*ff.ſi quis jus dicent.*&.*in d. l. contumacia.* §. 1. Baldus. *in d. l. ſancimus. num.* 12. Paulus Caſtrenſis. *ibidem. num.* 8. Jaſon.*ibidem. num.* 18. Sichardus. *ibidem. num.* 12. &.*in auth. qui ſemel. Cod.quom.& quand.judex.*Speculator.*tit.de expenſis.* §. *juxta. num.* 6. Lanfrancus de Oriano. *in de.c.quoniam.contra n.*710.*ext.de probat.* Felinus *in d. c.quoniam.contra.n.*15. Vivius.*lib.*1.*decis.*11.*n.*7. Trentacinquius.*variar.reſolut.lib.*2.*de citatione.reſolut.* 4. *n.* 33. Jacobus Cagnacenus.*in d.c.quoniam. n.* 109. Franciſcus Vivius. *lib.* 1. *decis.*11.*n.*7. Marta Neapolitanus. *digeſt. noviſſ.tom.*1.*verb.contumacia. c.* 3. Pels. *in proceſſ. judic.tit.*14.*n.*8.*&* 27. Hiltrop. *in proceſſ. judic. part.* 2.*tit.*7.*c.*3.*n.*53.*& part.*4.*tit.* 19. *n.*12. Ummius.*diſp.*6.*theſ.*1.*n.*3. Ab his diſcedit Jacobus de Arena quem refert Baldus.*d.n.*12.

11 Quod autem jura velint reum trinâ vice citari, vel uno peremptorio, cauſa eſt, ut malitia inobedientis eò magis convinci poſſit, ad effectum, ut ex ea ad decretum, nempe ad excommunicationem, vel miſſionem in poſſeſſionem bonorum procedatur, dicta Gloſſa. *in c.honoratus.*Sichardus.*ad.d. l. ſancimus. n.*12. Facit.*c.*2.*ext.de teſtibus cogend.*ubi ad primam citationem ſuſpenditur ab officio, dein ſi ad peremptoriam contumax permaneat, excommunicatur, quæ pœna cum major ſit expenſarum refuſione, majorem proterviam præceſſiſſe convenit, non tamen inde deſinit eſſe contumax ex citatione prima neglectâ quo ad expenſarum refuſionem *d. l. ſancimus.*quod ex.*d.c.*2. ſatis confirmatur.

Non

Non etiam obſtat, quod in alternativis ſit debitori electio, cum ibi ſub alternatione debeatur, & debitor ſolvendo alterutrum liberetur, in citatione vero peremptoria tres terminos continente, non alternative, ſed ſub conjunctione copulativâ mandat judex, & ad veritatem copulativæ oportet utramque eſſe veram, ut notatur. *in c. inter cæteras. 4. ext. de reſcriptis.* & *in l. ſi quis. ducenta.*13.*§.utrum.ff.de rebus.dubiis.* Quia dolo non caret, qui magiſtratui non obtemperat, *l. non poteſt dolo. 199. ff. de reg. jur.* & ſemper intereſt actoris reum veniſſe in quolibet termino, ex quo actor in quolibet comparuit, unde ad quos terminos citationis reus non venerit, in iis pro ratâ contumaciæ in expenſas condemnandus eſt, Speculator. *tit. de citatione.* Marianus Socinus. *tit. de citationibus. art. 27. num. 68,* Bartolus. *in l. qui ante calendas.* 13.*n.* 3.*ff. de verb. oblig.* qui ſimile tradit. *in auth. qui ſemel. num.*4.*Cod. quom. & quand judex.* per illum textum quod veniens in termino ultimæ dilationis teneatur reficere expenſas aliarum dilationum, in quibus fuit contumax, deinde non obſtat. *c. cum dilecti.* ubi de caſu ſpeciali refertur, pro ut tum temporis geſtus eſt, non quod peremptoria neceſſariò requiratur ad conſtituendum in contumacia citatum, ut in expenſas ſine ea condemnari nequeat.

12 13 14 15

Adverte tamen, quod ad citationem peremptoriam in tres terminos diſtinctam primâ vel ſecundâ vice non comparens non teneatur ad expenſas citationis, quę ſicut unica fuit, ita unica ejus expenſa 16

modo citatus in ultimo termino ſe ſtiterit; Quod ſi tamen actor reſpectu talium terminorum plus debuiſſet expendere notario pro ſcriptura, vel etiam pro ſigillo & executione, ejus, ſicut & expenpenſarum, quas fecit actor in comparendo ad terminum primum & ſecundum, ratio habenda eſt, cum interfuerit citatum veniſſe. Marianus Socinus. *d. art.* 27.*num.*68.ubi cum Gloſſa *in d.c.hono-*
17 *ratus.* addit, unam citationem gratuitam eſſe debere, & ſic reſpectu ejus citatum immunem eſſe ab expenſis refundendis, illam ſcilicet ad quam citatus comparuit, & hoc bono jure opinor, quia comparendo contumax non fuit, conſequenter nullas contumaciȩ pœnas meruit.

18 Hinc ex converſo eſt, quod & actor ad primum citationis terminum non veniens citato comparenti in expenſas condemnari debeat, per.*c.*1.*de dol.& contum.in.*6.Speculator.*tit.de citatione.§.viſo.n.*11;
19 Marianus Socinus, *d. art.* 27.*num.*67.Quod ſi vero reus in primo & ſecundo termino ſimilis citationis peremptoriȩ in tres terminos diſtinctæ comparuerit actore emanente, in tertio verò emanſerit actore ad eum comparente, quis eorum contumax reputandus ſit, Speculator.*d.* §.*viſo.num.*11.& *tit. de expenſis.* §.*poſtremo.num.* 17.Jacobus de Are-
20 na *in. l. prætor.in fin.ff.de oper.nov.nunciat.*relatus à Bartolo,*in loco proxime citando.*arbitrantur ultimam citati non comparentis moram nocere, per. *l.Celſus.* 13. §. *idem ait.ff.de recept.qui arbit.l.illud.*17.*ff. de pericul.& com.rei vend.l.ſi & per emptorem.*51. *in fin. ff. de act. empt.* & ſecundum eos videtur eſſe caſus ſimilis in. *auth. ei qui. Cod. de tempor.appel.*

ubi

ubi ultima mora conſideratur in expenſarum condemnatione, ſicut & *in. l. ſtatu liberos. 3. §. ſtichus. ff. de ſtatu lib.* ubi requiritur, ut repræſentetur, in quolibet termino, nec obſtare ſibi putant *l. & poſt edictum. 73. §. circumducto. ff. de judiciis.* quaſi, ibi unus ſolus terminus fuerit aſſignatus, ideo totum edictũ circumducatur, hoc verò caſu ſint termini plures, ut videantur tot edicta, quot termini aſſignati, argumento, *l. tres denunciationes. 9. C. quom. & quand. judex. l. pluribus. 140. §. 1. ff. de verb. oblig.* 21

22 Sed *d. l. & poſt edictum.* continuatur ad leges pręcedentes, in quibus juriſconſultus locutus fuit, etiam quando peremptorium ſecundum formam noſtrę quæſtionis mittitur cum diſtributione temporis, ideo ad illum caſum etiam referri debet argumento, *l. talis ſcriptura. 30. §. 1. ff. de legat. 1* ideo Bartolus in. *l. qui ante calendas. num. 3. ff. de verb. oblig.* â priori ſententia diſcedit in contrariam, hac motus ratione, quod citatus ſi in primo vel ſecundo termino emanſerit, dicatur contumax, & in expenſis condemnetur, ergo ut ſervetur in judiciis æqualitas, actor in primo & ſecundo termino non comparens contumax dici debeat, & circumduci edictum ſeu citatio, juxta *d. §. circumducto.* quia non debet actori licere quod reo non permittitur. *l. non debet actori. 41. ff. de Reg. jur.* Bartolo accedit Joannes Andreæ *in notis* ad Speculatorem *citato loco. verb. placet.* & Marianus Socinus. *tit. de citationibus. art. 27. n. 67.* qui pro opinione Bartoli adducit textum in. *l. ex conſenſu. 23. §. eum qui. ff. de appellat.* ubi dicitur, quod reus cui datus fuit terminus perem- 23

ptorius ſecundum ordinis cauſam, poſſit ante finem edicti comparens citationem rumpere, ubi Gloſſa. *in verbo ordinis*. ſe refert ad *l. ea quæ Cod. quom. & quand. jud.* quæ de pluribus denunciationibus dicit, ſic de citatione peremptoria tres terminos continente intelligenda eſt; ſi ergo citatio per comparitionem circumducta & invalida eſt, non poteſt illius prætextu reus ulterioris contumaciæ argui, cum invalida ſeu magis extincta citatio non conſtituat non comparentem in contumacia Gai-
24 lius, *lib. 1. obſ. 59. n. 2.* Unde hic applicari nequit regula, quod ultima mora noceat, quę hic nulla fuit citatione per comparitionem circumductâ, nec in adverſum allegata *auth. ei qui.* quidquam facit, quæ non dicit de termino citationis, ſed quod ſi appellans non proſequitur appellationem in ultimo menſe, poſſit appellatus eam proſequi etiam appellante abſente, qui idcirco in expenſas condemnandus ſit, Minus adverſatur. *l. ſtatu liberos.* in quâ de tribus dilationibus circa diverſa datis diſponitur, ita ut decem librę in uno, & decem in alio ſolvi debuerant, hoc vero caſu de tribus citationibus ad
25 idem tendentibus agitur; Modo tamen citatus in primis terminis comparens actoris contumaciam accuſet, recedatque licentiatus, quod ſi abſque licentia judicis recederet, cum fortè judex intenderet expectare actorem de benignitate uſque ad finem termini, reus contumaciam non evaderet, per notata Innocentii. *in c. calumniam. 4. n. 2. ext. de pœnis.* ubi docet, citatum, quamvis compareat, recedat tamen abſque licentia judicis, nihilominus

con-

contumacem reputari, textus eſt. *in c. conſtitutis.* 12. *ext. de procurat. c. certum.* 43. *XI. quæſt.* 3. Bartolus. *in d. l. qui ante calendas.* & *in. l. ſi finita.* §. *julianus. n.* 11 *ff. de dam. infecto.*

26 Quando autem dicatur licentiatus à judice, diſtinguunt; Vel conſtat, quod pro tota citatione licentiam dederit, vel pro illo termino tantum, & hoc caſu ultimo redire tenetur; Vel judex ſimpliciter licentiavit nullâ mentione vel termini vel citationis factâ, putat Socinus. *d. numer.* 67. licentiam intelligendam eſſe de ſolo illo termino, quod judex cenſeatur eligere partem, per quam lites abbreviantur; Ego de hoc dubito actoris enim contumacia intolerabilior eſt quam citati, Gloſſa in *c. cauſam.* 3. *verb. ad domum. ext. de dolo & contum.* quę circumductione totius citationis meritò punitur; ideo præfati Doctores, monent, ut citatus accuſatâ contumaciâ actis inſeri faciat, ſe cum licentia receſſiſſe.

27 Hanc licentiam expreſſam moderno tempore requiri non putem, ſed ſufficere, quod citatus comparens pręſentiam ſuam ad acta dictet, contumaciam accuſet, & finem judicii expectet, quo peracto omnes licentiatos eſſe videtur, licet Innocentius. *in c. conſuluit.* 24. *n.* 3. *ext. de offic. jud. deleg.* diſtinguat, quod licentia judicis neceſſaria ſit ad effectum, ut comparens recipiat expenſas à contumace, non ut pœnam aliquam præſens incurrat; quæ abſque eo cum contumacia emanentis compenſaretur;

28 Unde ſtatuunt, quod ſi alter litigatorum ad citationem emanatam compareat, & ſine licentiâ

 recedat,

recedat, alter verò die ſequenti ſe ſiſtat, juſtum impedimentum abſentiæ ſuæ proferens, quare adeſſe non potuerit, huic licet poſt terminum comparenti ille in expenſas condemnandus ſit, quia ex quo ille ſine licentia receſſit ſemper contumax fingatur, hic verò ob juſtum impedimentum diem judicii diſtulerit. *l.2.§.ſi quis judicio ff. ſi quis caution.*

29 Et quamvis judex præfigendo terminum duo mandaſſe videatur, quod compareat, & quod intra terminum compareat. *c.cum dilect.6.ext.de dol.& contum. l. celſus.* 13. *§.1.ff.de recept.qui arbit.* licet ſecundo præcepto non paruerit juſtâ causâ præpeditus, ex quo tamen ſatisfecit primo, paruiſſe videatur. *d. l.* 2. *§. ſi quis.* Innocentius. *d.c.calumniam.num.*2. *ext. de pœnis* Marianus Socinus. *de citatione.art.*31. *num.* 17. videatur Conceptum Ordinationis Cameralis. renovatæ. *part.* 3. *tit.*12.§.und als ſich.20. *& ibi* Blumen, *in notis*; Hoc quidam extendere volunt ad eum qui culpâ ſuâ & ſine juſto impedimento abſuit in termino, & poſtea comparet, quod comparendo purgaverit contumaciam, & exceptionem compenſationis removerit, Speculator. *tit.de expenſis §.poſtremo.num.*17. ſed id dubio non carere meritò adjecit Marianus Socinus. *d.loco.* non enim ex culpa & contumacia ſua commodum re-

30 portare debet, ubi *num.* 16. proſequitur, quod citatus comparens ſi judicem infirmum, aut aliter impeditum reperiat, ſub pœna contumaciæ abſque licentia recedere non debeat, ſed expectare, utrum alium terminum præfigere judici libeat, argumen-

31 to. *l.& ſi qua.*16.*§.*1.*ff.de recept.qui arbi.* non teneatur

tur tamen alibi quam in loco tribunalis judicem quærere. *l.* 1. §. *adeundi.ff.quando appell.ſit.l.*4.§.*hoc autem judicium, verſ. poſtulare. ff. de damn. infect.* Sed ut dixi, non arbitror, quod talis licentia hodiedum adhuc neceſſaria ſit, abſque eo, quod citatus compareat in termino, ſe pręſentem eſſe ad acta ut ii oris eſt dictet, nec unquam obſervavi. Scaccia. *de judiciis. lib.* 1. *cap.* 91. *num.* 20. atteſtatur,quod de ſtylo urbis Romæ ſufficiat citatum exhibere notario cauſę reſponſionem in ſcriptis tempore audientię cauſarum legendam, nec ideo contumacem dici, modo actus talis ſit, qui abſque præſentia citati expleri poſſit; 32 33

Quod ſi citatus peremptoriè ad certum diem emanſit, quo tamen judex etiam adeſſe non potuit, hunc contumacem reputari poſſe, videtur. *c. quoniam frequenter.* 5. *ext. ut lite non conteſt. c. certum.* 43. *XI. quæſt.* 3.& cum judici non paruit,in expenſas condemnari ut contumax.*c. ſi duobus.* 7. *ext. de appell. c. cum dilecti.*6.*in fin.ext.de dol.& contum.l. ſancimus.*15.*Cod.de judiciis.*tamen quia actoris non interfuit citatum eâ die non veniſſe,à mulcta expenſarum hic excuſari debet, per textum *in.l.* 2.*in fin.ff. ſi quis in jus voc. non ierit* Innocentius, *in c. calumniam.num.*3.*ext.de pœnis.*Speculator.*tit.de expenſis.§.poſtremo.num.*18.Bartholom.Brixienſis. *quæſt. veneriali.*19. non poteſt enim imputari alicui quod non fecerit id,quod factum non profuiſſet, Surdus. *lib.* 1. *decis.*260.*num.*6.argumento.*l.non videtur.*3. *ff. de judiciis.* ubi non videtur fruſtrandę actionis causâ latitare, qui ſi adeſſet ad ſuſcipiendum judi- 34

cium compelli non poſſet, facit etiam. *l. eo tempore ff. de peculio.* ubi actor de peculio agens in poſſeſſionem rei latitantis ~~mitti~~ non poteſt, ſi in peculio nihil ſit.

35 Sed & ſi de cauſa in contumaciam decernatur, abſens in expenſas condemnari debet, *l. properandum.* 13. §. *ſin autem ex geſtis. Cod. de judiciis.* quocirca in actione legis diffamari, ſi diffamator citatus emaneat, præter impoſitionem ſilentii etiam expenſarum ratio habetur, tam ob contumaciam quam calamniam, Mundius. *de diffamationibus. cap.* 5. §. 2. *num.* 99. fuit enim diffamans in cauſa diffamationis, & per conſequens expenſarum, tam quas diffamatus in probanda diffamatione fecit, quam quas poſtea judicialiter exſolvit, Imo licet pro contumace abſente feratur ſententia nihilominus in expenſas condemnandus eſt, *vide cap. ſequenti. ſect.* 2. *n.* 1. *& ſeq.*

36 Cum ut initio hujus ſectionis dictum eſt, non ſolum is contumax dicatur, qui citatus non comparet, ſed & qui quomodocunq; judici non paret, ceu qui inhibitione facta non deſiſtit, & attentata committit, is condemnatione in expenſas mulctandus eſt, Lancellottus *de attentatis. part.* 3. *c.* 31. *n.* 106. dicitur enim attentans eſſe in dolo, & offendere tam judicem, quam partem adverſam, imo magis judicem quam partem, quia offenditur judex non ſolum quatenus actualiter contemnitur, verum etiam quatenus ille certo modo jus ipſum repræſentat. Lancellottus, *d. c.* 31. *n.* 164. ideo & alia pœna pecuniaria eidem dictari ſolet, & in expenſas condemnari etiam parte non inſtante. Il-

Illud interim dubio caret contumaciam abſen- 37
tis vel judici non parentis neceſſario accuſari, non e-
nim reputatur quis contumax, niſi per alteram par-
tem contumacia accuſata fuerit. *l. properandum.* 13.
§. & ſi quidem. C. de judiciis. Bartolus. *in l. ſi finita.* 15.
§. julianus. n. 15. *ff. de dam infect.* Paulus Caſtrenſis
in d. §. & ſi quidem. num. 3. Maranta. *in ſpeculo. part.*
6. de contumacia. n. 1. *&* 15. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 55. *n.* 7.
Tiberius Decianus. *vol.* 1. *reſp.* 18. *n.* 193. Maſcardus.
concl. 450. *n.* 9. Scaccia. *de judicijs. cap.* 91. *num.* 15.
Hartmannus Piſtoris. *quæſt. jur. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 38
10. Quamvis etiam judex ex officio contumaciam
punire poſſit, & non pandere ipſi judicii aditum,
quo uſque reſarctæ ſint expenſæ. *l. ſancimus.* 15. *C.*
de judicijs. Speculator. *tit. de expenſis. §. ſi ante litis. n.*
1. Abbas Panormitanus. *in c. finem litibus.* 5. *n.* 32.
ext. de dol. & contum. Sichardus. *in d. l. ſancimus.*
numer. 11.

De vera autem contumacia abſentem convinci
non eſt neceſſe, ut in expenſas condemnari poſſit, 39
ſed ſufficit de ficta conſtare, Baldus. *in. d. l. ſan-*
cimus. numer. 10. Lanfrancus de Oriano. *in c. quo-*
niam contra. num. 708. *ext. de probat.* Bartholom.
Socinus. *in l. omnibus. §. ſi procurator. ff. ſi quis*
jus dic. non obtemp. Berlichius. *lib.* 1. *concl.* 17. *num.*
96. per textum. *in auth. & qui jurat. Cod. de bon.*
auth. jud. poſſ. ubi abſens contra quem proceſſum
fuit in contumaciam non auditur niſi refuſis
expenſis; facit. *l.* 4. *§. prætor ait. ff. de damo in.*
fect. in qua ad miſſionem ſufficit ficta contumacia;
Nam & ex contumacia procuratoris fit miſſio ex

primo

primo decreto in bona domini, *l.quoties.*17.*Cod.de dignitatibus. l.cum qui.*3.*Cod.de procurator.* ſicut ex
40 contumacia uſufructuarii, qui procurator domini dicitur. *l.* 1. §.*fin.ff.de op.nov.nunc.* fit miſſio ex primo decreto, *l. hoc amplius.* 9. §.*quæſitum ff. de dam.*
41 *infecto.* ſed contumacia procuratoris licet vera fuerit, dicitur niſi ficta domini. Bartholom. Socinus. *d. loco.*& in *l.ſi ſe non obtulit.*4.*num.*23.*ff.de re judicata.* per tradita Bartoli. *in l.ſed & unius.* 17.§.*ſervus meus.num.*3.*ff.de injuriis.*quia non præſumitur dominum mandaſſe procuratori contumaciam; quæ ſapit delictum, non obſtat textus. *in d. l.ſancimus.*in cujus fine dicitur, malâ conſcientiâ, quæ verba dolum ſupponere videntur, ſic veram contumaciam, quia licet verè contumax in expenſas condemnetur, per id tamen non negatur, quod etiam fictè contumax in eas condemnari non debeat.*per cit. ll.*

42 Fit autem illa condemnatio expenſarum ſtatim ut de contumacia conſtat, etiam ante litem conteſtatam.*c.cum dilecti.*6.*ext.de dol.& contum.c.auditis.*8.*ext.de procurat.*Abbas Panormitanus.*in.d.c.finem litibus. num.* 35. Bartholom.Socinus.*in.d.§.hoc judicium. n.* 2. quia contumacia non reſpicit merita
43 cauſæ, ſed ipſum proceſſum; Poteſt nihilominus illa condemnatio differri, & fieri per totum proceſſum etiam in definitiva, licet illa pro contumace daretur; Innocentius *in c.ſæpe.*44.*num.*3.*ext.de appellat.*Bartolus.*in d.§.hoc judicium.num.*7. Covarruvias.*pract. quæſt. cap.* 27. *num.* 5. *verſ.ſed & vera.* Imo etiam noſt latam ſententiam quę in judicatum tranſit, de quo.*ſect.*6.*num.*3.

Sunt-

Suntque contumaciales expenſæ il'ico à contumace ſolvendæ antequam audiatur, textus eſt. *in l. ſancimus.* 15. *Cod. de Judiciis.* in quolibet articulo, non expectatâ ſententiâ definitivâ, Conceptum. Ordinationis Cameralis renovatę *part.* 3. *tit.* 55. §. 1. ſive non veniendo, ſive non reſpondendo ſive quocunque modo contumacia commiſſa ſit. Fabritius. *in. corp. jur. cameral. tit.* 89. *de expenſis.* Ordinatio Cancellariæ Hannoveranæ. *tit.* 27. *§.* 2. quę etiam. *tit.* 9. *§.* 12. & 13. partem emanentem à diæta concordiæ præfixa ad reſtitutionem expenſarum illius 45
termini obligat, antequam ad ulteriorem audientiam admitti poſſit, idemque ſtatuitur in Ordinatione Cancellariæ Cellenſis. *art.* 4. *verſ.* da aber ein oder ander Theil. & *art.* 19. Quæ reſtitutio fieri de- 46
bet etiam ad unicum nummum uſque, textus eſt *in d. l. ſancimus.* quia exceptio refectionis harum expenſarum impedit litis ingreſſum, & ad partis læſionem reparandam tendit. Marta Neapolitanus. *digeſt. noviſſ. tom.* 1. *verb. contumacia. cap.* 3. adeo, ut 47
pro refectione expenſarū attentatorum nequidem compenſatio allegari poſſit, Lancellottus. *d. cap.* 13. *num.* 139. nec ſufficiat facere depoſitum, Lancellottus, *ibidem num.* 138. Cælius Bichius. *decis.* 534. 48
num. 16. Neque recuperat contumax expenſas has refuſas, quamvis adverſarius in cauſa ipſa poſtea ſuccumbens ei in expenſas victoriæ condemnetur, nihil enim habet contumacia cum cauſa ipſa commune, facit, *l. ſi pignore.* 22. *in princip. ff. de pignorat. act.* ubi creditor imputare non tenetur in creditum, quod à debitore actione furti vel condictione conſecutus eſt, quia contumacia non debet eſſe impunita,

nita, nec pœnę depenſæ repeti poſſunt, *l. pœnæ. 42. ff. de condict. indeb.* & ſola pœna contumaciæ manet ei, qui non paruit, *l. 3. §. 14. ff. de tabul. exhibend.*

49 Diverſa cauſa eſt legis, *cum autem. 23. §. cum redhiberetur. ff. de ædil. edict.* ubi emptor redhibitoriâ agens totum quidquid à venditore, etiam ex contumacia ejuſdem accepit, reſtituere debet, quia natura redhibitoriæ ea eſt, ut omnia in priſtinum ſtatum reſtituantur, ac ſi venditio facta non fuiſſet, ut meritò emptor, qui eam petit, omnia quoquo etiam modo ob rem emptam accepta reſtituat.

50 Excuſabitur contumax ab expenſarum refuſione, ſi in continenti poſt contumaciam commiſſam, comparuerit; Paulus Caſtrenſis, *in d. l. ſancimus. n. 2.* purgat enim eam, veluti modo eodem purgatur mora, *l. & ſi poſt tres. 8. ff. ſi quis cautionibus. l. ſi ita quis. 135. §. Seia. ff. de verb. oblig.* ſed juxta mentem aliorum non dicitur comparere is, qui non legitimè comparet, nec comparet contumax legitimè, niſi refuſis expenſis, idcirco dictum Caſtrenſis in eum caſum ſumito, quo partis comparentis non interfuit alterum ſtatuto tempore non adfuiſſe, vel ejus cauſa deterior inde facta non eſt, juxta citatas leges, forſan quod venerit judice adhuc ſedente pro tribunali juxta Bartolum *in. l. divus. n. 2. ff. de in integ. reſt.* vel antequam ſecunda citatio emanavit.

51 Quod ſi verò contumax primo citationis termino elapſo, ante ſecundam citationem coram judice compareat, vel poſtea comparens cauſam emanſionis allegare poſſit, eſt quod audiatur, & reſtituatur adverſus ſententiam expenſarum, Innocentius *in c.*

calu-

*calumniam. n.*1*.ext.de pœnis.* quamvis miſſionem ex primo decreto jam paſſus eſſet juxta Abbatem.*in c. cum veniſſent.* 3*.n.*6*. ext. de eo qui mitt. in poſſ.* imo ſi judex non vellet eum audire nec admittere cauſam rationabilem exculpationis, liberum eſt ab hoc gravamine appellare, Scaccia. *de appellationibus. quæſt.* 17*. limit.*6*.memb.*6*.num.*127.An autem quævis cauſa emanentem excuſare poſſit? videtur quidem id ex mente Gloſſę *in l.ex conſenſu.*23*.verb. non rectè provocaſſe, ff. de appellat.* quæ cum non dicit contumacem, qui per oblivionem citationis factæ non comparuit, vel eſt arbitratus judicem non ita feſtinaturum, & Baldus.*in l.deberi.*6*. Cod. de fideicom. libert.* tradit ex levi cauſa excuſari contumacem & Jaſon. *in l.* 1*. §. hoc aut judici,numer.*8*. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp.*ait, non tantum juſtam, ſed etiam coloratam cauſam excuſare ab expenſis contumaciæ; Rectius verò cum Bartolo 52 ſtatuendum eſt, juſtam cauſam ſeu legitimum impedimentum requiri ad excuſationem contumaciȩ *in d. l. ex conſenſu. §. eum qui.* ubi explodet dictum Gloſſæ,idem Baldus affirmat.*in l.ea quæ.*7*.n.*5*.Cod. quomodo & quando judex.*Bartholom.Socinus.*in l.omnib.§.hoc judicium,n.*16*.ff.ſi quis jus dic.non obtemp.* Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſu.*153*.n.*2.Facit,*l. omnes.*33 *in fin.C.de Epiſcop.& Cler.*ſicut enim dicitur à fide deviare, qui vel levi argumento deviat,*l.* 2*.in fin.C.de hæreticis.* ita qui propter levem cauſam non comparet dici debet contumax, facit textus *in l.* 2*.* §*.* 1*.* ibi *: ruſticitati. ff. ſi quis in jus voc. non* qui innuit, juſtam cauſam requiri, quia contumacia eſt contemptus judicis, ad cujus excuſatio-

nem

nem juſtam cauſam proferre neceſſe eſt. *c. cupientes. 16. §. quod ſi per viginti. de elect. in 6.*

53 Impedimentorum genera Doctores quatuor conſtituunt, ſcilicet ægritudinem, captivitatem, peregrinationem, & expeditionem publicam, Colerus. *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. Carpzovius. *definit. forens. part.* 1. *conſt.* 17. *def.* 7. *num.* 2. Sed & juſtum metum pro impedimento ſeu cauſa ſufficienti reputari patebit ex ſequentibus, Judicis interim arbitrium erit de iis diſcernere, num ſufficientia ſint annon, Menochius, *d. caſ.* 153. *num.* 4. Zangerus. *de exceptionibus. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. Carpzovius. *d. def.* 7. *num.* 8. Unde qui morbo ſon-

54 tico impeditur juſtam cauſam non comparendi prætendere poteſt. *c. querelam.* 2. *ext. de procurat. l. contumacia.* 53. §. *pœnam. ff. de re judicata. l. quæſitum* 60 *eod. l.* 2. §. *ſi quis judicio. ff. ſi quis cautionibus.* Tiberius Decianus. *vol.* 3. *reſpons.* 14. *num.* 31. Mynſingerus. *cent.* 4. *obſ.* 57. Berlichius. *part* 1. *conclus.* 17. *num.* 48. oportet tamem morbum talem eſſe qui cujuſque rei agendę impedimentum eſt, non levem febriculam aut veterem quartanam, *d. l. quæſitum.*

55 Quocirca mulier prægnans juſtam cauſam prætendit, *d. l.* 2. §. *ſi non propter.* modo proxima partui ſit ut comparere nequeat abſque periculo, per ea quæ

56 limitat Caballus *reſolut. crimin.* 79. Impedimentum hoc ad morbum uſque conſanguineorum quidam extendunt, Zangerus. *d. n.* 13. Berlichius. *d. concluſ.* 17. *num.* 49. Maranta. *in ſpeculo. part.* 6. *de contuma-*

57 *cia. num.* 3. Sed tutius eum admitto, cui funus domeſticum deducendum erat tempore quo debebat

com-

comparere, Mynſingerus *d. obſ.* 57. *n.*6. Berlichius *dict. n.*49. Carpzovius *d. conſt.* 17. *def.* 8. *n.*4. poſſet 58
tamen & morbus conjugis & liberorum, ſi gravis ſit, excuſare, quippe, qui pars corporis patris & mariti habentur, eandemque ipſi ferè curam pariunt, ejuſque animum reddunt anxiorem, Carpzovius *in proceſſu judiciario tit.* 8. *art.* 2. *num.*47. Ex captivi- 59
tate juſtum impedimentum allegari, docent Bartolus *in l.* 2. *n.*8 *ff. de in jus vocando.* per *leg.* 2. §. *fin. ff. ſi quis cautionibus.* Zangerus *dict. n.* 13. Colerus *d. num.* 21. Berlichius *dict. loc. num.* 50. De peregri- 60
natione extra fines illius terræ, & de abſentia probabili propter iter, quod devotionis causâ ſuſcipitur, ad ſepulchrum Chriſti, vel ad limina Apoſtolorum, atteſtantur Colerus *d. n.* 21. Zangerus *dict. n.*
13. Berlichius *dict. loc. n.* 52. ergo idem ſtatuere 61
poſſum de abſentia quæ ſtudiorum cauſa fit, vel ex neceſſitate pro reſtauranda valetudine ad balnea vel acidulas forſan euntium cauſata eſt. De expeditio- 62
ne publica, ſeu abſentia Reipublicæ cauſâ minus dubii eſt, *l. abſentia.* 140. *ff. de reg. jur. leg.* 1. *ff. ex quibus cauſ. maj. in integ.* Mynſinger, *d. obſ.* 57. *num.* 3. Zangerus *d. n.* 13. Berlichius *d. concluſ. n.* 51. Ex juſto 63
metu impedimentum legitimum allegari poteſt, ſi citatio facta eſt ad locum non tutum, *c. venerabilibus.* 7. §. *ſed ſi. de ſentent. excomm. in* 6. *clement. paſtoralis* 2. *de ſent. & re judicata.* Carpzovius *dict. conſt.* 9. *def.* 7. *n.*4. Berlichius *d. loc. n.* 58. vel propter bellorum motus & hoſtium incurſus, vel quod iter infeſtatum ſit ab inimicis. Matth. de Afflictis *deciſ.* 289. *n.*26. Berlichius *dict. loc. num.* 57. vel propter

R gra∫-

graſſantem peſtem & ſimilem morbum contagioſum, Gailius *lib.* 1 *.obſ.* 52 *.n.* 11. Mynſingerus *cent.* 2. *obſ.* 73. per *l.de ætate* 8 *.ff.ad S.C.Trebell.* ibi *.ſi liceat eò ire*, quia etiam ſalutis ratio habenda eſt. *l. ſed ſciendum* 7 *.ff.eod.* vel ſi tempeſtate ventorum, pluviarum, vi fluminis, aut metu naufragii ab itinere deterritus fuit, vide *l.* 2 *.§.* 3 *.*6*.*7*.*8 *.ff. ſi quis cautionibus.* & ulterius conſule Speculatorem de ſimilibus *tit. de citatione.§.juxta. n.*10*. & ſeq.* etiam hunc excuſandum duco, quem famæ periculum cohibuit ne compareret, argum. *l.neque infantes.*36*. ff. de fideic. libert.* quod & ſtatuit Gothofredus in notis *ad l. de ætate.* faciunt dicta ſuperius *c.*8*.n.*14.

64 Hæc impedimenta admittuntur ad purgandam contumaciam modò vera ſint & non fictitia & affectata. *d.l.*2*.§.fin.ff.ſi quis caution.l.*3*. §. ſubvenitur. ad S.C.Syllan. l. & qui data opera.*5 *.ff.ex quib. cauſ. major.* Zanger. *dict.cap.*9*.n.*11. vel quæ de facili removeri potuerunt, quæ neminem excuſare debent, argum. *l.quibus diebus* 40 *. ff. de condit. & demonſtr.* & *cap.fin. extr.de electionibus.* Berlichius *d. concluſ.* 17*. num.* 61.

65 Quia verò impedimentum legitimum interveniſſe non præſumitur, ideo ab allegante probandum erit, Maſcardus *de probationibus volum.* 2*. concluſ.* 886. & Berlichius *dicto loco.* quod ſi id probare non oporteret, ecquis eſſet, qui non cauſam aliquam effingeret, ſi nudis verbis fidendum foret;

66 probatur autem ſummariè per teſtes, atteſtatum medici, & in defectum probationum per juramentum allegantis, de his vide Carpzovium *in proceſſu*

judi-

judiciar. tit. 8. *art.* 2. *num.* 55. Maſcardum & Berlichium *citatis locis.*

Notandum eſt, quando in contumaciam non agnoſcentis documenta pro recognitis vel poſitiones pro confeſſis habentur, tum expenſarum condemnationi locum non eſſe, ne propter unum delictum duplex mulcta infligatur. Carpzovius *dict. proceſſu judiciario titul.* 14. *art.* 3. *num.* 10. ſed & adverſarius vix majores fecit expenſas, quam ſi contumax in termino ſub pœna agniti vel confeſſi præfixo documenta agnoviſſet, vel reſpondiſſet; Intelligo de iis, quæ in ultimo termino, cum pro agnitis habentur, factæ ſunt, non ſi quæ in prioribus erogatæ, ut quia judex ſæpius injunxerat agnitionem & reſponſionem, cui non eſt paritum, neque poteſt juſta impedimenti cauſa allegari, ab his namque contumax immunis eſſe non debet. Carpzovius *ibid. n.* 15. *&* 18. 66

Inde etiam, ſi non obſtante contumacia fuerit proceſſum ad ulteriora, perinde ac ſi comparuiſſet, puta ſi ordinatione caveretur, quod reo ad citationem pro lite conteſtanda non comparente, habeatur pro conteſtata & procedatur ad ulteriora, eo caſu ceſſat condemnatio expenſarum ejuſdem termini & citationis, quia contumax litem non impedivit per contumaciam ſuam, & ſumptus hi fieri debuerunt, quamvis reus non fuiſſet contumax, ſed & condemnatio expenſarum ſit propter intereſſe partis, *l. ſancimus* 15. *Cod. de judiciis.* quod hic nullum eſt, cum ſit proceſſum ad ulteriora, Abbas Panormitanus *in cap. ſæpe contingit.* 44. *num.* 19. *extr.* 67 68

de appellat. prout Concepto Ordinationis Cameralis reviſæ *part.* 3. *tit.* 52. §. 4. cavetur, quod ſi reo contumace actor ad probationem admitti, & definitivè pronunciari petat, nulla condemnatio expenſarum & damnorum ſtante proceſſu fieri, ſed de ea unà cum definitione cognoſci debeat. Adverte tamen, quod ſi demum miſſio ex primo decreto decernatur in contumaciam, & contumax vellet recuperare tenutam, ſicut & alias omnes, ita & has expenſas refundere teneatur. Paul. Caſtrenſ. *in d. l. ſancimus. n.* 7.

69 Interim legitimè impeditus procuratorem mittere non tenetur ſecundum Berlichium *vol.* 1. *concl.* 17. *n.* 62. nec ideo contra eum tanquam contumacem procedi poterit, niſi in certis caſibus, quos vide apud Jaſonem *in l. non exigimus*, 2. §. *ſi quis judicio. n.* 7. *ff. ſi quis cautionibus.* diſtinguentem inter cauſam impedimenti juſtam & injuſtam ceu in bannito eſt, quod ſtante hac teneatur mittere procuratorem, non illâ. Ordinatio tamen Hannoverana ſemper miſſionem procuratoris mandat. *tit.* 9. §. 17. illis verbis: Oder da ſie je durch GOttes Gewalt daran behindert würden/durch genugſam inſtruirten Anwalt zu ſiſtiren und einzulaſſen ſchuldig / ſonſt wider den außbleibenden Theil deßfalls ſo fort in contumaciam mit Beſtande verfahren werden mag. Saltem ſecurius eſt mittere procuratorem, quod & pro cautela tradit Mynſing. *cent.* 2. *obſ.* 73. etiam in caſu, quo exceptio loci non tuti eſſet notoria, per gloſſ. *in c. cum dilecti* 6. *verb. reſponſalem. ext. de dolo & contum.* & Innocent. *in c. ex parte* 47. *ext.* *de*

de appell. dicit, quod abſens propter locum non tutum teneatur mittere procuratorē, ſi modò poſſit.

Nec impedimento probato ulterius probare adſtringitur abſens, quod diligentiam adhibuerit in removendo illo, Paul. Caſtrenſ. *in d. l. non exigimus. § ſi quis tamen.* Matth. de Afflictis *deciſ. 9. n. 7. & ſeq.* Berlichius *d. concl. 17. n. 70.* quamvis Bartolus *in d. l. non exigimus. §. quod diximus.* per textum, *in l. quod commeatus. 14. ff. de re milit.* velit, non ſufficere allegare & probare impedimentum fluminis, vel aquarum aut guerræ, niſi probet ſe adhibuiſſe omnem diligentiam tranſeundi flumen, vel actum feciſſe agendi, & non potuiſſe expedire illum; Jaſon *in d. l. non exigimus. §. quod diximus. n. 4.* Tiber. Decianus *vol. 1. reſp. 16. n. 190.* & alii contrarium docuerint, argum. *l. qui poteſt. 174. ff. de reg. jur.* ubi dicitur, quod qui poteſt facere ut poſſit, jam poſſe videatur, videtur etiam argumentum in *l. quibus diebus 40. ff. de condit. & demonſt.* Poterit tamen citato imputari, quod ſe nimium arctaverit, per dicta Jaſonis *cit. loc. n. 7.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 57. n. 6.* argum. *l. 3. §. ſubvenitur. ff. ad S. C. Syllan.*

SECTIO. III.

De expenſis retardati proceſſus.

SUMMARIA.

1. *Retardans proceſſum condemnatur in expenſas, nec auditur ante refectionem.*
2. *Condemnatur etiam ante litem conteſtatam.*
4. *Diſtinguit Gloſſa.*

3. *Leges non admittunt frivolas exceptiones.*
5. *Clericus ante ſententiam non excipiens de privilegio clericatus tenetur ad expenſas.*
6. *Excommunicationem non objiciens in termino dato ad proponendum dilatorias, ſi poſtea de ea excipiat, condemnatur in expenſas.*
7. *Si omittit obmovere excommunicationem judicis condemnatur.*
8. *Non condemnatur hodie qui non excipit de excommunicatione actoris.*
9. *Limitatur, ſi coram delegato per reſcriptum dato.*
10. *Declaratur modo actor neſcierit ſe excommunicatum eſſe.*
11. *Ut omittens condemnetur, debet ſciens doloſe omiſiſſe.*
12. *Fidejuſſor ignorans exceptionem doli vel non numeratæ pecuniæ competere creditori ſi eam omiſit, non arcetur ab actione mandati.*
13. *Excipienti contra mandatum ſine clauſula ſi demandetur paritio, condemnatur in expenſas.*
14. *Procurator non exhibens mandatum præfixo tempore condemnatur in expenſis retardationis.*
15. *Exceptionem ſeu replicationem non probans condemnatur in expenſis.*
16. *Victus in interlocutoria condemnatur in expenſis quando procedat.*
17. *Excipiens & ſimul procedens in cauſa & dans reſponſiones, licet in exceptione ſuccumbat, non condemnatur in expenſis retardationis.*
18. *Exhibere differens doloſe inſtrumentum, ex quo dependet deciſio cauſæ, condemnatur in expenſas retardationis.* Sub-

19. *Submiſſionem ſine cauſa reſcindi petens condemnatur in expenſis. Vel qui reſtitutionem obtinet adverſus lapſum termini.*
21. *Redintegrationem petens inſtantiæ ſuâ culpâ peremptæ condemnatur in expenſis.*
20. *Si verò adverſarii culpâ perempta eſt, recuperat ab eo expenſas.*
22. *Appellator, qui non proſequitur appellationem, vel omiſſo ordine provocat, condemnatur in expenſas.*
23. *Appellatione deſertâ quando iudex ad quem, & quando iudex à quo condemnet in expenſas?*
24. *Appellans in abſentia judicis tenetur ad expenſas in articulo executionis factas, quouſque appellationem produxit, etiam ad expenſas executionis poſt appellationem procuratoris uſq; ad productionem mandatis.*
25. *Retardans proceſſum ſtatim condemnari debet in expenſas, nec differri ad finem litis, licet tunc etiam fieri poſſit.*

MAlevolam proceſſus retardationem damno expenſarum coërceri certum eſt, *c. finem litibus. 5. ext. de dol. & contum. l. non ignoret. 4. Cod. de fruct. & lit. exp.* uſque adeo, ut in expenſas has condemnatus in cauſa ulterius audiri non debeat, quouſq; eas adverſariò reſtituerit, & in tantum dicuntur etiã præjudiciales, ſicut & eæ, quę ob contumaciam commiſſam debentur, Joan. Grevell. *deciſ. Dolan. 50. per tot.* quæ condemnatio etiam ante litem conteſtatam decernenda eſt contra deficientem

in probanda exceptione dilatoria, quia concurrente articulo incidente, qui ad cauſam principalem non pertinet, judex non debet ad definitivam differre expenſarum condemnationem, ſed ſtatim eam decernere, Angelus Aretinus *de exceptionib. cap.* 7. *num.* 75. Wameſius *conſil.* 203. Ordinatio Cancellariæ Cellenſ. *art.* 17. & Hannoveranæ *tit.* 14. §. 3. Non adverſatur, quod dici poſſit, legis authoritate agentem non puniri, & ex legis permiſſione exceptiones opponere licere, *leg. ita demum* 13. *Cod. de procurat.* & antecitatum *cap. finem litibus.* de exceptione poſt litem conteſtatam oppoſita diſponere, ut à contrario ſenſu hunc caſum excluſiſſe videatur, argumento *l.* 1. §. 1. *ff. de officio ejus cui mand. eſt juriſd.* maximè quod expreſsè aliter in jure diſpoſitum non habeamus. Sed reſpondendum eſt, frivolæ oppoſitionis eandem tam ante quam poſt litem conteſtatam rationem eſſe, & haberi debere, quæ in iſta lege 1. §. 1. diverſa eſt, nec unquam permittunt le-
3 ges opponere exceptiones frivolas, *l.* 1. *Cod. de conſort. ejuſd. lit.* ne per legem dari materiam calumniandi concedamus, ſed ſolum ratione fundatas,
4 *d. l. ita demum.* Admittit Gloſſa hanc ſententiam *in dict. c. finem litibus*, *verb. expenſas.* quam ſequitur Speculator *tit. de expenſis*, §. *ſi ante. num.* 4. ſi de dolo & calumnioſa exceptione evidenter conſtáret, quod tunc condemnetur excipiens ante litem conteſtatam. *cap. cæterum* 3. *extra de reſcriptis. cap. ex literis* 2. *extra de dolo & contum.* non autem ſi de malitia manifeſtè non appareret, eò magis ſi juratum eſſet de calumnia, cum de jure concedatur op-

opponere exceptiones.*clem.paſtoralis 2. de ſent. &*
re judicata. v.g. ſi veriſimilis cauſa excipiendi ſub-
eſſet, ſaltem Ordinatione civitatis Oſnabrugenſis,
part.2.tit.5 §.1.cavetur,actorem, qui exactam cau-
tionem de refundendis expenſis in caſum ſuccum-
bentiæ non præſtat in primo termino, condemnan-
dum eſſe in expenſas termini illius ante litem con-
teſtatam.

Ideo clericus coram judice ſeculari conventus 5
non excipiens de clericatu ante ſententiam, quâ
condemnatus eſt, poſito quod non conſtiterit ali-
ter de clericatu, ſi poſtmodum ad invalidandum
proceſſum & executionem impediendam alleget ſe
clericum,in expenſas actori condemnandus eſt,Æ-
gidius Bellemera *deciſ.* 226. Caſſadorus *de appella-*
tionibus deciſ.3.n.5.

Qui in termino dato ad proponendum omnes 6
dilatorias non excipit ſcienter de excommunicatio-
ne,ſi poſtea eam objiciat, in expenſis condemnan-
dus eſt, per *c. exceptionem* 12.*extr.de except.* pro
meliori hujus dilucidatione diſtinguit Specula-
tor *tit. de exceptionibus & replicat.* §.*nunc viden-*
dum.num. 17. an adverſarii interſit prius eam pro-
poſitam fuiſſe an non, ſicut qui ſcienter omittit ex-
cipere de excommunicatione judicis, quia proceſ- 7
ſus coram tali ventilatus cum ſit nullus, *cap.ad pro-*
bandum 24.*ext. de ſent. & re judic.* & inde præſu-
mitur malitioſè ſubticuiſſe, ut adverſarium ſumpti-
bus & laboribus inutiliter fatigaret, quod quando-
cunque etiam ante litis conteſtationem in expen-
ſas condemnetur,per *d.c. exceptionem.* ſi verò con-

 tra

8 tra actorem tendat exceptio hæc, non idcirco condemnetur ad tempus omittens excipere, quia licet actor in ſequentibus excludatur, valeant tamen hodie quæ cum eo acta ſunt, *c. pia* 1.*de exception.in* 6. nec interſit actoris, cum inutiliter non laboraverit, neque debeat de excommunicatione ſua cum diſpendio licite opponentis commodum reportare, ſic cum *d.c. exceptionem* quod de actore excommunicato loquitur, quoad cauſam decidendi ſcilicet invaliditatem proceſſus correctum ſit, ipſa deciſio ſeu condemnatio ceſſare debeat, ſequitur Abb. Panor.
9 *in d c.exceptionem.n.*22.23. *&* 24. ubi tamen limitat hoc membrum poſterius in eo, qui malitiosè diſtulit opponere exceptionem excommunicationis actoris coram judice delegato, qui per reſcriptum datus eſt, cum tale reſcriptum ab excommunicato obtentum, ſit ipſo jure nullum, ſic & proceſſus coram eo factus ſit nullus, *c.* 1.*de reſcript.in* 6. idcirco intereſt expenſas inaniter factas eſſe.

10 Hoc ita declarat Petrus Paulus Pariſius *in d.c.exceptionem.n.*48. modò actor neſcierit ſe excommunicatum fuiſſe, cum reſcriptum impetraret, ſcienti enim actori non conducere, ut à reo malitiosè exceptionem omittente expenſas lucretur, temerariè enim litem intentavit, ite temeritatem ſuam cum adverſarii malitia compenſabit, ſed & actor ſciens ſe excommunicatum dedit tali judicio nullo principium, ut major poſſit videri ejus temeritas, quam malitia rei non opponentis, argum. *l.item ſi obſtetrix* 9.*in fin.ff.ad leg.aquil.* ergo damnum, quod ſuâmet culpâ ſentit, ſibi non adverſario imputare poteſt, *c.*

damnum

damnum 86.*de reg.jur. in* 6.Requiritur etiam,quod 11
reus ſciens per malitiam omiſerit excipere,ut actor inanibus fatigaretur laboribus & ſumptibus,ex quo conſequens eſt, juſtam cauſam ad tempus non opponentis excuſare, velut ſi per exceptionem ſuam actorem repellere non poterat, forte quia de excommunicatione non conſtabat notoriè, nec habebat probationes paratas,metuens,ne,ſi in probatione deficeret, in expenſas retardati proceſſus ipſemet condemnaretur,Pariſius *d.c.exceptionem,n.*47. Eadem cauſa ejus eſt, qui exceptionem ignorans poſtea eam oppoſuit, non peccavit quippe, & per ignorantiam excuſatur. Felin. *in d.c.exceptionem,n.* 48.propter gloſſ.*ibi in verb. publicè.* Hæc declaratio 12
firmatur optimo argumento.*l.ſi fidejuſſor* 29.*ff.mandati.*ubi fidejuſſor, qui ignorans exceptionem doli, vel non numeratæ pecuniæ debitori principali competere,ſi eam omiſerit, non arcetur, quin actione mandati contra eum agere poſſit, ſcienter verò omittens propter dolum & diſſolutam negligentiam ab ea removetur.

Ita in mandatis ſine clauſula, ſi exceptiones ſub- 13
& obreptionis opponantur in puncto paritionis, eæque deprehendantur irrelevantes, cum ipſa paritione etiam expenſarũ refuſio injungi debet, ne impune cauſam diſtulerit, & judicem & actorem fruſtra fatigaverit excipiens Chriſt.Schwanmannus *obſerv.Cameralium obſ.*118.*n.*5.

Sed & litem ſine juſta cauſa quomodocunq; protelans ad reficiendas expenſas dilatę litis tenetur, ſicut de actore non exhibente libellum in primo 14
ter-

termino diſponitur in Concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 13. §. wo dann der Kläger 8. & Ordinatione Civitatis Oſnabrugenſis *part*.2. *tit*. 3. de petente dilationem tertiam abſque probabili cauſa, eâdem Ordinatione Oſnabrugenſi *part*. 2. *tit*. 6. §. Es ſoll auch ꝛc. & de non reſpondente ad articulos poſitionales tempore præfixo *ead.part*.2.*tit*.7.§.In nähern *termino.& tit*.15.§. *fin*. qui protrahendæ litis cauſâ minus rectè reſpondet, vel contra reſponſiones quaſi inſufficientes non jure excipit, in expenſas, & fiſco in mulctam condemnatur, prout etiam de procuratore legitimationem ſuam pręfixo tempore non exhibente, ut inde adverſario expenſę cauſarentur, diſpoſitum eſt, de quo ulterius *ſectione* 5. Adverte quod Teſſaurus *deciſ*.7.*n*.1.Lancellottus *de attentatis cap*.12.*limit*.50.*num*.28.*part*. 2. Grævæus ad Gailium *lib*.1. *concluſ*. 47. *n*. 15. dicant, ratificantem acta vel ſententiam latam in favorem procuratoris falſi, ſeu de cujus mandato non apparebat, condemnandum eſſe in expenſas, intelligo eas tantum, quas propter dilationem & ratificationem adverſarius majores ſuſtinuit & non integrales, ubi imprimis obſervandum, cujus culpâ mandatum hactenus non prodierit, domini an procuratoris, ut noxius noxam luat,
15 juxta dicenda *ſect*. 5. Eâdem ratione quoque litis tempore exceptionem ſeu replicationem oppoſitam non probans in expenſas retardati proceſſus condemnatur, in quolibet articulo non expectatâ ſententiâ definitivâ, ſive actor ſive reus ille ſit, qui propoſuit. *c. pia*. 1. §. *ſi quis igitur. de except. in* 6. *c*. *fre-*

frequens. §.*ſed in civilib. de reſtit.ſpol.in* 6.*l.non ignoret.*4. ibi. *Si culpâ ſuâ fuerit dilata cognitio. Cod. de fruct.& lit.expenſ.*Gailius *lib.*1.*obſ.*151.*n.*15. & ibi Grævæus *conſid.*3. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 23. qui ut hoc ita generaliter obſervaretur in Camera anno 1540. deciſum eſſe teſtatur, & diſpoſitum eſt in Comitiis Auguſtanis anno 1555. in Ordinatione ibi reviſa *part.*3. *tit.* 50. §. Wir wollen. 7. Receſſ. deputat. de anno 1600. §. gleichwol. quod ad finiendas lites ſalubriter toties mandatum eſt, modò ſtrictè obſervaretur; Quin & ſententiâ latâ ſi condemnatus remoram executioni objiciat,proponatq; exceptiones eam differentes, ſi irrelevantes deprehendantur, & ad differendam executionem ſolum oppoſitas eſſe pateſiat, in expenſas & damna victori condemnatur. Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.*3. *tit.*57. §. wo aber. Unde concludunt Doctores, quod in interlocutoria ſuccumbens ſit condemnandus in expenſis, quod per ejuſmodi exceptiones, ſuper quibus judicem interloqui oportet,lis protrahatur,Bartolus *in d. l. non ignoret. n.*5. Paul. Caſtrenſ. *ibid. n.*2. & *in l.properandum.*§. *ſive autem alterutra.n.*10.*Cod.de judic.* Felin.*in c.ſignificaverunt,n.*8 *ext.de teſtib.* Frideric. Hiltrop. *in proceſſ.judic.part.*4.*tit.*19.*n.*17. ſcilicet ſi talis quæſtio incidens fuerit à cauſa principali ſeparata, & conſtet judici, quod per ſententiam definitivam non poſſit expurgari vitium,quod pars adverſa incidente articulo vel calumniando vel tergiverſando aut ineptè procedendo ſemel contraxit. Wameſius *conſ.*203.*n.*4.ideo juxta Ordin. Civit.Oſnabrugenſ. 16

ex-

expenſas refundere debet, qui in dilatoriis & aliis exceptionibus obmotis ſuccumbit, *part.* 2. *tit.* 7. *§. fin.* Quod limitare conatur Jaſon *in d. l. properandum.§ ſive autem.n.* 10. & Lanfrancus de Oriano *in c.quoniam contra. n.* 698. *extr. de probationib.* ſi interlocutoria foret, ſuper mero articulo juris, quia talis facile potuerit expediri à judice, ſed quomodocunque fuerit ſuper puncto juris, aut judex eum expedierit, ſi exinde cauſatæ ſint expenſæ, eas opponens & litem retardans refundit.

17 Eo tamen caſu ſuccumbens in exceptionibus non condemnabitur, ſi per earum propoſitionem cauſa ipſa non fuit protelata, ideo apud Klockium *voto Cameral.* 10. *n.* 218. habetur, cum qui cum exceptionibus declinatoriis ſimul litem eventualiter conteſtatus fuerit, reſponſiones ad libellum dederit, & proceſſerit in cauſa, licet in exceptionib. ſuccumbat, non condemnari in expenſas litis retardatę.

18 Retardat quoque proceſſum actor, qui ut defatiget reum, dolosè non exhibet inſtrumentum, ex quo dependet deciſio litis, fuit enim in culpa, quod reum de veritate actionis incertum expenſis inanibus vexarit, hic meritò in eas condemnatur reo poſt productionem cedenti exſolvendas, Felin. *in d. c.exceptionem.n.*47. Decius *in l.qui in alterius.n.* 10. *ff.de reg.jur.* Wameſ. *conſil.* 160. *n.*7. Maranta *in ſingul.& jur.notab. verſ. quidam litigator.* & alii quos allegavi *cap.ſeq.ſect.*2. *n.*7. *& ſeq.* ubi plenius videbis. Dixi dolosè, ſi ergo prius exhibere non potuerit, ut quia id inter res ſuas perdiderat, vel in loco diſtanti habebat, onere expenſarum non erit gravandus

dus, per ea, quæ ante *nu.* 10. de exceptione excommunicationis ſtatui poſt Pariſium.

Ita etiam propter proceſſum retardatum in expenſas condemnatur, qui ad probationem intentionis commiſſionem pro examinandis teſtibus, & pro ea exequenda, vel pro termino probandi primam, ſecundam vel etiam tertiam dilationem litis prolongandæ cauſâ obtinuit, dein productioni teſtium vel probationi renunciat, Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 21. §. 8. Vel qui dum intra terminos datos non exhibet teſtes denominatos vel alias probationes, ſi termino tandem elapſo reſtitui petat, non habens cauſam & excuſationem ſufficientem, & obtineat, quod priori anno in cauſa Hæred. B. contra Vid. V. O. ita obſervatum eſt, eò magis, ſi reſtitutionem non obtineat, in expenſas adverſario inde cauſatas condemnandus eſt. Conceptum Ordinationis Cameralis renov. *part.* 3. *tit.* 62. §. 1. Et qui ſubmiſſione ab adverſario factâ diverſimodè tergiverſando vel dilatando pariter ſubmittere detrectat, vel ſaltem differt, d. Conceptum *part.* 3. *tit.* 26. §. 1. *juxta notata Blumens ibid.* Vel qui ſubmiſſione factâ eam ſine cauſa urgenti reſcindi petit, & obtinet, cauſa licet ſpiritualis ſit, in expenſas condemnatur. Niſi tamen cum proteſtatione eventualiter concluſiſſet. Mart. Neapol. *digeſt. noviſſ. tom.* 1. *verb. Expenſæ. c.* 28. vel inſtrumenta ad rem facientia de novo reperta eſſent; unde Ordinat. Hannov. *tit.* 25. §. 2. cautum eſt, quod reſciſſionē petens jurare debeat, ſe non calumnioſè ſupplicare, & inſtrumenta comprobationib. poſt concluſionem recepiſſe, nec habuiſſe prius eorū ſcientiam. 19

Quod

20 Quod ſi inſtantia in cauſis civilibus ob lapſum trienii perempta eſt, dolo & procraſtinatione adverſarii ejus, qui eam redintegrari petit, conceditur non ſolum reſtitutio, ſed & adverſarius huic in expenſas condemnatur propter litem protractam, Grammat. *deciſ.69.n.3.& deciſ.91.n.6.* Scaccia *de appell. q.15.*
21 *n.*320. Supplicans verò ſi ipſe in culpa vel negligentia fuit, ut tempus inſtantiæ decurreret, impetrat quidem redintegrationem, refuſis tamen adverſario expenſis, Grammatic. *d.deciſ.91.n.3.* Scaccia *d.q.15. n.307.& ſeq.* licet in reſcripto Principis reſtitutorio nulla de expenſis mentio facta eſſet, Marta Neapolit. *d.verb.Expenſæ.cap.45.* Scaccia *d.q.15.n.310.* Eâ ſimpliciter peremptâ nec redintegratione impetratâ, judex in cauſa principali nec condemnatoriam nec abſolutoriam pronunciare poteſt, licet ab obſervatione judicii reum abſolvere, & actorem, ſi ejus culpa ſit, in expenſas condemnare debeat, Lanfr. de Oria. *in d.c.quoniam contra.n.*715. Rob. Marant. *in ſpeculo part.5.n.59.* Scaccia *de ſent.& re judic. glo. 14.q.7.n.40* argum. *l.fin.Cod.ut intra cert.temp.* & eorum quæ ſuperius hoc capite de judice incompetente dixi. Quod ſi tamen inſtantia perimeretur ex culpa judicis, multitudine cauſarum & brevitate inſtantię gravati, nullus condemnationi expenſarum locus eſſet. Scaccia *d.q.7.n.110.* & *d.q.15.n.312.314* vel ſi ex impedimento infirmitatis, carcerationis, paupertatis, compromiſſi pendentiæ, longioris dilationis petitæ, negligentiæ procuratoris, caſus fortuiti in itinere contingentis, & ſimilium inſtantia laberetur, de quibus vide Scacciam *d.quæſt.15.n.315.*

Sed

Sed hęc obſervatio triennii per abuſum in pleriſque tribunalibus Germaniæ receſſit, quod & teſtatur Treutlerus. *vol.* 1. *diſp.* 12. *theſ.* 15 *lit.c.* Porro ubi appellator non proſequitur appellationem, aut ad 22
eum provocat, ad quem appellare non conceditur, omiſſo forſan judice medio, aut gravamen tale eſt, à quo appellari nequit, de quibus Maranta *part.* 6. *actu.* 2. *de appellat. num.* 246.& *ſeq.* judex ad quem eam deſertam vel non devolutam pronunciat, & temerè appellantem in expenſas retardati proceſſus condemnat. *c. reprehenſibilis.* 26. *c. Nicolao.* 64. *ext. de appellat.* Zangerus. *in c. ſæpe contingit. num.* 22. *ext. de appellat.* Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 137. *num.* 3. Græv ęus. *ibidem. conſid.* 1. nec impedit quod appellatione deſertâ aut non devoluta juriſdictionem illico ad judicem à quo reverti dicamus, *clement. ſi* 6. *de appell.* ſupereſt enim officium judicis quo ad ſententiam deſertionis & condemnationem expenſarum, non 23
moveor quod Speculator. *tit. de expenſis.* §. *ſi ante litis. num.* 9. *verſ. ſeptimo.* velit, eum qui formalia appellationis neglexit non à judice ad quem, ſed à priore judice in expenſas condemnandum eſſe per *c. cordi.* 1. in verbo condemnandus. *de appellat. in.* 6. quem intelligendum arbitror juxta diſtinctionem Wameſy, Gailii *d. loco. num.* 1. Grævęi *d. loco.* Zangeri *de exceptionibus. part.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. ſi appellatio coram ſuperiore introducta non fuerit, quia ſola appellatio non conſtituit ſuperiorem judicem, ſed ejus aditio, vel ſi defectus eſſet evidens, ut judex ſuperior eam non acceptaret, alias acceptatâ & introductâ appellatione, ſi demum de deſer-

tione patefiat, cum deſertione & condemnationem expenſarum ſuperior decernit, quod ex *c. cum appellationibus*. 5. *de appellat. in.* 6. ſatis conſtat. Nec moror in dictis Scacciæ. *de appellationibus. quæſt.* 11. *art.* 6. *n.* 160. qui dum huic diſtinctioni adſtipulatur illo tamen caſu quo appellatio nullo modo introducta eſt, adhuc ſtatuit poſſe etiam judicem ad quem de expenſis deſertionis pronunciare & in eas appellantem condemnare, quia ut *art.* 5. *n.* 150. ſtatuit, poſſit appellatione interpoſita licet coram eo introducta non eſſet, de deſertione pronunciare; non video ad quid judex ſuperior adeundus ſit cum appellatione non introductâ appellato nullæ expenſæ cauſatæ ſint, & ſi quas ſine causâ fecit eas ſibi imputare debeat, qui appellatione tempore ſtatuto non introductâ pro executione judicem à quo, interpellare potuit, quod tamen. *n. ſeq.* videtur aliquo modo velle. Quod ſi appellans qui provocationem deſeruit, judicem ſuperiorem acceſſit quidem, inhibitoriales tamen non obtinuit, illo caſu etiam judex à quo in expenſas deſertionis appellantem condemnare poterit, qui ſuper deſertione cognoſcere poteſt, Scaccia *cit. loco. n.* 157. & qui pronunciare poteſt appellationem eſſe deſertam, poteſt etiam condemnare in expenſas. Scaccia. *ibid. n.* 177. imo quando in termino præfixo appellans non proſequitur appellationem, quod debeat condemnari in expenſas etiam abſque aliqua citatione. Scaccia. *de appellationibus. quæſt.* 14. *n.* 17.

24 Quod ſi appellans extrajudicialiter, judici & adverſario tamen non inſinuans appellationem eſſe

inter-

interpoſitam, tum demum eam producit, quando executio incœpta & expenſæ in eam factæ ſunt, has meritò refundit cum eas fieri dolosè paſſus ſit, Caſſadorus. *de appellationibus. decis.* 3. *n.* 2. ubi. *n.* 4. addit, quod refundi debeant expenſæ executionis factæ poſt appellationem procuratoris, de cujus mandato non conſtabat, uſque ad productionem mandati.

25 Non ſolet condemnatio expenſarum retardati proceſſus reſervari ad finem litis, ſed eæ in quolibet articulo qui litem impedit victori refici debent non expectatâ ſententiâ definitivâ Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 15. vide ſuperius. *n.* 15. quamvis condemnatio intermiſſa in definitiva ſuppleri poſſit; Unde dicunt Paulus Caſtrenſis. *in. d. l. non ignoret. n.* 2. Lanfranc. de Oriano. *in d. c. quoniam contra n.* 699. quod condemnatio ſtatim peti debeat, ſi non expectetur alia definitiva, argumento, *l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* quod ſi illa ſuperſit, ad eam condemnationis petitio differri queat, dummodo pro eodem feratur, ſecus ſi contra eum, & quod eam ob cauſam conſultius ſit, ſtatim petere & obtinere, quia talis condemnatio non irritetur, licet in interlocutoria victor poſtea ſuccumbat in definitiva; Rectiùs puto etiam in fine litis conſiderari protelationem victoris ante hac commiſſam, ut quanta ea eſt, cum expenſis victoriæ compenſetur.

SECTIO. IV.

De expenſis victoriæ.

SUMMARIA.

1. *Victus victori in expenſas condemnandus eſt.*
2. *Errans in jure dicitur in lata culpa, & eſt in expenſas condemnandus.*
3. *Velut prætendens præſcriptionem, quæ jure completa non eſt.*
4. *Emptor expellens colonum cui venditor rem emptam obligaverat.*
5. *Libellum qui mutat, vel generalem declarat, condemnatur in expenſis.*
6. *Limitatur, ſi reus nullum damnum pateretur ex mutatione vel declaratione.*
7. *Mulier & minor an excuſentur ab his expenſis?*
8. *Plus re vel tempore qui petit condemnatur in expenſis.*
9. *Confeſſionem qui vult revocare condemnatur in expenſis.*
10. *Renuncians liti an in expenſis condemnetur?*
11. *Reus accepto libello ſi ſtatim ſolvere paratus ſit, non condemnatur in expenſas.*
12. *Limita, niſi tempus ſolutioni præfixum fuiſſet, declaratur limitatio.*
13. *Petitorio ſuſpenſo qui ad poſſeſſorium recurrit, an ſit condemnandus in expenſas.*

14. *Victus*

14. *Victus in omni cauſa tam temporali quam ſpirituali, maxime civili condemnatur in expenſas.*
15. *Victus in cauſa criminali an in expenſis condemnetur? Alij hoc ſtatuunt.*
16. *Alij negant.*
17. *Diſtinguitur in reo inter pœnam an ſit corporis afflictiva nec ne.*
18. *In actore retinetur affirmativa.*
19. *Reſpondetur contrariis.*
20. *Intereſſe partis non impeditur per cauſam criminis.*
21. *Victus in expenſis condemnatur etiam in inſtantia appellationis.*
22. *Condemnatio in expenſis in appellatorio facta extenditur ad primam inſtantiam.*
23. *Niſi in prima inſtantia compenſatio facta fuiſſet.*
24. *Appellatus ſi ſuccumbat an condemnetur in expenſis? Affirmant alij.*
25. *Alij diſtinguunt an ex iisdem actis an ex noviter productis condemnatio facta ſit.*
26. *Alij ſimpliciter negant.*
28.29. *Limitatur negativa.*
31. *In Camera Imperiali communiter compenſantur expenſæ hoc caſu.*
32. *In Reviſorio Camerali ſemper compenſantur expenſæ quando ſententia reformatur.*
30. *In Camera compenſantur expenſæ ſi cauſa ibi reſervetur licet conſtet de evidente nullitate.*
27. *Judex appellationis quandoque pejorem ſententiam pronunciat quam judex à quo:*

33. *Appellans ſuccumbens ſemper condemnandus eſt in expenſis.*
36. *Limitatur.*
34. *Carpzovij opinio improbatur.*
35. *Reſtitutionem petens adverſus ſententiam ex cauſis non legitimis in expenſas condemnatur.*
37. *Condemnatio expenſarum peti debet, ut judex ad eam adſtringatur.*
43. *Si non expreßè ſaltem implicitè velut ſi dicatur, peto ſententiam ferri pro me.*
44. *Peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari, vel proteſtor de expenſis.*
38. *Statutum ſub certa pœna mandans judici quid facere in commodum privatum, intelligitur ſi fuerit petitum.*
39. *Judex poteſt de expenſis pronunciare licet non ſit à parte petitum.* (Eiu?
40. *An etiam de expenſis ante litem conteſtatam fa-*
41.59. *Judex an teneatur cundemnare in expenſas licet petitum non ſit? Affirmant alij.*
42. *Alij negant.*
45. *Judex an debeat pronunciare de expenſis, per verba abſolvo vel condemno, an verò poſſit facere per æquipollentia?*
46. *Uſque.* 50. *Sed ubi verbum omnino deficit in condemnatione quid ſtatuendum? velut ſi condemnatio vel abſolutio fiat in cauſa principali, & ſequatur, victum victori in expenſis, vel addatur, quarum taxationem nobis, vel, victum in expenſis, vel, victum victori ab expenſis.*

51. *Judex*

51. *Judex omiſſam condemnationem expenſarum totâ illâ die ſupplere poteſt.*
52. *Limitat Berlichius.*
53. *Judex non condemnans victum in expenſas abſolviſſe cenſetur.*
54. *Verius tamen omiſiſſe dicendus eſt.*
55. *Appellari an debeat vel poſſit ab omiſſione condemnationis expenſarum.*
56. *Diſtinguendum an victus appellaverit nec ne.*
57. *Et an appellaverit ab articulo ſolo contra ſe facientes.*
58. *An victor appellare poſſit ſi in prima inſtantia expenſas non petijt.*
60. *Appellatio an admittatur à ſententia tertia confirmatoria, quæ victum in expenſas omnium trium inſtantiarum condemnat.*
61. *Sententia expenſarum an ſit definitiva vel interlocutoria?*

QUarta & ultima cauſa quod expenſarum condemnatio decerni debeat, eſt amiſſio cauſæ, quas expenſas victoriæ nuncupare ſolent, ut quod victor eas ab adverſario recipit, quia vicit, unde etiam Regula traditur: quod victus victori in expenſas condemnandus ſit; Ea obtinet 1
quoties nec temerariâ citatione, nec contumaciâ vel litis malitiosâ protelatione ſe pars involvit, tamen, quomodocunq; ab intentione ſua repellatur, ſuccumbit, aut non rectè egiſſe deprehenditur, ſive litigaverit calumniosè, ſive temere ſolum, ceu qui in jure erravit, malitia quamvis abfuerit, Lanfrancus 2

de Oriano. *in c. quoniam contra.* 11. *num.* 684. *ext. de probation.* dicitur enim is in lata culpa verſari, quia ad judicium venit non inveſtigato prius illo, quod
3 oportuerat eum, veluti qui ratione præſcriptionis agens quam putat eſſe completam, de omnibus tamen requiſitis non probat, inſcius tale requiſitum requiri; Ulterius dicit Lanfrancus *ibidem* quod ſi
4 locator domum locatam, quam conductori ſimul cum omnibus bonis pro pignore obligaverat, vendidit tertio, & emptor, ex eo quod is ſtare colono non teneatur per *l. emptorem.* 9. *Cod. locati.* impetrat à judice præceptum de migrando intra quoddam tempus, unde expenſę utrimque cauſantur, donec producto inſtrumento locationis conſtat de hypotheca facta, quę emptorem ad locationem ratihabendam aſtringit, Bartolus. *in l. unic.* §. *quod ait. num.* 6. *ff. de ſuperficiebus.* quod & emptor in expenſas temeritatis condemnari debeat, quia non inveſtigaverit â locatore de forma locationis factæ, nec de jure conſuluerat advocatum; Sed hunc caſum diſcretius accipiendum puto, quid enim ſi conductor ad primum mandatum non excepit de pignore ſibi dato, & culpâ ſuâ expenſas cauſavit, has emptorem ferre juris non erit, quod ſi verò exceptione illâ propoſitâ & per inſtrumentum locationis probatâ, aut aliter ex relatione venditoris cognitâ emptor non deſiſtat, tum demum à temeritate ſe excuſare non valet, ſi prætendat emptorem locationi à venditore taliter factæ ſtare non teneri, eſt enim temerarius non informans ſe de jure.

5 Ideo qui lite conteſtatâ fundamentum petitionis ſuæ

ſuæ mutare intendit libello mutato, quia à judicio cœpto penitus deſiſtere intelligitur novumque judicium dictare, ad expenſas adverſario reſtituendas meritò adſtringitur, temerarium quippe fuit, quod actor ab initio non ſufficienter ſecum penſitavit, qua actione acturus eſſet, quia paratus venire debebat, & reus forſan porrecto libello ſtatim copiam ſuis ſumptibus à Notario accepit, & advocato pro concipiendis exceptionibus exhibuit, certè actor conſilium ſuum mutare non poteſt in rei diſpendium, *c.mutare conſilium.* 33. *de Reg. Jur.in* 6. *l.nemo poteſt mutare num.* 5. *ff.eod* Sichardus.*in auth.qui ſemel. num.* 13. *Cod.quom. & quando jud.* Benintendis *decis.* 77. *num.* 8. Ordinatio Civitatis Oſnabrugenſis *part.* 2. *tit.* 13. Scaccia. *de ſententia & re judicata gloſſ.* 14. *q.* 7. *num.* 38. *quaſt.* 11. *num.* 33.76. ubi demonſtrat idem eſſe in mutatione petitionis ſummariæ, & in cauſa appellationis, *& quaſt.* 17. *limit.* 21. *num.* 118. ubi de cauſis executivis loquitur, idque ſive addendo ſive detrahendo libellus mutetur, modo interſit adverſarii mutatum non fuiſſe, Baldus. *l. edita.* 3. *num* 51. *Cod.de edendo.* Etiam ſi mutaret vel emendaret libellum ante litem conteſtatam, Gloſſa, *in. c.* 2. *ext. de libel. oblat.* Sichardus *ibidem*, vel ſi reo opponente de generalitate libelli actor eum deberet declarare, tenetur enim reficere expenſas, quas rei intereſt non feciſſe, ſi initio editus fuiſſet declaratus, Felinus *in c. ſignificaverunt.* 11. *num.* 8. *ext. de teſtibus.* Zangerus.*de exceptionibus. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 2.

S 5 Quod

6 Quod ſi tamen ex emendatione vel declaratione nullum damnum eveniret reo, non erit quoque quod refundat actor, velut ſi agrum petiiſti libello per duos confines ſpecificatum, nunc reſiduos duos adjicis, licet addatur libello, conventus tamen non damnificatur in ullo, nec mutatur quidem cauſa deliberationis, quæ ſi mutaretur, ut quia ſecundum libellum priorem Reus contendere poterat, conduxit advocatum, procuratorem & alias fecit expenſas neceſſarias, nunc mutato vel emendato libello concludit actori cedere, utique pro rata damnificationis expenſæ refundendæ forent. Bartolus *in l. edita.* 3. *n.*31 *C.de edendo* Marianus Socinus.*de libelli oblatione. n.* 146. At ſi ad utrumque libellum idem deliberaret conventus, ſcilicet ſe opponere, forſan quod neget factum ex quo principaliter agitur, putat Bartolus *citato loco.* quod æquitas judicantis non debeat velle condemnare ad expenſas reficiendas, niſi ex hoc lis protracta, & actor in expenſas retardati proceſſus condemnandus eſſet, pro quantitate damni à reo ex illa protelatione perpeſſi; Certè ſi alterato libello reus adhuc deliberet, ſicut & prius, contendere, ſi tamen tale quid additum vel mutatum eſt, ut in deliberando, oportuit neceſſario facere expenſas in advocatis vel notario pro copia libelli mutati, in has actorem condemnari vult ratio, Abbas Panormitanus. *in c.* 2. *num.* 32. *ext.de libelli oblat.* Marianus Socinus *citato loco.*

7 Bartolus ante citatus addit occaſione Gloſſæ. *in d. l. edita.* quæ dicit quod ratio perſonæ habeatur, argu-

argumento. *l.* 1. §. *fin. ff. de edendo*, queſtionem, an minor & mulier excuſentur ab his expenſis ex mutatione libelli debitis, & concludit, quod adminiſtrator minoris condemnari debeat, & non minor, per. *l. non eſt ignotum.* 6. *C. de adminiſt. tutor.* mulier autem condemnanda ſit, ex quo enim non reperierit, quod hoc caſu excuſari poſſit, ſic per textum in *l. fin. C. de jur. & fact. ignorant.* condemnari debeat, Scaccia, *de appellationibus. quaeſt.* 17. *limit.* 2. *n.* 117. Neque circa hanc mutationem excuſari quempiam ex probabili vel juſta erroris cauſa, quin adhuc in expenſas condemnari debeat, voluit idem Bartol. *in. l. rura.* 14. *n.* 4. *C. de omni agro deſert.* Cui tamen rectius contradicit Marianus Socinus. *dicto loco. n.* 146. *circa finem.* Ex juſto enim errore quid faciens temerariè agere dici nequit, de quo capite ſequenti Sectione 3. *n.* 24.

Et ille qui plus vel re vel tempore petit, temerariè inſtituit judicium, ut præter duplicationem induciarum, ad expenſas litis integrales pulſato reſtituendas obligatus ſit, *c. unic. ext. de plus petit.* §. *temporales.* 10. *inſt. de exception. l.* 1. *Cod. de plus petit.* Sichardus. *in l. licet. n.* 2. *Cod. de condict. ex lege.* videtur interim juxta textum *in* §. *temporales* quod non ſtatim condemnetur is, qui tempore plus petiit, ſed effluxo demum duplicato induciarum tempore per modum exceptionis ab actione repellatur, quo uſque omnes expenſas reſtituat. 8

Ex hoc capite etiam expenſas adverſario reficit, qui vult confeſſionem factam revocare. Scaccia. *de judicijs. lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 662. Et ille, qui liti re- 9 10

renunciat, in expenſas condemnandus eſt quaſi victus, Decius. *in l. edita. num.* 29. *Cod. de edendo.* Sichardus. *in l. poſtquam.liti.*4.*num.*20.*Cod.de pactis.* Peckius.*de jure ſiſtendi.cap.*48.*num.*1.quia præſumitur eo uſque temerariè egiſſe, & quodammodo ſuccumbit, qui liti renunciat, niſi cauſa de novo emerſerit, ad renunciandum commovens retroque bonam egerit cauſam, Treutlerus, *vol.* 2. *diſp.* 23. *theſ.* 2. *lit.* 8. & ſecundum hæc intelligenda eſt *l.penult.* §. 1. *Cod. de fruct. & lit.expenſ.* quod ſi alter renunciationi acquieſcere nolens ſententiam urgeat, ut eò ſecurior ſit de jure ſuo, non tamen renuncians in ulteriores condemnabitur, quam quas ante renunciationem cauſavit Bellamera *decis.* 14.

11 Non inde is,qui accepto libello liti cedit, & ſe ſtatim exhibet paratum ſolvere, ſi extrajudicialiter prius interpellatus non fuit, ad aliquas expenſas actori tenetur, ſive eæ pro formando libello,recolligendo inſtrumenta à notariis,pro citatione, vel alio quovis modo erogatæ fuiſſent, oportuit enim ſemel admoneri debitor,ſaltem ex urbanitate,qui ad judicium vocatus benè replicat, quod ſi ante fuiſſet requiſitus,ſolviſſet. *d. l. penult.*§.1.*Cod.de fruct.& lit. expenſ.* Jaſon.*tit.de actionibus.* §. *ſic itaque.* 14.*n.*44. ubi plures Doctores allegat.& *in l.properandum.* 13. §.*ſive autem alterutra. num.* 10.*verſ.ſeptimo limita. Cod. de judiciis*, vide capite ſequenti *ſect.* 2. *n.* 17,in dubio tamen preſumitur interpellationem extrajudicialem præceſſiſſe, arguendo à communiter accidentibus juxta *l. nam ad ea.* 5.*ff.de legibus.*quia raro convenitur debitor non præmiſſâ interpellatione.

l.in

l. in fidei commiſſi. 3. in princ. ff. de uſuris. Felinus *in c. quoniam contra.* 11. *num.* 15. *ext. de probationib.*

12 Quod limitabis in eo cui certum tempus ſolutionis præfinitum fuit, argumento. *c. cum dilecti. 6. in fine. ext. de dol. & contum.* argumento. *c. fin. ext. locato.* eo quod dies interpellet pro homine, ut debitum offeratur abſque ulla interpellatione. *l. magnam.* 12. *Cod. de contrah. & commit. ſtipulat.* & ab actore denunciationem fieri neceſſe non ſit, §. *appellamus autem.* 15. *inſt. de action.* Felinus. *d. num.* 15. Jacobus Cagnazenus. *in d. c. quoniam contra. n.* 110. Gilhauſen. *in arb. judic. cap. 9. num.* 16. Hanc limitationem declarant, modo creditor & debitor ſint ejuſdem fori, per Gloſſam *in l. item verba illa.* 18. *verb. non venit. ff. de conſtituta pecunia,* quæ dicit, quando creditor & debitor ſunt ejuſdem fori, quod debitor debeat accedere ad ædes creditoris, quando verò ſunt diverſi fori, quod creditor debeat accedere ędes debitoris, Bartolus *ibidem.* Jaſon. *in l. ſi ex legati cauſa.* 23. *numer.* 14. *verſ. quinto limita. ff. de verb. oblig.* Brunneman. *cent.* 3. *decis.* 64. qui ſic judicatum refert conveniente Hamburgenſe civem Francofurtanum.

13 Sed ubi quis ſuſpenſo petitorio recurrit ad poſſeſſorium, hunc ſecundum eos, qui utrumque ſimul intentari non poſſe putant, nec de uno ad aliud recurſum haberi, niſi priori ex toto renuncietur, in expenſas condemnari, docet Speculator. *tit. de expenſis. §. juxta. num.* 12. ſecundum eos verò, qui utrumque ſimul intentari, & ubi intentata ſunt, alterum ſuſpendi, eoque ſuſpenſo ad illud recurſum haberi docent, condemnandum non eſſe, quia non videa-

videatur temere variaſſe, nec facere injuriam adverſario, qui jure ſuo utitur. *c. cum Eccleſia Vulterana.* 31. *ext. de election.* nec debeat juris beneficium eſſe occaſio damni. *l. quod favore.* 6. *C. de legib.* & quia per tranſitum unius actionis ad aliam, ſi modo cumulari poſſint, non condemnetur actor in expenſas, Faber. *de errorib. pragmaticorum. decad.* 4. *errore.* 4. Qui ſi interim in poſſeſſorio ſuccumbat, meritò in expenſas ejuſdem judicii condemnabitur, Speculator *dicto loco*, ubi Joannes Andreę *in addit. lit. k* explicat in tribus caſibus actorem condemnari reo in expenſas in petitorio factas, velut, quando actor non ſuſpendit petitorium, ſed illi renunciat, Scaccia. *de appellationibus. quaſt.* 17. *limit.* 2. *n.* 115. vel quando illo ſuſpenſo ad illud revertitur, & ſuccumbit, vel quando reus inſtans ab inſtantia abſolvitur.

14 Regula prædicta, quod victus victori in expenſas condemnetur obtinet quacunque etiam de cauſa, actum fuerit, tam ſpirituali quam temporali *c. finem litibus.* 5. *ext. de dolo. & contum.* Gloſſa finalis *in c. cupientes.* 16. *de elect. in* 6. Vivianus. *ibidem.* In cauſis civilibus abſque ulla dubitationis ſpecie locum habet, *c. calumniam.* 4. *ext. de pœnis, l. properandum.* 13. *§. ſive autem alterutra. C. de judicijs. l. non ignoret* 4. *Cod. de fruct. & lit. expens.* De
15 cauſis criminalibus magna eſt doctorum altercatio, quorum alii ſimpliciter ſtatuunt, & in criminalibus expenſarum condemnationi locum eſſe, & ex hoc quidem fundamento, quod initio *d. l. properandum* mentio fiat cauſarum tam criminalium quam civilium,

lium,& ſubſequatur victum victori in expenſis condemnandum eſſe,cui accedit. *l.fin. C.de fruct.& lit. expens.*ubiImperator ſtatuit victorem in cauſa quacunque criminali & civili non repetere expenſas à victo, ſi ipſe ab iis refundendis privilegio aliquo munitus ſit,ex quo neceſſariò ſequi videtur,ſi victor privilegium tale non habeat, quod expenſas etiam in criminali repetere poſſit à victo, ſic in eas hic condemnari debeat, ad quid enim excepiſſet Imperator cauſam criminalem in hoc caſu, ſi præter eum, &abſq; eo non fuiſſet communi regulæ ſubjecta,facit etiam, *l. qui crimen.* 3. *C.de his qui accuſare non poſſunt.* ubi viatica & litis ſumptus refundere jubetur accuſator, qui à lite deſtitit; Quod ſi ille condemnatur, conſequens eſt, eum quoque condemnandum,qui litem temere proſecutus fuit, cum improbior videatur ille qui perſiſtit,quam qui deſtitit ſtatim,aut ſi non ſit improbior, ſaltem non minor ejus temeritas.*l.ſenatus.*15.*div.ff.de jure fiſci.*ubi refertur Imperatorem Hadrianum reſcripſiſſe, eâdem pœnâ mulctandū eſſe delatorem deſiſtentem, qua ille qui crimen delatum non probavit. Ita ſtatuerunt Bartolus. *in l. ſi poſtulaverit.* 27. *n.*1.*ff.ad leg.jul.de adult.* & *in l.* 1. *§.* 1. *num.* 13. *ff. ad. S. C. Turpil.*& *in d.l. non ignoret. numer.* 4. Speculator. *tit. de expenſis. §. poſtremo numer.* 13. Abbas Panormitanus. *in c.finem litibus.*5.*num.*24.*ext.de dolo & contum.* Pract. Papienſis. *in forma actionis realis, verbo, & expenſis præſentis cauſæ num.* 1. Julius Clarus. *lib.* 1. *quæſt.* 62.*n.*4.Gailius.*lib.* 1. *obſ.* 152. *num.*1. Vivius.*commun. opinionum.lib.*1.*opin.*161.*judex tenetur condemna-*

mnare,Lauterbach. *diſput. de expenſis victoria. theſ.*
16 18. Alii contra negant, & nullo jure id conſtitutum eſſe prætendunt, pro ſua negativa adducunt. *d.l.non ignoret*.ubi, quo ad condemnationem expenſarum diſtinctio fit inter cauſam pecuniariam & criminalem,quod in hac victus habeat pœnam legibus conſtitutam, ſcilicet ſimilitudinem ſupplicii, in illa, pro æſtimatione judicis ſuſtineat condemnationem expenſarum, quæ etiam corroboratur per *c. calumniam*. 4. *ext.de pœnis*.ubi Summus Pontifex in pecuniariis victum in expenſas condemnandum eſſe ſtatuit, ex quo in criminalibus diverſum eſſe inferri poteſt,imo temerè accuſantem nullam pœnam mereri,videtur ex *l.* 1. §. 5. *ff. ad S. C.Turpil*.Baldus *in d. l. non ignoret, num.* 2. & *in authent.generaliter.n.* 11. *Cod. de Epiſcop.& cler*.& *in l eum quem temere num.* 1. *ff.de judicijs*.Fachinæus *controverſ.lib.* 1. *cap.* 42. Interim & hi cum aliis in actione criminali civiliter intentata condemnationem fieri oportere unanimiter concedunt, vel quando reus relegatione vel pœna pecuniaria afficiendus eſt. Lauterbach.
17 *d.diſput.theſ.*19.*ad fin.* Diſtinguendum eſſe reor, num reus ſit,an actor qui ſuccubuit,ille potius excuſari poteſt, quod ignoſcendum ſit ei qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluit. *l.* 1. *ff.de bonis eorum qui ante ſent*.idcirco, quod condemnatus ad pœnam corporis afflictivam non debeat condemnari ad expenſas, tenet Carpzovius *definit. forenſ. part.* 1. *conſt.* 31. *def.* 24. *num.* 7. Greveus ad Gailium. *lib.*1.*obſ.*152.*num.*9.Modeſtinus Piſtoris. *part.* 1. *quæſt.* 11. *n.*5.quia equitati minus conſentaneum

neum eſſe videatur, ut reus ultra torturam vel pœnam ſumptus quoq; litis, quibus ad eam perductus eſt, ſuſtineat; Idem de eo judicandum erit cujus omnia bona fiſco addicta ſunt juxta Baldum.*d.n.*2.

In accuſatore diſtinguit Julius Clarus.*cit.loco.* 18
quod ſi non conſtet de vera ejus contumacia, ſed de præſumpta tantum, veluti quando non probat delictum, vel poſt judicium cœptum ab accuſatione deſiſtit, quod hic in expenſas condemnari non debeat, ne querulantes metu hujuſmodi condemnationum deterreantur ab accuſando, & delicta maneant impunita, veram tamen ejus calumniam, qui ſciens ac ſcire debens rei innocentiam ad accuſationem proceſſit, condemnatione expenſarum mulctandam eſſe; Sed dubito an dicta ejus de præſumpta calumnia defendi poſſint, cum eo ipſo quod accuſationem non probat, vel ab actione cœpta deſiſtit, calumniari præſumatur, textus eſt, *in l.* 1.§.*incidit.ff.ad S.C.Turpil.* Baldus. *d. loco.n.*2.Speculator.*d.n.*13. niſi alia indicia vel fama præcedens accuſantem excuſaret, Capella Tholoſana, *quæſt.*6.*num.*2.argumento.*c.*1.*in fine.de electione.in.*6.*c.ſacro.*48.*ext.de ſentent. excomm.*&.*l.deſtitiſſe.*10.*ff.de judicijs.*Inde alii actorem ex defectu probationis in criminalibus victum in expenſis condemnari tuentur, cùm ſi non calumnioſè, ſaltem temerè in accuſationem proruperit, Speculator, *d. num.* 13.Capella Tholoſana.*d. num.* 2. Carpzovius. *d. def.* 24.*num.*6.Modeſtinus Piſtoris. *d. quæſt.* 11.*num.*2.Gailius.*d obſ.*152.*n.*1. Grammaticus. *decis.* 39.*num.*4.5.Treutlerus *vol.*2. *diſp.* 23.*theſ.*2.*lit.a.*at qui temerè litigat in expenſas

T conde-

condemnatur. *l. 79. ff. de judicÿs.* Et Conſtitutione Caroli. V. *art.* 201. reo abſoluto non aliter actor condemnationem expenſarum effugit, quam ſi docuerit ſe legitimam probabilemque accuſandi cauſam habuiſſe.

19 Non obſtat ratio in contrarium à Fachinæo adducta, quod expreſsâ lege id cautum non ſit, quam ineptam dicit Bachovius ad Treutlerum. *volum.* 1. *diſp.* 12. *th.* 16. *lit. b. verbo. ad hoc in criminalibus.* & quod ſufficiat ratio manifeſta, quod iniquum foret, calumniam & temeritatem accuſatoris obeſſe innocenti Reo, ut ſumptuum jacturam faciat; Nec textus ab eo allegatus obeſt, *in c. calumniam.* ubi quamvis de pecuniaria cauſa dicatur, non excluditur ideo criminalis; Ita nec *l.* 1. §. 5 *ff. ad S. C. Turpil.* ibi temere accuſans pœnam quidem non meretur ſcilicet talionis, non tamen denegatur injuſtè accuſato repetitio intereſſe, & damni expenſarum ab accuſante frivolè dati; quod & ſimili modo ad allegatam. *l. non ignoret.* reſponderi poteſt, quam abſque hoc Gothofredus *in notis ibidem.* aliter legit, & pro verbis, pro pecuniaria vero cauſa, reſtituit poſt pecuniaria diſpendia, ſecundum quam verſionem non obeſſet, ſed hanc ſententiam magis firmaret, vel ſicut Bachovius, *cit. loco.* reſpondet, propoſitum fuiſſe Imperatori, in illa lege principalem & præcipuam pœnam exprimere, quæ ex legibus manet actorem ſuccumbentem in cauſis criminalib. &

20 civilibus; Fuit quidem olim pœna talionis, ſed diverſa eſt ab intereſſe partis reſpectu rei familiaris, cujus petitio non impeditur per cauſam criminis ejuſq; pœnam, argumento *l. unic. C. quando civil. act.*

Non

Non ſolum in cauſa principali ſed etiam in 21
inſtantia appellationis Regula dicta obſervanda eſt,
quod victus victori in expenſas condemnetur, Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 2. *tit.* 31.§.2. Grammaticus *decis.* 83.*n.*1. Vivius.*decis.* 47.*n.*1. poteſtque judex appellationis etiam condemnare in expenſas primæ inſtantiæ, licet in illa petitæ non fuiſſent Abbas *in c. ſignificaverunt.* 11.*n.*11. *ext.de exceptionib.malè allegatus à* Scaccia.*de appellationib. quæſt.* 17.*limit.* 21.*numer.*51.*quaſi contrarium ſentiret.* quia ſuccedit in locum judicis primi qui in eas condemnare potuiſſet juxta dicenda, *num* 39.

Hoc notandum eſt, quod ſi judex primę inſtan- 22
tiæ de expenſis nihil pronunciaſſet, & judex appellationis victum victori in expenſas ſimpliciter condemnaſſet, hanc condemnationem ad expenſas primæ inſtantię in dubio extendendam eſſe. Felinus. *in c. ſignificaverunt.* 11.*n.*7.*ext. de exceptionibus.* Menochius.*de præſumptionibus.lib.*2.*præſ.*88. *n.*1. Scaccia. *de appellationibus. q.*17.*limit.*21.*n.*48. & *tract. de ſentent. & re judicata. gloſſ.*15.*n.*41.42. Lanfrancus Zachias. *decis. Rotal.*96.*n.*1.*poſt tract. de ſalario.* Niſi tamen judex appellationis ſuper deſertione ſolum & non de cauſa principali cognoviſſet, quia iſta condemnatio de expenſis deſertionis tantum intelligenda eſt, Scaccia. *de appellationib. quæſt.* 11.*art.* 6.*n.* 161. vel niſi appereat victum 23
juſtam litigandi cauſam habuiſſe in inſtantia priori, nam quando verba ſententię apta ſunt comprehendere plura, vel pauciora, vel habere effectus di-

verſos, nunquam ad illum ſenſum trahuntur, per quem judex videri poſſet feciſſe injuſtitiam, ſicut omne verbum ambiguum ita accipitur, ut delictum excludatur. Felinus, Menochius, Scaccia, *citatis locis.* Unde hæc extenſio ceſſat, ubi judex primæ inſtantiæ victum expreſſim abſolviſſet ab expenſis, aut alia quavis de cauſa eas inter litigantes mutuo compenſaſſet, v.g. ſi A. fuit abſolutus in inſtantia prima, & actor. B. in expenſas condemnatus; in ſecunda vero A. reus condemnatus compenſatis expenſis, denique in tertia inſtantia fuit ſententia ſecunda confirmata A. in expenſas condemnato, qui tantum in ſumptus hujus ultimę ſententię condemnatus intelligitur. Scaccia. *cit. loco. n.* 49. & 42.

24 Interim quod appellatus in prima inſtantia victor, ſi in appellatione ſuccumbat, in expenſas cauſę tam principalis quam appellationis indiſtinctè debeat condemnari, mens eſt Gloſſæ *in c. imprimis.* 7. *verbo expendiſſe. in fin. II. quaſt.* 1. ſequitur Capella Tholoſana. *quaſt.* 223. Mathæus. *in notis* ad Guido-
25 nem Papæ. *deciſ.* 137. *verb. victoriam habens.* Alii communiter diſtinguentes hanc recipiunt ſententiam, quando appellatus ex iiſdem actis condemnatus eſſet, contrariũ verò ſtatuunt, quando ex noviter productis probationib. facti condemnatio & reformatio prioris ſententiæ ſecuta fuiſſet, quod eo caſu compenſatio fieri debeat, Innocentius. *in c. finem litib.* 5. *n.* 4. *ext. de dolo & contum.* Bartolus. *in l generaliter.* 12. §. 1. *n.* 8. *C. de reb. credit.* Sichardus. *in d. l. properandum.* 13. §. *ſive autem alterutra. n.* 15. Paponius. *rerum judicatarum. lib.* 18. *tit.* 2. *art.* 18. Cothman-

mannus. *volum.*1.*reſpons.*60.*n.*145.Lancellottus.*de attentatis. part.* 3.*c.* 31.*n.*144.Mynſingerus.*cent.*2. *obſ.*89. Benderus. *de reviſione. conclus.* 9. *n.*8.quam diſtinctionem adhibet Scaccia. *de appellationibus. q.* 17. *limit.* 21.*n.* 55 etiam quando is,qui condemnatur in tertia inſtantia fuiſſet in prima & ſecunda victor;Et procedere illam in cauſis attentatorum, niſi novę illę probationes concernerent proprium factum ipſius ſuccumbentis, vel factæ fuiſſent de his, de quib. an eſſent vera, conſtare poterat,eidem etiam in primo judicio, quia eo caſu ille ab expenſis non excuſaretur, docet Lancellottus *de attentatis. part.*3.*c.*31.*n.*141.*& ſeq.*Mynſingerus.*d.obſ.*89.

26 Alii vero,quod appellatus debeat ab expenſis abſolvi propter juſtam litigandi cauſam, quam habuit ex ſententia priori,licet ex iisdem actis ſuccumbat Gloſſa. *in l. generaliter.* §. 2. *verb. diſpendij. Cod. de rebus creditis.* Vivius.*lib.*1.*decis.*47.*num.*5.ubi hanc ſententiam ut communem eò extollit, ut eam ſacroſanctiſſimam & veriſſimam in jure dicat, eum ſequuntur. Marpurgenſes. *volum.* 1.*conſil.* 15.*in fine.*1. Grȩvæus ad Gailium.*l.*1.*obſ.*152.*conſid.*1.*n.*7. Bachovius ad Treutlerum. *volum.*1.*diſp.*12.*theſ.*16. *lit.d.verbo.ſiquis in priori.* Carpzovius.*in proceſſ.jud. tit.* 24. *art.* 1. *n.* 70. Lauterbach. *diſput. de expenſis victoriæ.theſ.* 20. Sicut enim pro ſe habens deciſionem illuſtris Doctoris vel qui uſus fuit alicujus viri graviſſimi conſilio, juſtam litigandi cauſam habere dicitur,ut ab expenſis excuſari debeat, ita non minus ille, qui ſententiam primam obtinuit, appellationem ab adverſario interpoſitam non injuriâ pro-

ſequitur, præſumitur quippe pro ſententia, quod juſta ſit. Menochius.*de præſumptionibus. lib.* 2.*præſ.* 67.*n.* 22.*&* 24.cujus authoritati meritò inſiſtit appellatus, qui jus ſuum obtentum non debet indefenſum relinquere, dolo ſiquidem facere non videtur appellatus qui jure ſuo utitur.

Certe ego hanc Vivii deciſionem non improbo, nec eſt neceſſaria conſequentia, appellans obtinuit ex iiſdem actis ergo appellans in priori inſtantia
27 malam cauſam fovit, quod judex appellationis nonnunquam benè latas ſententias in pejus reformet, neq; enim melius pronunciat qui noviſſimus ſententiã laturus eſt, uti inquit Ulpianus *in l.*1.*ff. de ap-*
28 *pellationib.* Modo evidenter non appareat, appellatum ab initio ſciviſſe ſe injuſtam fovere cauſam v.g. ſi in primo judicio per calumniam falſa intendiſſet, vel ſtudiò ſubticuiſſet vera, quo ſic ſententiam in ſui favorem reportaret, Wameſius. *conſi.* 162.*n.* 3.Grεvεus.*d.conſid.*1.*n.*8.quippe cum mendaci negatione factum tegere conatus fuerit, non debet iniqua ſententia ei in patrocinium eſſe, cui cauſam pro maxima parte dedit ejus negatio; vel
29 quod ſententia â qua fuerit nulla, vel evidenter injuſta, contra leges & ſacras conſtitutiones lata, vel contra manifeſtum jus litigatoris. Fachinæus. *controverſiarum lib.* 1. *cap.* 41. quia nec dolo appellati, nec ejus temeritati craſſæ parcendum, utpote qui ſciverat ſententiam talem neceſſariò reformandam;
30 attatem Mynſingerus. *cent.* 5. *obſ.* 91.*n.* 3. 4.refert quod licet evidens doceatur nullitas (ut quia forte prophani judices de ſpirituali cauſa ſententiam dixe-

dixerint) ſi tamen in Camera cauſa reſervetur,nec
ad judicem Ordinarium remittatur, ſoleant expen-
ſæ compenſari Unde in judicis erit arbitrio & di-
ſcretione,ut diſcernat,quod hoc in paſſu & adveni-
entę caſu ſtatuat, Baldus. *in d. l. generaliter. §. 1. n.*
14. *Cod. de rebus credit.* Fachinæus.*d.cap.*41. Gailius.
lib. 1. obſ. 152. *n.* 5. qui Cameram Imperialem ap- 31
pellato ſuccumbente communiter compenſatio-
nem expenſarum decernere teſtatur, ita ut nun-
quam contrarium obſervaverit; Et hæc eſt cauſa, 32
cur in reviſorio Camerę Imperialis, ſi ſententia re-
formetur, æquius eſſe,ut expenſæ ſemper compen-
ſentur,doceat Benderus.*de reviſione.concluſ.9.n.*19.
propter efficacem prę ſumptionem quæ pro Colle-
gii illius ſententiis conſurgere dicitur, quę ſola in
reviſionis cauſa victum eâdem confidentiâ addu-
ctum à temeritate excuſare, & ab expenſis rele-
vare valeat; Illorum ſententiam admitto, qui ſta-
ſtuunt quod ſi in appellatorio producantur nova in-
ſtrumenta ex quibus appellatus intelligere poteſt
ſe neceſſariò ſuccumbere, nec illico liti cedit, quod
ab ipſa productione condemnari debeat in expen-
ſas, vide Berlich.*pract.concluſ.part.1.concl.78.n.37.*

Appellans ſi in appellatione ſuccumbat, ſen- 33
tentiâ priori confirmatâ, in expenſas ſemper & in-
diſtinctè condemnatur, ne temere quis litis tantum
protrahendę causâ ad beneficium appellationis
proſiliat, judiciaque per calumniam quaſi derideat,
idque jure Canonico ſancitum eſt. *c. ut debitus
honor.* 59. *ext. de appellationibus.* & *c. cum appel-
lationibus.* 5. *eod. in* 6. Baldus.*in l.fin.numer.*6.*Cod.*

quando provocare non eſt neceſſe, Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 152. *n.* 4. Weſenbecius. *ad tit. ff. de appellationibus.* *n.* 11. Menochius. *de arb. jud. qq. caſu* 445. *n.* 6. Lanfrancus de Oriano *in c. quoniam contra.* 11. *n.* 696. *ext. de probationib.* Marpurgenſes. *volum.* 1. *conſil.* 11. *n.* 112. qui in hoc diſtinctionem rejiciunt, utrum ex iiſdem an ex novis actis denuo condemnatus ſit. Joannes Crotus de Monteferrato. *in c. ex ratione* 8. *n.* 8. *ext. de appellationib.* Ordinatio Civitatis Oſnabrugenſis. *part.* 2. *tit.* 29. *§ fin.* Quod tamen in ſenatu appellationum Dreſdenſi ex obſervantia dudum recepta rariſſimè obſervari refert Carpzovius *de proceſſ. ju-*
34 *dic. tit.* 18. *art.* 6. *n.* 96 quem miror, talem juri contrariam obſervantiam ibidem defendere, quaſi rationibus ſuffulta ſit, ſatisq; pœnæ habeat appellans prioris inſtantiæ ſententiam, per quam causâ cecidit confirmari, & ad executionem remitti, ut hinc durum foret, afflicto novam afflictionem per condemnationem in expenſas addere, nec litem vix frivolè aut temere videatur protrahere, qui cauſam in priori inſtantia perditam ſuperioris judicis cenſuræ atque judicio ſubmittit, meliorem ac magis proficuam ſperans ſententiam, & ſolam temeritatem expenſis mulctandam eſſe; Hæc argumenta tanti non ſunt, ut attendi debeant, ſiquidem afflictus dici nequit, qui ex obligatione juſtè condemnatus eſt, nec nova afflictio, quam ipſe ſibi cauſavit temere appellando, quia damnum hoc quod ſuâ culpâ ſentit, ſibi, non appellato imputare poteſt *c. damnum.* 86. *de Reg. jur. in.* 6. Idcirco Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ. *part.* 2. *tit.* 31. §. 2. malitiosè appellantem, & ſe-

ſereniſſimus Princeps Chriſtianus Ludowicus in Ordinatione Cellenſi *art.* 34. Leuterantem, qui declarationem non obtinuit, & *art.* 42. de nullitate malitioſè dicentem, non in expenſas ſolum adverſario, ſed & in pœnam fiſco condemnari mandavit, Et juxta dictum Conceptum Ordinationis Cameralis. *part.* 3. *tit.* 62. petens reſti utionem adverſus ſententiam ex cauſis non legitimis nec ſatis relevantibus in expenſas condemnatur; Certe commiſeratio cum appellante frivolè haberi non poteſt, ne impunè & judicem deſpexerit, & adverſarium in majores induxerit expenſas, ipſa juſtitia exigit reparari damnum appellato; Non nego interim obveniente caſu eas etiam condonari poſſe, ſi vel cauſa de qua litigabatur fuit intricata, vel quæſtio inter doctores adeo controverſa, ut de ſententia communiori & recepta non conſtaret, de quib. capite ſequenti agam; Hæc judicis diſcretioni ſubjiciuntur, ut judicet num frivolè an probabili ratione inductus appellaverit, videatur Aufrerius ad Capellam Tholoſanam. *quæſt.* 223. *n.* 3. In dubio tamen contra appellantem præſumitur, quod malam habeat cauſam. *l. fin. §. illud. Cod. de tempor. appell.* Marpurgenſes. *vol.* 1. *conſil.* 18. *n.* 65. 35 36

Ut autem hęc condemnatio fiat à judice, neceſſe eſt, eam fuiſſe à victore petitam, etſi non in libello, ſaltem in calculo ferendę ſententiæ, Caſtrenſis. *in d. l. properandum. §. ſive autem alterutra. n.* 3. quod ni fuerit factum, judex victum in expenſas condemnare non tenetur, nec inde litem ſuam facit, quia officium ſuum impartiri 37

non tenetur niſi imploratus, nec quidquid judicis poteſtati permittitur, id ſubjicitur juris neceſſitati. *l. non quidquid.* 40. *ff. de judiciis.* & ibi Bartolus. §. *judex. n.* 1. Gloſſa. *in c. ult. verb. expenſis. & damnis. ext. de reſcriptis.* Felinus. *in c. ſignificaverunt.* 11. *n.* 4. *ext. de exception.* Practica Papienſis. *in forma. libelli actionis realis. gloſſ.* 25. *n.* 6. Covarruvias. *pract. quæſt. cap.* 27. *n.* 5. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 21. Mynſingerus. *cent.* 2. *obſ.* 22. Maranta. *in ſpeculo. part.* 6. *de libelli. oblat. n.* 18. Berlichius. *volum.* 1. *conclus.* 78. *n.*

38 54. *& ſequent.* Ita ſtatutum, quod ſub certa pœna, & verbis quidem neceſſitativis mandat judici aliquid facere, quod privatum commodum reſpicit, veluti compellere agnatos ad compromittendum, acta ad peritos tranſmittere, certo tempore cauſam terminare, & ſimilia, intelligendum eſt ſi id à parte petatur, Abbas Panormitanus *in. c. finem litibus.* 5. *n.* 34. *ext. de dolo. & cont.* & in *c. cum ſit generale.* 8. *n.* 5. *ext. de foro compet.* quod judex omittendo non peccet, ſi non fuerit interpellatus Felinus. *in. c. ſin autem.* 9. *n.* 4. *ext. de reſcriptis.* Jaſon. *in. l. admonendi.* 31. *n.* 16. *ff. de jureiur. in lectura.* ubi multa affinia congeſſit, exemplum eſt in Receſſu Imperii noviſſimo. §. Doch mit dem Zuſatz. ubi neceſſitatur judex acta reviſionis ad juriſprudentes tranſmittere, cum hoc additamento, ſi debitè ac legitime petitum fuerit.

39 Poſſe tamen judicem etiam abſque partis imploratione de expenſis pronunciare, omnes concedunt, quia expenſę maximè poſt litem conteſtatam factæ veniunt quodammodo in conſequentiam inſtitutæ actionis, & ſic actioni incluſe ſunt, ut

ut judex de iis pronunciare poſſit, *l. ædiles.* 25. §. *idem ſciendum. ff. de ædilit. edicto.* ubi Ulpianus dicit, judici omnium rerum officium incumbere, quæcunque in judicio verſantur; verſantur autem in judicio expenſę factæ poſt litem conteſtatam, ſi non expreſsè ſaltem tacitè; Siquidem de iis, quæ ante litem conteſtatam emergunt, non niſi imploratus pronunciat, Hunnius. *in Encyclopedia. part.* 2. *tit.* 22. *n.* 27. Fabritius. *in corp. jur. Cameral. tit.* 89. *de expenſis.* per Gloſſam. *in c. finem litibus. verb. expenſas in fin. ext. de dolo & contum.* de quo tamen non abſque ratione dubitatur, & contradicunt Innocentius. *in. c. ſæpe contingit.* 44. *n.* 2. *ext. de appellat.* Abbas Panormitanus. *ibidem. n.* 24. rationes vide *ſect.* 6. *n.* 16. 40

Et Saliceto videri poſſet, etiam judicem teneri condemnare victum in expenſas, quamvis petitum non ſit, per. *l. properandum.* 13. § *ſive autem alterutra. Cod. de judicijs.* ubi ſine ulla limitatione mandatur judicibus de expenſis pronunciare, adjectâ comminatione, quod ſi id prætermiſerint, ipſi eas parti læſæ de proprio rependent, facit. *d. l. ædiles.* 25. §. *item ſciendum.* ubi judicis officio incumbere dicitur, quod verbum neceſſitatem quandam importare videtur, ideo hanc ſententiam in jure veriorem dicunt. Felinus. *in d. c. significaverunt. n.* 4. Sichardus. *in. d. l. properandum.* §. *ſive autem alterutra. num.* 18. & omittendo condemnationem expenſarum, ubi perfidia rei pateſcit, abuti judicem arbitrio & facere injuſtitiam. Scaccia. *de appellationibus. quæſt.* 17. *limit.* 21. *n.* 35. 41

Prę

42 Prævaluit tamen prior Bartoli & ſequacium ejus ſententia, tanquam communior & uſu recepta, qui interim non exigunt, ut expenſæ petantur expreſsè, ſed implicitè, & tacitè peti pro ſufficienti habent, ut judex victum in eas condemnare præ-
43 cisè teneatur, veluti ſi libello adjecta eſſet clauſula illa, peto ſententiam ferri pro me, quod cenſcatur petiiſſe, quod feratur tam in principali, quam in acceſſoriis & expenſis. Caſtrenſis. *d. §. ſive autem alterutra. n.* 3. Baldus. *ibidem. n.* 5. Berlichius. *d. concluſ.* 78. *num.* 59. Jaſon. *tit. de actionibus. §. o-*
44 *mnium. num.* 146. vel clauſula illa, peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo, Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 21. Mynſingerus. *cent.* 3. *obſ.* 22. Berlichius. *d. concluſ.* 78. *n.* 60. de hac clauſularum dictarum virtute dubitat Covarruvias. *pract. quæſt. c.* 27. *n.* 5. Securius erit ſaltem de expenſis proteſtari, cenſetur enim judex per id interpellatus de condemnatione expenſarum facienda, in tantum ut ſi judex prætermitteret, litem ſuam faciat, Maranta. *d. part.* 6. *de libelli. oblat. n.* 18. Scaccia. *de judiciis. lib.* 1. *c.* 50. *n.* 29. Grævæus ad Gailium. *d. obſ.* 151. *conſid.* 1.
45 *n.* 11. *ad fin.* Quod ſi judex de expenſis pronunciare intendit, non ſolum per verba abſolvo vel condemno, ſed etiam per æquipollentia mentem ſuam declarare poteſt, quia non refert quibus verbis utatur, dummodo intentio ipſius percipi poſſit. *l. in ſententiis.* 59. *in princip. ff. de re judicata.* Treutlerus. *vol.* 2.
46 *diſp.* 23. *lit. a.* Sed ubi verbum omnino deficit, ut quaſi truncatus ſit ſermo, verbi gratia, judex dicat abſolvo reum, & victum victori, nihil ulterius addendo,

Scac-

Scaccia.*de ſententia & re judicata gloſ.*14.*quæſt.*28. *n.* 19. *& ſeq.* quinque format caſus, quorum ſummam breviter recenſebo, 1. ſi judex pronunciat ſententiam condemnatoriam addens, & victum victori in expenſis, quod in ea verbum condemno quaſi repetitum ſubaudiri debeat, 2. vel reum in negotio principali abſolvit ſubdens, & victum victori in expenſis, quarum taxationem nobis reſervamus, quod actor ſit propter abſolutionem rei victus, & condemnatus in expenſas intelligi debeat, licet verbum condemno non poſſit ſubintelligi repetitum, ſubintelligatur tamen de novo ex conſequentia efficaciori, quia verba, quarum taxationem, &c. condemnationem neceſſariò ſupponunt, eſt enim taxatio quædam executio condemnationis, 3. ſi in caſu mox dicto deficiant verba, quarum taxationem &c. quod adhuc juxta communem uſum loquendi verbum condemno ſubaudiri debeat, quia in abſolutione non dicitur victum victori, ſed ſimpliciter victum, etiam non dicitur in expenſis, ſed ab expenſis abſolvimus, idcirco, 4. idem dici debeat in caſu, quo judex ſimpliciter pronunciaſſet, & victum in expenſis, quia verbum, *in*, male applicaretur abſolutioni, 5. Quod ſi vero judex ſive in negotio principali reum abſolviſſet, ſive condemnaſſet, & ſubjungeret, & victum victori ab expenſis, victus ab expenſis abſolutus cenſeri debeat, quaſi dixiſſet, & victum abſolvimus ab expenſis, ne ad illas victori teneatur. Interim ſi judex condemnationem expenſarum omiſiſſet, ſtatuunt Doctores quod poſſit totâ illâ prolationis die ſupplere, per textum. *in l. Paulus.*

47 48 49 50 51

42. *in fin. ff. de re judicata.* videtur etiam facere textus. *in c.cum appellationibus.* 5. *de appellat. in* 6. Innocentius. *in c. finem litibus.* 5. *num.* 16. *ext. de dolo & contum.* Speculator. *tit. de expenſis.* §. *poſtremo. n.* 4. Baldus. *ibidem in annotationibus. verſu, poſſunt expenſæ.* Maranta *in ſingul. & juris notab. verbo expenſæ.* Scaccia *de ſententia & re judicata.*
52 *gloſſ.* 14. *quæſt.* 17. *n.*62. Sed his contradicit Berlichius. *d. concluſ.*78.*n.*62. per textum *in l.ſi depoſita.* 4. *C. depoſiti.* & *l.judex poſteaquam.*54.*ff.de ſentent. & re judic.*& quod ſtatim ut ſententia lata eſt, alteteri partium jus ſit quæſitum, quid ſine facto ejuſdem auferri nequeat. *l. id quod noſtrum.* 11.*ff. de Reg.jur.*ad *d.l.Paulus.*reſpondet,eam locum habere poſſe, ſi ſtatim pro ipſo tribunali expenſæ peterentur,antequam partes diſcedant,& judicium ſit abſolutum & dimiſſum, non autem ſi eo finito demum peterentur; Imterim in Camera priorum ſententia non obſervatur, teſtibus Gailio.*lib.*1.*obſ.*151.*n.*22. & Mynſingero.*cent.*2.*obſ.*22.
53 Quod ſi judex in definitiva victum in expenſas non condemnet, eum abſolviſſe cenſetur. *d l.terminato.*Lanfrancus de Oriano.*in d.c.quoniam contra.n.* 691. Menochius. *de præſumptionibus. lib.*2.*præſ.*89. Marcus Antonius de Amatis. *deciſ.*66.*n.*3, quia terminato judicio ad eas conſequendas, quæ judicis officio mercenario veniunt,alia actio non datur.
54 Ad verte tamen,quod ſi petitæ fuerint expenſę,& judex de iis nihil pronunciaverit, dici non poſſit, abſolutionem tacitè factam eſſe, ut communis mos loquendi habet, ſed omiſſam condemnationem ex-

pen-

penſarum, quæ lite finitâ amplius peti non poſſunt, ceſſante judicis officio. Salgado. *de regia protect. part.3.cap 16.n.63.* Sed an à tali omiſſione condemnationis appellari poſſit vel debeat? Guilhelmus de monte Laudano *in clement.ſæpe.2.n.9.de verb.ſignif.* voluit, quod ex hoc ſolo non poſſit appellari à victore,niſi aliud gravamen concurrat,per.*l.2. C. de fruct.& lit.expenſ.*ſed malè allegatur lex illa, melius pro ipſo facit. *l.fin. C. quando provoc non eſt neceſſe,* quæ tamen de eo caſu loquitur, quando victus appellavit,ne etiam victor videatur fruſtra dehoneſtare honorem judicis, & ſuperfluum quid agat, cum poſſit abſque eo in progreſſu appellationis omiſſa condemnatio expenſarum ab appellato peti,ſive ab initio petitæ fuiſſent nec ne, quod & juris eſt,ſi victus non appellat,ſed dicit ſolum de nullitate.Scaccia. *de appellationib. q.* 17.*limit.*21.*n.*11.Inde ad caſum quo victus non appellat rectè minus infertur; juri ergo conformius appellationem tunc concedi ſtatuunt Felinus.*in c.ſignificaverunt.* 11.*n.*3. *ext. de exceptionib.*Natta *in d.clement.ſæpe.§. qua omnia. n.* 29. Speculator. *tit. de appellationibus.§.in quib.n.*25. Covarruvias.*pract.quæſtion.c.*27.*n.*5.Scaccia *de appellationib.q.*17.*limit.*21.*n.*33.etiam in caſu quo judex condemnat in expenſas,ſed non ſufficienter,*d.l. fin.*verb.*minus quam oportuerat.* Imo ſi judex abſolvit victum ab expenſis,neceſſariò victorē appellare, ne ſententia quo ad abſolutionem in judicatum eat, licet & ipſe victus appellaſſet,docent Felinus *cit.loco. n.* 2. *limit.*1. Covarruv.*d.n.*5.*verſ.cæterum.*quod declarat AbbasPanormitanus.*in.d,c.ſignificaverunt.*

num.

57 *num.* 8. ſi victus ab articulo ſolo contra ſe faciente appellaſſet, nam particularis appellatio victi non ſuſpendit partes ei utiles, conſequenter non fit communis utrique, niſi in capitulis à quibus provocatum eſt; quod ſi verò provocaſſet ſimpliciter pappellatio hæc etiam victori proficiat, & hæc declaratio videtur etiam fuiſſe de mente Felini. *d. num.* 3. & Scacciæ. *d. limit.* 21. *n.* 17. in verbis, quia appellatio ſimplex devolvit totum negotium ſententiæ, etiamſi ſententia contineat plura capitula ſeparata, & *n.* 19. *ibidem.* Quod ſi ergo appellavit victus, is in prejudicium appellati non poteſt appellationi renunciare, quin victori liberum ſit eam proſequi ſuper omiſſa condemnatione expenſarum, etiam in caſu quo victus omiſit proſequi, eamque ſinit fieri deſertam, ne alias concedere velimus per *d. l. fin.* decipi poſſe appellatum ex facto adverſarii, qui abſq; dubio appellaret, & lapſo fatali appellationi renunciaret, & ita excluderet victorem à ſpe conſequendi expenſas

58 ſibi debitas, Scaccia. *d. limit.* 21. *n.* 7. *& ſeq.* Hæc, modo ante ſententiam expenſæ à victore petitæ fuiſſent, ſecus ſi eas petere neglexiſſet, quod negligentiæ ſuę imputare debet; Non enim dicitur judex gravare non condemnando in expenſas non petitas juxta ante dicta, quia officium ſuum non impartitur niſi imploratus. *l.* 4. *§. hoc autem judicium. ff. de damno inf.* ergo victor non gravatus non appellat Abbas Panormitanus *in. d. c. ſignificaverunt. num.*

59 10. Felinus. *ibidem. numer.* 4. Contrarium in praxi ſervandum ſuadet Scaccia. *d. limit.* 21. *num.* 35. quia etiam judex non imploratus in expenſas condemnare poſſit, & ex juſtitia teneatur, quem de hac

hac materia more ſuo diverſimodè amplian:em & limitantem videre poteris; Eandem ſententiam contrariam tenuit Petrus Paulus Pariſius *in d. c. ſignificaverunt. n.* 14. in expenſis poſt litem conteſtatam factis, ſed ex hac ratione, quod judicis officium ita vigeat coram judice ad quem, ſicut coram judice à quo, & tales expenſæ veniant officio judicis, & in omiſſis per negligentiam partis etiam concedatur appellatio, in quam videtur quoque inclinare ipſe Felinus *ibid. n.* 5. *verſ. eſt autem advertendum.* ad quos brevitatis amore me remitto. Eo ſaltem caſu, quo appellans non proſequitur appellationem, nec victor ante deſertionem petiit expenſas in condemnatione omiſſ:s, non ſupereſſe medium, quo victor eas impetret, ſecutus Felinum ſtatuit Scaccia *de appellationib. q.* 17. *limit.* 21. *n.* 10. An autem admittatur appellatio à ſententia tertia conformi, quæ in expenſas omnium trium inſtantiarum condemnat victum, caſu quo in duabus prioribus de iis nihil deciſum erat, videas apud Covarruviam *pract. quæſt. cap.* 25. *n.* 6. & Scacciam *de appellationib. q.* 17 *limit.* 21. *n. fin.* affirmantem. & *limit.* 1. *n.* 45. ne extra propoſitum eam. Ex his infertur à fortiori, quod à condemnatione expenſarum appellare liceat. Scaccia *de appellationib. q.* 17. *limit.* 21. *n.* 56. 60

Sed cum interſit in modo interponendę appellationis, utrū ab interlocutoria, an à definitiva appellatum ſit, quærunt aliqui; ſententia expenſarum definitiva ſit, an interlocutoria, quod breviſſimè expedit Robertus Maranta *in ſpeculo part.* 6. *actu* 1. *n.* 36 eam interlocutoriam definiens, quæ ſtante proceſſu 61

ante definitivam fit, illam verò definitivam, quæ unà cum definitiva profertur, cenſentur enim expenſæ quaſi connexæ ipſi cauſæ principali, de qua definitivè prolatam eſt, argumento, *leg. omnem honorem* 10. *Cod. quando provocare non eſt neceſſe.* ubi appellatione factâ à definitiva ſuper ipſa cauſa, etiam devolvitur cognitio expenſarum ad ſuperiorem.

SECTIO. V.

Quando non ipſe litigans, ſed ejus procurator vel adminiſtrator condemnandus ſit in expenſas.

SUMMARIA.

1. *Factum procuratoris contumacis an noceat domino quoad condemnationem expenſarum, ſententia Bartoli.*
3. *Affirmat Innocentius.*
4. *Reſpondetur contrariis.*
2. *Factum procuratoris in quibus noceat domino.*
5. *Mulcta requirit veram contumaciam, expenſa fictam.*
6. *Immiſſio ex ſecundo decreto requirit veram contumaciam.*
7. *Contumacia ſi procedat à procuratore, debet ab ipſo non à domino purgari.*
8. *Culpa & negligentia procuratoris ab eodem reſarcienda eſt.*

9. *Pro-*

9. *Procurator non exhibens debito tempore mandatum, condemnatur in expenſis.*
10. *Procuratorum tergiverſationes coërcendæ ſunt.*
11. *Tutor vel adminiſtrator litem malitioſè inſtituens in expenſis condemnandus eſt.*
12. *Secus ſi malitia abeſſet.*

NOn rarò evenit, quod non partes ipſæ ſolùm, quarum nomine principaliter lites aguntur, ſed & earum procuratores & adminiſtratores, vel contumaciâ, vel protelatione, tergiverſatione, vel temeritate ſua faciant, ut condemnatio expenſarum decerni debeat.

Quocirca quæſtio controvertitur, an factum procuratoris contumacis & inobedientis præjudicet 1
domino, quoad expenſas refundendas; Bartolus quidem *in l. omnibus. §. ſi procurator. ff. ſi quis jus dicenti.* voluit, quod contumacia radicetur in illo, cui incumbebat aliquid facere, ideo diſtinguit, an ipſi domino quidquam facere mandatum ſit, qui mittit pro eo expediendo procuratorē contumacem, quod domino per eum præjudicetur, per tex. *in l. ſi procuratorē. 8. §. ſi tutores. ff. mandati*, non verò, ſi ipſi procuratori jam conſtituto mandaretur, imputari domino in iis, quæ magni ſunt præjudicii, quamvis in minoribus adhuc domino imputari debeat, quam diſtinctionem non ſubſiſtere patet ex eo, quod levis mulcta ſit modici præjudicii, & ex contumacia procuratoris illa domino injungi non poſſit. *d. §. ſi procurator.* econtra ex contumacia procuratoris poſſit 2
ad definitivā procedi, *c. causā. 3. ext. de dol. & contu.*

 & pro-

& propter contumaciam procuratoris non reſpondentis poſitionibus, habeantur eæ pro confeſſis in præjudicium domini, *c. ſi poſt præſtitum* 2. *de confeſ-*
3 *ſis.in* 6.& contumacia procuratoris in non appellando præjudicet domino.*l.* 1.*§.fin.ff. quando appelland. ſit.* & poſſit dominus excommunicari propter contumaciam procuratoris. *c.* 1. *in fin. extr. ut lite non conteſt.* quæ utique magni ſunt præjudicii. Sequor Innocentium, qui ſimpliciter ſtatuit *in dict. c.* 1.*n.*6. *extr.ut lite non conteſt.* contumaciam procuratoris, tam non comparentis, quam non reſpondentis certo articulo nocere domino quoad expenſas, non propter dolum vel culpam procuratoris, quia illa in mandato generali uti delictum excluſa cenſetur, ſed propter negligentiam domini in eligendo malum procuratorem, argumento *l.cum mandatu.* 23. *ff.de minorib. l.ult.* §. *hac autem actione.ff.naut.caup. ſtabul.* & *l.eum qui* 10. §.*fin.cum ſeq.ff. commodati.* ubi expreſsè dicitur, teneri dominum de culpa procuratoris, ſi minus idoneum elegerit. Facit *l. quod ſi nolit.* 31.*§ ſi mancipium,in verb.procuratori.ff.de ædilit.edict.*& *l.utique autem.*16.§.*culpa.ff. de rei vindicat.* & ibi Gloſſa dicens, culpam intelligi ejus, qui imperitos advocatos elegit pro peritis, per quam infert Sichardus *ad l.emptor fundi.*8.*n.*19. *Cod.de evictione*, quod ſi emptor elegit indoctos, & non legales advocatos & procuratores, & inde res evicta eſt, id ſibi imputare habeat, nec ullum regreſſum de evictione contra venditorem de jure prætendat.

4 Non facit in contrarium quod impoſitio mulctæ & expenſarum condemnatio *in d.l.un.§.fin.ff.ſi quis jus*

jus dicenti. æquiparentur, & ibidem *in* §. *ſi procurator.* mulctam contumaciæ procurator, & non dominus ſuſtineat; Illa ſiquidem comparatio procedit ſecundum quid, ſicut enim quis poteſt ob contumaciam mulctari, ita & in expenſas condemnari, quod non procedit è converſo reſpectu ejuſdem perſonæ, ut ſemper idem, qui in expenſas condemnatur, etiam mulctari poſſit, quia mulcta merè pœna eſt, & expenſæ intereſſe ſunt partis, idcirco im- 5
poſitionem mulctæ præcedere debet contumacia vera, quæ à procuratore immediatè commiſſa in ipſo puniri æquius eſt, ad expenſarum verò condemnationem ficta ſufficit, quæ domino imputatur, Bartholom. Socinus *in d.* §. *ſi procurator. n.* 13. Hæc ſententia jam dudum in judiciis obſervata eſt teſte Jaſone *in d.* §. *ſi procurator. n.* 15. Non intendo ultra expenſas hic attingere, quid in ſimili de ſecundo decreto vel excommunicatione ſtatuendum foret, poteris conſulere Bartolum, Socinum & Jaſonem *citatis locis.* requiritur enim ad impoſitionem ſe- 6
cundi decreti vel excommunicationum vera contumacia & latitatio fraudulenta, *l. fulcinius* 7. §. 1. & 2. *ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*

7 Interim ſi notoriè conſtaret, contumaciam, temeritatem, vel tergiverſationem ab ipſo procuratore proceſſiſſe; culpam authoris redargui juris eſt, Maranta *in ſpec. part.* 6. *actu ult. princip. n.* 40. argum. *l. ſi quis miſſum.* 17. §. 1. *ff. de damn. infect.* ubi Gothofredus *in notis lit. e.* dicit, quod procurator, licet ſit in cauſa conſtitutus, de delicto ſuo teneatur. Quocirca in Camera imperiali, notoria contumacia

procuratoris ipſiuſmet, non principalis ſui expenſis purganda eſt, Conceptum Ordin. Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 50. §. wo auch. & quoties pars altera in interlocutoria ſuccumbit, idque conſtat ex
8 dolo, culpa, negligentia, vel etiam imperitia procuratoris eveniſſe, ipſe & non principalis ejus in expenſis condemnatur. dict. Ordinat. Cameral. *part.* 3 *tit.* 59. §. wir wollen auch. 7. & procurator malè ordinans proceſſum citra principalis intentionem in expenſas condemnandus eſt. Caſtrenſ. *vol.* 1. *conſil.* 67. hinc per Ordinationem Hannoveranam *tit.* 14. §. 5. etiam advocatus, qui dubias & extravagantes reſponſiones concepit, in expenſas iſtius termini condemnatur. Etiam is, qui abſque ſpeciali ad hoc mandato ante ſententiam appellat, condemnatione expenſarum mulctatur. Speculator *tit. de execut. ſent.* §. *ſequitur. num.* 7. Et juxta receſſum Imperii Auguſtanum de anno 1566. §. als auch für⸗kompt. 87. Decretum Camerale publicatum anno 1593. die 30. Martii §. 3. Receſſum Deputationis Spirenſis de anno 1600. §. wird aber einer *in cauſa pendente.* 69. & Conceptum Ord. Cameralis renov. *part.* 1. *tit.* 33. §. 3. *& ibi not.* & *part.* 3. *tit.* 14. *§.* 7. *cum not. ibid.* procuratores qui mandata procuratoria
9 debito tempore non exhibent, litem per hoc protelantes, in expenſas moræ & retardatę litis condemnantur, quod & cavetur noviſſimâ ordinatione Cellenſi *art.* 7. *verſ.* ſo aber jemand. & per Ordinationem Civitatis Oſnabrugenſis *part.* 2. *tit.* 4. *§.* 1. condemnatur procurator in expenſas, qui ante litem conteſtatam non exhibet mandatum procura-

torium

torium cum ratificatione retroactorum, & fit executio expenſarum contra procuratorem, qui ſine mandato agit, Maranta *in ſpeculo part. 6. actu ultimo num.* 40. Imo licet procurator haberet mandatum, idque ſit generale tantum, & intentavit litem magnam vel ignominioſam, ut condemnari debeat in expenſas, has ille & non dominus reficere debet, juxta Bathol. Socinum, *in l. ſi ſe non obtulit. 4. n. 18. ff. de re judicata.* intelligo, ſi dominus non ratificaret proceſſum ſpecialiter. vide inferius *capit.* 12. *numer.* 70.

Quod ſi hæc à judicibus & eorum referentibus 10
debitè obſervarentur, maximo partium emolumento lites abbreviari videremus, quot non inanes altercationes in puncto cautionis reciprocantur? quot non receſſus dilatorii dictantur ad protocollum à procuratoribus? nullo alio fine, quam ut præter negligentiam ſuam liberè protrahendam, etiam ſtipendium terminorum obtineant; Certè mercimonium quoddam exercent procuratores inter ſe, dum alter alteri invicem connivendo tot retardationes & tergiverſationes ultro indulget, abſque eo, quod apud judicem ſuper hoc ſeriò conqueratur unquam, & ſententiam petat, contra inhibitionem Concepti Ordinationis Cameralis renovatæ, *part.* 3. *titul.* 10. §. und ſollen ſie. 5. §. es ſollen auch. 13. Ceſſarent hæc, ſi ut par eſt, in temeritates procuratorum condemnatione expenſarum animadverteretur.

11 Tutor vel adminiſtrator, ſi litem malitioſam & temerariá inſtituat, ipſemet in expenſas condemnatur *l. non eſt ignotum. 6. C. de admin. tutor.* facit *d. l. ſi quis miſſum. 17. §. 1. & 2. ff. de damn. infect.* cui obſtat *l. qui ſolidum. 78. §. etiam reſpublica. ff. de legat. 2.* ubi reſpublica & pupillus condemnantur, reſervato illis regreſſu contra tutorem ad adminiſtratorem, ut expenſas recipiant, Bartolus *ibid.* & *in l. ſi ſe non obtulit. 4. ff. de re judicata.* utrumque fieri poſſe autumat, & liberari pupillum cedendo actionem contra tutorem per *l. fin. ff. de admin. tut.* Jaſon. *in d. l. ſi ſe non obtulit. n. 12.* tutius videtur, ſemper condemnari tutorem quoad expenſas nomine proprio, per textum clarum *in d. l. non eſt ignotum.* nec eſt quod tutor allegare intendat, quod nomine pupilli condemnatus ſit, ex quo talis condemnatio expenſarum proceſſit ex dolo vel culpa tutoris, qui temerè vel malitiosè litigavit, cujus facto pupillum damno affici iniquum foret. *l. neque infantes 36. in princip. ff. de fideicom. libert.* Ideo cum virginis alicujus deſponſatę curatores vellent reſcindere ſponſalia, &
12 in lite ſuccumberent, in expęnſas condemnatos eſſe, quos à virgine non repeterent, teſtatur Brunneman. *cent. 3. deciſ. 16.* Culpâ tamen tutoris ceſſante, ut quia de illa non conſtat manifeſtè, & litigavit de conſilio advocati, expenſis etiam non eſt ille gravandus, argumento *leg. 3. § ſufficit. ff. de contrar. act. tut.* & ita intelligo Marantam *in ſpeculo. part. 6. actu 3. princip. num. 39.*

SECT.

SECTIO VI.

Quo jure petantur expenſæ.

SUMMARIA.

1. *Expenſæ contumaciales petuntur jure actionis.*
2. *Etiam per modum exceptionis.*
3. *Poteſt hæc actio intentari poſt ſententiam quæ in judicatum tranſiit.*
4. *Negant hoc alii.*
5. *Reſpondetur.*
6. *Judex abſolvens ſimpliciter ab expenſis cenſetur abſolviſſe ab iis, quæ judicis officio mercenario veniunt, non quæ jure actionis.*
7. *Expenſæ, quæ occaſione delicti debentur, peti poſſunt poſt ſententiam, etiam quamvis tranſactum eſſet inter partes.*
8. *Judex declarans aliquem contumacem an cenſeatur tacitè in expenſas condemnaſſe?*
9. *Judex revocans attentata an cenſeatur implicitè in expenſas condemnaſſe?*
10. *Mandato quando jubetur pareri non obſtantib. exceptionibus an cenſeantur expenſæ comprehenſæ?*
11. 13. *Expenſæ retardati proceſſus an actione ſeparatâ peti poſſint?*
12. *Expenſæ deſertionis petuntur actione ſeparatâ poſt ſententiam.*
14. 24. *Expenſæ ex lege vel ſtatuto debitæ petuntur jure actionis.*

15. *Expenſæ temerariæ citationis quo jure petantur.*
16. *Expenſæ victoriæ petuntur ſolo officio judicis mercenario. Reſolvuntur contraria.*
17. *Expenſæ debitæ ex mutatione libelli an jure actionis petantur?*
18. *Sunt præjudiciales, ut proceſſum impediant quouſq; refundantur.*
19. *Judex an poſſit in ſententia reſervare ſibi condemnationem expenſarum, vel victori actionem ad eas?*
20. *Judex reſervans ſibi facultatem condemnandi in expenſas, amittit facultatem eâdem die ſupplendi.*
21. *Judex in interlocutoria reſervare poteſt condemnationem expenſarum ad definitivam.*
22. *Condemnatione expenſarum factâ competit victori actio ad eas ex judicato.*
23. *Expenſæ debitæ ex contractu peti poſſunt poſt ſententiam actione ſeparatâ.*

REmedium juris, quo litis expenſarum refuſio petitur, diverſum eſt, ſicut & expenſæ diverſæ ſunt naturæ, quandoque enim datur actio, aliàs competit ſimplex officii judicis imploratio.

1 Jure actionis illæ peti poſſunt, quę propter contumaciam commiſſam refici debent, ex edicto *ff. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.* ut non ſolum ad eas conſequendas judicis officium mercenarium implorari poſſit, etiam indirectè, ut denegetur

tur contumaci audientia, uſque ad refuſionem expenſarum, ſed etiam intentari actio in factum. Abbas Panormitanus *in cap. finem litibus.* 11. *num.* 32. *extr. de dolo & contum.* Bartolus *in leg. omnibus.* §. *hoc judicium. num.* 1. *ff. ſi quis jus dicenti.* Jaſon. *ibid. num.* 5. Bartholom. Socinus *ibidem num.* 4. Baldus *in leg. ſancimus.* 15. *num.* 8. *Cod. de judiciis.* Paulus Caſtrenſis *ibid. num.* 4. Sichardus *ibidem num.* 11. quamvis Speculator *tit. de expenſis.* §. *ſi ante. num.* 2. diſtinguere velit inter contumaciam evidentem & præſumptam, quod commiſsâ illâ expenſæ repeti poſſint officio judicis ante litem conteſtatam, propter hanc verò jure actionis nominatim in libello.

2 Repetuntur etiam quandoque per modum exceptionis, velut ſi pars altera excipiendo de contumacia commiſſa renuat reſpondere, quouſque refundantur expenſæ contumaciæ, Sichard. *d. n.* 11.

3 Quæ actio juxta Paul. Caſtrenſem *in d. l. ſancimus n.* 4. Barth. Socin. *in d.* §. *hoc judicium. n.* 7. Zanger. *in c. ſæpe contingit.* 44. *n.* 24. *extr. de appell.* Salgadonem *tract. de regia poteſt. part.* 3. *c.* 16. *n.* 42. Carpzovium *definit. forenſ. part.* 1. *conſt.* 31. *def.* 23. & alios, etiam latâ ſententiâ, quæ in judicatum tranſiit, proponi poteſt ſeparatim, licet expenſæ non fuiſſent ante petitæ, ex dictis Gloſſæ *in l. non ſolum. verb. oportere. ff. de legat.* 3. & *in l. ſi mulier. verb. fortaſſis.* Bartoli *ibid. ff. de legat.* 3. eò quod actio ad illas etiam duret poſt ſententiam.

Non obſtat huic ſententiæ *l.* 4. *Cod. depoſiti.* ubi condemnatione factâ ſuper ſorte uſuræ peti non poſ-

poſſunt, quia ut textus innuit uſurarum ſeparata a-
4 ctio non erat; Videtur interim quod Baldus ſe opponat. *in d. l. ſancimus. n.* 18. quem ſequitur Lanfr. de Oriano. *in c. quoniam contra.* 11. *nu.* 711. *extr. de probat.* videatur etiam Abbas Panormit. *in d. cap. finem litibus, n.* 12. hoc nixus fundamento, quod hæc actio in factum ſit ſurrogata in locum officii judicis mercenarii, quod, ſicut non durat ultra ſententiam, ita nec hæc actio, quia ſurrogatum induit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatum eſt, & quod ubi principale effugit cognitionem judicis, ibi acceſſorium diſceptari non poſſit, juxta notata Innocentii *in c.* 1. *ext. de ſequeſt. poſſeſſ.* & ne lis ex lite oriatur;
5 Reſpondeo non videri ſimpliciter verum, quod hæc actio in locum officii judicis mercenarii ſurrogata ſit, ſed eſt ei in pœnam contumaciæ addita, manet preter eam judicis officium, idcirco regula de ſurrogato ceſſat, ſi in eo propter cauſam accidentalem plus inſit, quam in altero, argumento ſit, quod actio legis Aquiliæ, quæ de ſua natura datur in ſimplum, & propter contumaciam inficiantis creſcit in duplum ex diſpoſitione legis. *l. contra negantem.* 4. *Cod. de leg. aquil.* quod de acceſſorio allegavit Baldus, id in expenſis victoriæ locum habere poteſt; non etiam in his, ad quas conſequendas ſeparata actio competit.

6 Confirmat hanc ſententiam diſtinctio, quam tradit Jaſon *in d. §. hoc judicium. n.* 8. inter expenſas, quæ judicis officio mercenario veniunt, & illas quæ jure actionis debentur, quod ſi judex ſimpliciter ab expenſis abſolvat, ab illis ſolùm, non ab his,

que

quæ jure actionis competunt, abſolviſſe cenſeatur, eſt etenim contumacia delictum, & quæ occaſione 7
delicti debentur, etiam poſt litem finitam peti poſſunt, Carpzovius *d.defin.*23. ubi in cauſa injuriarum taliter judicatum refert. Imo expenſæ attentatorum & contumaciales exigi poſſunt, quamvis inter partes ſuper negotio principali vel attentatorum tranſactum vel concordatum eſſet, juxta Lancellottum *de attentatis, part.*3. *cap.*31. *n.* 127. & alios ibidem relatos.

Et hoc amplius eſt, quod ex Innocentio *in d.cap.* 8
*ſæpe.n.*3. Speculatore *tit.de expenſis*, §. *ſi ante. n.* 8. & Abbate *in d.c.finem litibus. n.* 35. inferri poſſe videtur, quod initio ſufficiat ad condemnationem expenſarum ſola declaratio, quod quis contumax fuerit, nullâ de expenſis factâ mentione, ut eo ipſo jam condemnatus cenſeri debeat, dum ajunt, ſufficere declaraſſe judicem ante litem conteſtatam, alterum fuiſſe contumacem; licet de expenſis non feciſſet mentionem, in eum finem, ut ſi poſtea poſt lapſum decendii condemnetur, appellare non poſſit, quod hæc tantum ſit quædam executio ſententiæ primæ, niſi judex modum in taxatione excederet, aut pars taliter declarata juſtam cauſam pro purganda contumacia allegare poſſet.

Sicut etiam in decreto revocationis attentato- 9
rum explicitam condemnationem expenſarum neceſſariam non eſſe, & eam ex intervallo poſt ſententiam etiam fieri & actione ſeparatâ peti poſſe, docet Lancellottus *de attentatis part.*3.*c.*30.*n.*157. *& c.*31.*n.*115. Scaccia *de appell.q.*17.*limit.*21.*n* 41. imo

imo condemnationem expenſarum implicitè ineſſe decreto revocatorio attentatorum decidit Cœlius Bichius *deciſ.*534.*num* 5.12. quia hę expenſæ, quæ contumaciales ſunt, & propter inobedientiam & ſpretum judicis præceptum debentur, Lancellottus *d.cap.*31.*n.*132. ſpectant ad partem integralem revocationis attentatorum,ſicque comprehenduntur in ſententia ex natura judicii moti, & juris diſpoſitione, à qua verba decreti interpretationem etiam extenſivam accipiunt, *l. miles 6.§.decem.ff.de re judicata.*Bichius *d.loc.* pro quibus etiam facienda eſt executio, antequam cognoſcatur de negotio principali.Lancellottus *de attentatis part.* 3.*c.*31.*n.*112.

10 Et ideo aliquando in Camera reſolutum fuiſſe ſcribit Mindanus,*de mandatis lib.*2. *cap.* 23. *n.* 4. quod in çauſis mandatorum, ubi non obſtantibus exceptionibus paritio injungitur, expenſæ veniant refundendæ, quamvis verbis mandati nulla comminatio, neque verbis ſententiæ ulla condemnatio circa illas videretur contineri.

11 An expenſæ retardati proceſſus actione quadam repoſci queant? negativè concludere videntur Caſtrenſis *in l.non ignoret.*4.*n.*2.*Cod.de fruct. & lit.expenſ.* & Lanfrancus de Oriano *in dict. cap. quoniam contra, num* 699. cum dicant, quod earum condemnatio ſtatim peti debeat, ſi non expectetur alia definitiva,argumento *l. terminatio.* 3. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ac ſi ſolo judicis officio mercenario veniant, nec ſuperſit actio lite finita ad eas conſequendas; Gailius *lib.*1.*obſ.*137. *n.*6. ſaltem expenſas deſertionis etiam ex intervallo & diu poſt ſen-

ten-

tentiam peti poſſe ſtatuit jure actionis, ſcilic. condi- 12
ctione ex *c. reprehenſibilis 26. ext. de appell.* computandas à die quo appellatio interpoſita eſt, quia ab eo tempore appellans proceſſum retardare & differre cœperit, accedunt Grævæus *ib. conſid. 1. n. 4.*
Wameſ. *conſil.* 203. *n.* 3. qui in ſpecie de expenſis 13
debitis ratione articuli incidentis ſeu interlocutoriæ ſententiæ dicit Zanger. *de exception. part. 2. cap. 20. n. 14.* Lauterbach. *diſputat. de expenſis victoriæ theſ.* 28. per dicta Baldi in Margarita poſt Innocent. *verb. expenſæ.* ſequentis Hoſtienſem, quod eæ ex- 14
penſæ, quæ condictione ex lege vel canone petuntur, etiam poſt ſententiam peti poſſint, quia & expenſæ retardati proceſſus ſunt contumacialibus valde affines.

Quid ergo de expenſis temerariæ citationis & 15
doloſè impetrati reſcripti ſtatuendum, an illæ condictione ex *l. eum quem temerè. 79. ff. de judiciis, & cap. final. extra de reſcriptis.* ſeparatim exigi poſſint poſt ſententiam, cuilibet conſiderandum erit.

Expenſæ victoriæ regulariter niſi ſolâ judicis of- 16
ficii mercenarii imploratione non petuntur, unde judex non condemnans victum in expenſas eum abſolviſſe cenſetur, ut victor eas conſequi non valeat, niſi ſententię vires provocatione ſuſpendat, *l. terminato. 3. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* & ibi Bartolus, Baldus & alii; Contrarium ſentit Berlichius *deciſ. 127. num. 6.* & latâ ſententiâ, in qua judex condemnationem expenſarum omiſit, ſupereſſe judicis officium autumat, quod à victore implo-

rari

rari poſſit, ut victus ad refuſionem expenſarum in ſententia omiſſarum condemnetur, per Gloſſ. *in d. l. terminato 3. verb. præſtetur. verſ. officio tamen petuntur.* quia poſſit officium judicis implorari, ubicunque deficit actio & æquitas hoc ſuadet, adeò ut, quamvis lex & conſtitutio ſit in aliquo actu generaliter cujuſcunque remedii excluſiva, nunquam intelligatur excludere implorationem officii, argum. *l. 1. §. quæſitum. ff. de ſeparation. l. planè. 38. l. ult. ff. de petit. hæred.* Quam ab omnibus diſſentientem opinionem improbat noviſſimè Jacobus Andr. Cruſius *ad Statuta Mindenſia, lib. 4. tit. 2. deciſ. 4.* & jam ante Brunnemannus *ad l. 13. C. de judiciis.* quia, ut dicit textus *in d. l. terminato.* latâ ſententiâ nequidem ex reſcripto Principis ratione expenſarum in ſententia omiſſarum agi poteſt.

Videtur quod gloſſa *in c. finem litibus. 5. verb. expenſas. in fin. ext. de dolo & contum.* inter eas diſtinctionem facere velit, an ante vel poſt litem conteſtatam factæ ſint, quod illæ petantur jure actionis & nominatim in libello argumento, *l. ædiles. 25. §. item ſciendum. l. item ſi ſervi. 30. §. 1. ff. de ædilit. edicto.* vide *ſect. 4. n. 40.* Sed pro opinione contraria & veriore eſt, quod *l. 3. & l. properandum. 13. Cod. de judiciis.* non diſtinguant, & ſi ante litem conteſtatam factæ, poſſent actione ſeparata exigi, licet omiſſæ eſſent in cauſa principali, tamen eâ finitâ peti poſſent, quod denegat *d. l. 3.* Innocentius *in c. ſæpe contingit. 44. n. 2 extr. de appellat.* Abbas Panormitanus *ibid. n. 24.* & *in d. c. finem litibus. n. 33.* Ummius *diſp. 22. theſ. 8. n. 32.* Non obſtat *d. l. ædiles. & l. item ſi ſervi.*

vi. cum ea quæ extra judicium contra litem conteſtatam eveniunt, non ita pertinent ad judicis officium, ſicet illa, quæ fiunt in judicio vel circa illud, etiam ante litem conteſtatam, niſi tales expenſas intelligas, quæ omnino extra judicium factæ ſunt in emonendo debito, quas victus vi ſpecialis obligationis debet, prout interpretatur Scaccia *de appellationib. q.* 17. *limit.* 21. *n.* 45. quæ etiam lite finitâ petuntur actione ſeparatâ, juxta *n.* 23. & in hunc modum contrariæ opiniones conciliari poſſunt, vel dic cum Abbate *in d. c. finem. n.* 33. quod quæ fiunt ante litem conteſtatam non ſpectant ad judicis officium ſpecificè ſumptum, pertineant tamen ad judicium pingue ſeu clariſſimum. Illas tamen, quas actor debet ex eo quod plus tempore petierit, poteſt conventus actione privatâ exigere condictione ex *c.* 1. *extr. de plus petitionibus.* juxta Abbatem, *ibidem num.* 10.

Licet obſtet Gloſſa *in l. edita* 3. *verb. perpetui. in fin. Cod. de edendo.* quæ ſaltem pro conſequendis expenſis propter mutationem libelli debitis actionem in factum competere ſuſtinet, argum. *l. ſi quis ex argentariis.* 6. *§. ex hoc edicto. ff. de edendo.* Reſpondet Bartolus *in d. l. edita. n.* 31. tractare illam, *l. ſi quis.* de illo, qui ad præceptum judicis per contumaciam non edidit, hic de eo, qui libellum malè compoſuit, addit Decius *in d. l. edita. n.* 97. aliam rationem differentiæ, quod ibi de majori prejudicio totali ſcilicet intereſſe agatur, hic tantùm de expenſis, cujus petitio citius expirat; Illud tamen dicit Baldus, quod expenſæ ob libelli mutationem ſint 17 18

quodammodo præjudiciales, ut proceſſum impediant, uſque parti læſæ reficiantur actualiter, & ad unum nummum uſque, quod nec ſufficiat præſtare cautionem ſaltem in expenſis liquidis non verò liquidandis, Decius *ibid.n.*94. poteſt enim reus ope exceptionis ſe tueri, non reſpondendo ad libellum mutatum.

19 Sed quæſtio eſt, an ſaltem judex poſſit condemnatione expenſarum per ſententiam ſuſpenſâ, eam ſibi & actori ad eas actionem reſervare? videtur ex Gloſſa *in l.terminato.* 3. *verb.competere, Cod. de fruct.& lit.expenſ.*argumento, *l. modeſtinus* 76. *ff. de ſolutionibus*.quam defendit Bartolus *in d.l.terminato.n.*3.*verſ. ego puto.* hac ratione motus, quod licet ſententiâ dictâ judicis officium mercenarium expiret, per hanc tamen reſervationem competat jus actionis ex ſententia judicis ad expenſas conſequendas, quæ antea ſolo judicis officio debebantur, per textum *in l.ſi finitâ.*15.§.*eleganter* 28.*ff.de dam. infect.* & quamvis non poſſit judex pro parte pronunciare & pro parte non, ceſſet id tamen ſi de toto aliquo caſu non cognovit, uti hic de expenſis.*l.licet.Cod.de judiciis.*

Monet tamen Bartolus *n.*4.*ibid.*contrariam ſententiam in praxi communiorem ſervandam eſſe, Quæ & verior eſt, nec putem antecitatam Gloſſam contradicere, quæ de ea condemnatione dicit, quæ taxationem expenſarum ſubſequi debet, hæc enim abſque dubio finitâ lite ſuper principali pronunciatur, eò magis, quod Gloſſa ad verbum competere ita intelligendam eſſe legem decidat, ſi judex in ſen-

ten-

tentia non taxaſſet quantitatem expenſarum, fortè quia non ſatis de ea conſtabat, nec illa deſignata erat, Baldus *in d.l.terminato.n.* 13 Lanfrancus de Oriano *in d.c.quoniam contra.n.* 687. Wamefius *conſ.* 69. *num.* 1. quia non poteſt judex reſervare actori petitionem in tempus, quo de jure non competit, nec ſibi condemnationem, quam jure facere non poteſt, Paulus Caſtrenſis *in dict.l.terminato.num.* 3. quia functus eſt officio ſuo, & terminato negotio principali ceſſat omnis quæſtio de expenſis *dict.leg. terminato.* & de his eſt eadem & ſola dies determinata, ultra quam judex juriſdictionem extendere nequit. *l. paulus* 42. *in fin. ff. de re judicata.* Baldus *in Authent. generaliter. num.* 13. *Cod. de Epiſcop. & cler.* Imo Scaccia *de ſent. & re judicat. gloſſ.* 14. *quæſt.* 17. *num.* 21. dicit, ſi judex reſervaſſet ſibi facultatem de expenſis victoriæ pronunciandi, non poſſet quidem eodem die ſupplere, quia per illam reſervationem facultatem quam habebat ex *dict. l. paulus.* amiſiſſet. 20

Valet tamen reſervatio, ſi pronunciatâ interlocutoriâ ad definitivam ea facta eſſet, manet enim uſque ad illam judicis poteſtas, Baldus ad Speculatorem, *poſt tit. de exceptionib, verſ. practica.* Felin. *in c. ſignificaverunt,* 11 *n.* 5 *verſ. primum quod licet judex. extr. de except.* quod ſi per interlocutoriam finiretur juriſdictio, idem de hac quod de definitiva dicendum foret. *c. cum appellationibus.* 5. *verb. eadem die. de appellat. in* 6. 21

Illud interim certum eſt, condemnatione expenſarum ſemel per ſententiam factâ, competere victo- 22

ri actionem judicati ad eas conſequendas. *d.l.terminato.* 3. *Cod. de fruct.& lit.expenſ.*

23 Quod ſi in ſpecialem obligationem actioni producendæ ſufficientem deductæ eſſent, velut ſi reus eas in contractu, ſuper quo lis agitur, per ſtipulationem promiſiſſet, tunc eas ſeparatâ actione etiam poſt ſententiam petere victori liberum eſt, quamvis judex victum ab expenſis abſolviſſet, cenſetur enim ab iis ſolùm abſolviſſe, quæ judicis officio mercenario debentur, Scaccia *de appellationibus,quæſt.* 17. *limit.* 21. *num.* 45. Jaſon. *in leg.* 1. §. *hoc judicium. num.* 8. *ff. ſi quis jus dicenti.* quod intellige & limita ſecundum ea, quę ſcripſi *cap. ſeq. ſect.* 3. *n.* 69. *& ſeq.*

24 Idem ſtatuitur à quibuſdam, quando ordinatione vel ſtatuto cavetur victum victori in expenſas condemnandum eſſe, ut condictio ne ex illo ſtatuto virtute ſpecialis actionis peti poſſint, etiam latâ ſententiâ, Jaſon *tit. de actionibus.* §. *actionum. num.* 53. Trentacinquius *variarum reſolutionum lib.* 2. *de expenſis. reſolut.* 1. *num.* 4. Lauterbach. *diſput. de expenſis victoriæ. theſ.* 25. ſed eorum dicta limitabis ſecundum ea, quę *capite ſequenti ſectione* 3. *num.* 78. de juſta litigandi cauſa exiſtente tali ſtatuto dicentur, quæ huic & pręcedenti quęſtioni convenienter applicantur.

CAP.

CAP. IX.

De expenſarum compenſatione, & quando earum condemnationi locus non ſit.

SUMMARIA.

1. *Regula tam firma non datur quæ non habeat ſuas exceptiones.*
2. *Definitio in jure periculoſa eſt.*
3. *Cauſæ ſunt variæ quæ condemnationem expenſarum impediunt.*
4. *Judex æſtimare debet an expenſæ condonandæ vel compenſandæ ſint.*
5. *Non debet tamen abſque ſufficienti cauſa ad compenſationem vel condonationem earum declinare.*

REgulam præcedenti capite firmavi victum victori in expenſas condemnandum eſſe; At 1
cum regularum ea non ſit authoritas, ut in quibusvis caſibus attendere eas oporteat, & vix ulla juris regula detur tam firma & generalis, quæ non exceptionem aliquando pro circumſtantiarum varietate patiatur, ſicut & Paulus *in l. 1. ff. de reg. jur.* ſatis innuit hiſce verbis, quod regula ſimul ac ſi in aliquo vitiata eſt, perdat officium ſuum, & hoc eſt quod Javolenus *in l. omnis definitio. 202. ff. eodem.* ait omnem definitionem, (quam Gloſſa regulam hic 2

nuncupat, juxta *l. ſi Titio* § 1. *ff. quando dies leg. ced.* ubi regula definitio dicitur, Pinellus *in rubrica Cod. de reſcindenda venditione part. 1. cap. 3. num. 28.*) in jure periculoſam eſſe, parumque abeſſe ut non ſubverti poſſit. Mirum non eſt, quod & hæc diverſimodè limitari ſeu potius declarari ſoleat, ex variis regulæ hujus deciſivam rationem ſubmoventibus cauſis, ita ut vel ea ceſſet, vel è converſo victor in expenſas condemnetur; Harum variæ ex imaginaria quadam æquitate potius, quàm juri & rectæ rationi conſona à quibuſdam agglomerantur, ut etiam Carpzovius *in proceſſu judic. tit. 24. art. 1. n. 69.* pu-
3 tet, neminem fore qui cauſas, quibus à refectione expenſarum victus excuſetur, recenſere poſſit, eſſeque ultra à ſe relatas ſexcentas alias. Saltem certis
4 eæ limitibus includi nequeunt, unde diſcreti judicis arbitrio æſtimabuntur ſecundum conditionem perſonarum, vel cauſæ, ejuſque deciſionis qualitatem, Menochius *de arbit. jud. quæſt. caſu 177. n. 2.* Quarum frequentiores ſicut à Doctoribus paſſim proponuntur, ordine recenſebo. Illud quoque monendum duxi, in decidendo puncto expenſarum non minorem diligentiam adhibendam eſſe, quam in ipſa cauſa principali, nec ſine urgenti & ſufficienti cauſa ad compenſationem vel condonationem earum declinandum, quia juſtitia refuſionem earum exigit in omni jure fundata, non minus ac alterius cujuſdam damni illati, prout ſupra *cap.* 8. demonſtratum; Ea de cauſa in Concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part. 3. tit. 59.* §. 9. Aſſeſſoribus Cameræ mandatur, ut non obviè nec abſque ſuf-

ſufficienti cauſa expenſas compenſent, earumque moderationis majorem quàm hactenus curam habeant, ut ea non ad leviorem, ſed ad veram & congruam ſummam juxta qualitatem cauſæ decernatur.

SECTIO. I.

De cauſis quæ victum ab expenſis victori refundendis liberant, ex perſona utriusque litigatoris provenientibus.

SUMMARIA.

1. *Cognatio vel affinitas litigantium an inducat cauſam compenſationis expenſarum? affirmant alii.*
2. *Rectius negatur.*
3. *Limitatur.*
4. *Par imprudentia inducit compenſationem expenſarum.*
5. *Exemplum in obtinente citationem ad diem feriatum, & reo comparente die præcedente.*
6. *Citatus ad diem feriatum an teneatur comparere die ſequenti?*
7. *Calumnia vel dolus æqualis litigantium inducit compenſationem expenſarum.*

8. *Actore plus petente & reo totum negante an ſint expenſæ compenſandæ? affirmant alii.*
9. *Alii negant.*
13. *Retinetur affirmativa.*
14. *Limitatur.*
10. *Actore plus petente an teneatur reus offerre quod liquidò debet, abſq; eo quod debitum abneget?*
11. *Actore plus petente reus totum abnegans ſaltem non eſt tutus in conſcientia.*
12. *Mendacium occidit animam.*
15. *Victoria æqualis facit locum compenſationi expenſarum.*
16. *Quid ſi victoria ſit in partibus diſparibus? declaratur Carpzovius.*
17. *Victoriâ exiſtente æquali ſi judex dicat, victus victori, &c. neuter condemnatus cenſetur.*

1 Condemnationem expenſarum decerni non ſolere, ubi litigantes proximo cognationis vel affinitatis etiam vinculo invicem conjuncti ſunt, voluerunt Faber *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *def.* 63. Carpzovius *definit. forenſ. part.* 1. *conſt.* 31. *def.* 29. *n.* 1. & *in proceſſu judic. tit.* 24. *art.* 1. *n.* 65. argumento *l. penul. ff. de jure dot. l. ſed & hoc ita. ff. de re judicata.* quod jus conſanguinitatis & affinitatis præſumptionem litis temerariæ non admittat, & ne ex condemnatione expenſarum odia inter eos exacerbentur, etiam quod mutua affectio jacturam expenſarum facilè donare præſumatur, niſi tamen manifeſta calumnia dolusve malus ejus, qui ſuccubuit, arguatur, qui impunitus tranſire non debet, *l.* 1. §. 1. *ff. ſi mul. vent.*

vent.nom.in poſſ.l.procurator. 11. *§.1.ff.de doli mali & met.except.*

Limitationi huic ſimpliciter ſubſcribere nequeo, 2
neque conſanguinitas vel affinitas per ſe ſufficiens eſt,ad illatum victori damnum expenſarum temeritate vel culpâ ſuccumbentis cauſatum non reſarciri, nec illæſâ juſtitiâ prętextu cujusdam putativæ æquitatis expenſæ illæ victori ſubtrahi poſſunt, imo magis peccavit is,qui proximiorem cognatum, præ eo qui extraneum lite injuſtâ vel temerariâ divexavit; Ipſemet Carpzovius fatetur,exceptionem hanc debili fundamento niti,idcirco abſque alia probabili cauſa adſtipulante eam in judicando non ſequerer, 3
ſi ergo & alia excuſatio concurrat, potius erit cognationi deferre, cum vincula combinata fortius ligent, & concurrentes præſumptiones probationem inducant, & plures excuſationes ſimul junctæ veniam mereantur,unde Marpurgenſes *vol.* 3. *conſil.*26.*n.*156.ideo perſonam conjunctam ab expenſis abſolvendam eſſe reſponderunt, quod ea quorundam Conſultorum reſponſa etiam pro ſe haberet.

Utriusque litigatoris imprudentia,calumnia,dolus vel par victoria concurrens compenſationem 4
expenſarũ inducit. De imprudentia reſpondit Paulus de Caſtro *vol.*1. *conſ.*398. quando à judice aſſignata fuit dies comparitionis decima ab intimatione,quæ in dominicam caſu inciderat, reus eam præveniendo die Sabbati comparuit,actor verò die Lunę ſequenti contumaciam emanentis accuſavit, quod ſicut reus die Solis comparere non tenebatur, 5

cum citatio ad diem feriatam nulla ſit, & licet comparuiſſet procedere non licebat, *l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non ierit. l. fin. Cod. de feriis. cap. fin. extr. eodem.* Sic expenſarum condemnatione gravandus non ſit, contumax enim dici nequit, qui ad citationem nullam non venit, ita nec actor, quod temerariam citationem ad diem feriatam reo imprudenter indicârat, in eas condemnari debeat, cum nihil inde citato damni emerſerit, & quod antecedenter comparuit, imprudentiæ ſuæ acceptum habeat veniens die non præfixo; Sed hæc Caſtrenſis, dicto conſilio ad
6 longum; Ego citatum die proximè ſequenti compariturum cenſeo, per textum notabilem *in c. cum dilecti 6. extra de dolo & contum.* & ibi Abbas Panormitanus *num.* 18. ait, quod ſtante impedimento citatus ſtatim comparere debeat illo remoto, & *in c. veniens n.* 5 *extr. de accuſat.* Gailius *lib.* 1. *obſ.* 53. *num.* 2. Maranta *in ſpeculo part.* 6. *de citatione. num.* 120. quamvis Felino *in c. quoad conſultationem. n.* 2. *extra de ſenten. & re judicata.* & Ummio *diſput.* 5. *theſ.* 11. *num.* 61. hac ratione contrarium placeat, quod ſi citatio per ſe ſit inutilis, non debeat aliud præceptum ex ea deſumi, ut ſequenti die compareat, ſed diſtingue juxta Marantam *dict. num.* 120. Ad ſcrupulum removendum hodiedum adjici ſolet, quod ſi dies præfixa juridica non fuerit, compareat citatus juridicâ proximè ſequenti, Felinus, Gailius, Maranta *locis allegatis.* Aliud erit dicendum de citato ad comparendum à die intimationis uſq; ad decem dies vel infra decem dies, qui proximâ feriatam præcedente ad minimum comparere tenetur

tur, Maranta *dict. num.* 120. Lanfrancus de Oriano, *in cap. quoniam contra. num.* 78. *extra de probationibus.*

Ideo æqualis calumnia vel dolus compenſationem expenſarum inducit, quod nemo poſſit alteri crimen objicere, quod illi ipſi poteſt objici, nec culpam in cujus incurrerit repræhenſionem. *l. ſi plures* 38. §. *ult. ff. de adminiſt. tutor.* & paria delicta mutua compenſatione tollantur. *l. viro* 39. *l. cum mulier.* 47 *ff. ſoluto matrim.* Faber. *ad Cod. d. tit.* 18. *def.* 6. *num.* 4. *&* *def.* 17. *n.* 3. Meiſchnerus *tom.* 4. *deciſ.* 13. *num.* 8. 7

Hinc eſt, quod actore plus petente v. g. centum cum ſola quinquaginta debita erant, & reo totum abnegante, expenſæ compenſentur, Jaſon. *ad tit. de actionibus.* §. *ſi quis agens.* 33. *verſ. ſed hoc quidem. n.* 14. Aſinius *in praxi* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 10. Petrus Jacobi *in practica tit. de actione ex conduct. circa fin.* Vivius *deciſ.* 427. *per tot.* Menochius *de arbit. judic. quæſt. caſu* 177. *n.* 15. Scaccia *de ſent. & re judic. glo.* 14. *q.* 13. *n.* 54. *& ſeq.* Speckhaen. *cent.* 3. *claſſ.* 3. *qu.* 22. *n.* 2. *ſub n.* 10. qui hanc in judiciis inveteratam & receptam eſſe opinionem teſtatur, idem docuerunt Bartolus *in l. qui ſolidum.* 78. *n.* 2. *ff. de legat.* 2. Decius *in leg. non poteſt videri improbus n.* 3. *ff. de regul. jur.* moventur hac ratione, quod ex quo actor plus petierit, quam ſibi revera debitum erat, licuerit reo totum negare, & ſuper toto litigare, argumento Gloſſæ, *in c. præſentium authoritate* 2. *verb. ſingillatim de teſtib. in* 6. 8

Limi-

Limitat hanc opinionem Bartolus, ſi actor diceret ſe paratum accipere partem, quam reus non in-
9 tendat controvertere; Covarruvias verò *var. reſol. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 2. & poſt eum Faber *in Cod. tit. de plus petit. def.* 1. Paponius *arreſt. lib.* 18. *tit.* 2. *art.* 5. con-
10 cludunt, reum, à quo petitur totum, partem, quam liquidò debet, neceſſariò oblaturum, alioqui in mora conſtitui, & in expenſas condemnandum eſſe, etiamſi petitor non offerat ſe paratum partem accipere. Opinantur ſummam minorem ineſſe majori, *c. plus ſemper.* 35. *de reg. iur. in* 6. ut qui totum petit, etiam quamlibet ejus partem petere cenſeri debeat, & ſi ſumma vel res aliqua petita ſit, nec licere reo negare articulum falſum in quantitate, licet hoc liceat ſi falſus ſit in qualitate, quia ſuppoſitâ falſitate qualitatis videtur aliud eſſe factum. Abbas *in c. un. n.* 15. *extr. de plus petit.* Covarruvias adducit textum *in l. ſi ſervus.* 14. §. *bove. ff. de condict. furt.* ubi fur bovis, ſi dederit pretium corii domino, dominusque bovem condixerit, niſi offerat fur pretium bovis detracto corii pretio ſemel ſoluti in mora eſt, & dicit Bartoli aliorumque opinionem ex *d. l. qui ſolidum* locum habere, quando reus incertus eſt, quam partem aut quantum ex illo toto actori ſolvere teneatur, aut tradere, resque indiget liquidatione, quod ideo, etſi partem non offerat, in culpa non ſit, nec moram contrahat. *l. non poteſt improbus haberi, qui ignorat quantum ſolvere debeat.* 99. *ff. de reg. jur.* Sed Faber *d. defin.* 1. diſtinctionem facit inter ſummam & corpus vel fundum petitum, inde, ſi fundi partem injuſtè poſſeſſam non offerat is, à quo totus

totus fundus vindicatur,quod in expenſas non condemnetur, ſed eæ quaſi mutuâ latâ victoriâ compenſandæ ſint,ideo, quod qui totum fundum petit, non utique ſingulas fundi partes in judicium deducere videatur, quaſi totus fundus non niſi unum corpus ſit, quod Philoſophi individuum nominant. Obſtat illi *d.§.bove.*

Non inficiabor interim cum Covarruvia, reum in conſcientia non adeo tutum eſſe abnegando totum, ubi de parte liquidè debiti ſibi probè conſtat, eſt enim contra bonam fidem non agnoſcere id, quod verè debet,& actori ſolvere tenetur, idq; negare, quod ad faciliorem litis expeditionem tendit, quo reus ipſe ab onere debiti liberatur, & actor relevatur ab inutili & non neceſſaria probatione, negans enim partem veri realisque debiti in judicio, videtur abſque ulla difficultate incurrere mendacium, taliter, quod celando occultandoque veritatem in judicio peccet. Angelus de Calvaſio *in ſumma,verb.mendacium.* mendacium autem nocivum alteri eſſe peccatum, extra controverſiam eſt. *c. nec artificioſo*.13.*c.mihi* 12.*XXII.q*.2. ubi Auguſtinus vetat, nec artificioſo mendacio nec ſimplici verbo quempiam decipere,quia quomodolibet mentiatur quis, occidit animam ſuam,& quia juxta Apocalypſin *c.* 21. omnibus mendacibus erit pars in ſtagno, ardenti igne & ſulphure,quę eſt mors ſecunda. Covarruvię ſententia ab Abb.Panorm.*in c.un.n.*15.*extra de plus petit.* procedit, ubi Bartolum *loc.cit.*explicat, quod, ſi reus excipit de parte non debita, & tunc actor non petit tradi ſibi debitum, rectè litiget ſuper

ſuper toto,licet aliter non obtulerit partem & ſic reus in plus reconventus teneatur ſaltem excipere de parte non debita antequam totum abneget.

13 Tamen non diſcedo ab opinione communi, cum actor quoque in culpa ſit juxta. *d. c. un. ext. de plus petit.* ubi plus repetens in expenſas condemnatur, ut ſic peccatum utrinque cenſeri poſſit, quod compenſationem expenſarum inducit; quia doloſus doloſo non tenetur. *l ſi duo. ff. de dolo. l. ſi ambo. ff. de compenſat.* & licet fallere fallentem, fraudemque repellere fraude, habuitque reus juſtam litigandi cauſam ſaltem ſuper parte non debita, maximè quod actor ad judicium paratus venire debeat, & ſcire quantum ſibi debeatur, videtur etiam utrumque victorem ſimul & victum eſſe, actorem in parte debita, & reum à parte indebi-

14 ta abſolutum; Niſi tamen reus malitioſè totum abnegans ab initio ſciret actorem in probabili errore verſantem totum petiiſſe, quod non feciſſet de eo commonefactus; Unde cautiores ſi de debito dubitant, conſueverunt articulo quantitatem continenti adjicere, ſi reus non credat articulatam ſummam, reſpondeat de quanta credat; Galius *lib.* 1. *obſ.* 82. *num.* 18.

15 Eadem cauſa eſt ſi uterque vicit & victus, & æqualis eſt victoria, Baldus. *in authent. generaliter. num.* 11. *verſ. juxta hoc quæritur. C. de Epiſc. & cler.* & *in l. eos. 6. §. cautione. n.* 5. *Cod. de appellat.* Marpurgenſes *volum.* 1. *conſil.* 16. *n.* 174. Aſinius *in praxi.* §.

32.

32.*cap.*2.*ampl.*71.*numer.*1. Autrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.*223.*n.*6. Hunnius *in Encyclopedia.part.*2.*tit.*22.*cap.*4. *num.*50. Klockius *votorum Cameral.*10.*num.* 217. velut ſi actor conveniendo forſan obtinuit, reus reconveniendo, licet par non fuerit calculus expenſarum, accidit enim quotidie, quod unus plus altero impendat, ita ut rariſſimè ſumptus æquales à litigantibus fiant; Ratio autem quæ facit, quod victus victori condemnetur ad litis expenſas, eadem facit, quod cum mutua & æqualis eſt victoria, expenſarum compenſationem decernere oporteat, ad compeſcendam parem utriuſq; temeritatem, vel potius brevi manu compenſandum quod alteri ab altero dari oporteret; Quod ſi victoria in diſparibus partibus conſiſtat, apud alterum in 16
duabus & alterum in tertia parte, planè tunc compenſatio pro rata victoriæ ineunda eſt, quandoque hinc inde debitum ęquale compenſatio requirit, Aſinius *d.*§.32.*cap.*5.*n.*1. Baldo non placet *in d.l.eos.* §. *cautione. n.* 2. *verſ. ſed quid ſi unus vincit in octo.* quod numerus in victoria attendi debeat, ſed an & quatenus ſuccumbens juſtam litigandi cauſam habuerit, quod rationem habet. Cum & ſi reus in toto ſuccumbat, habuerit tamen litigandi cauſam probabilem, abſolvendus ſit ab expenſis, & cum non fiat condemnatio expenſarum proportionaliter reſpectu veri debiti, quod creditori nunquam ſublatum nec obſcuratum eſt, licet per ſententiam declaretur, ſed reſpectu culpæ quā quilibet commiſit, & maximè actoris, qui ſimul perdidit & plus petiit, rema-

remanet debitum expenſarum obſcurum eò magis, quod tam accuratè ſciri nequeat, quanto minus propter abnegationem veri debiti impenſum fuiſſet, ideo in dubio compenſare magis eſt, confer Scacciam *de ſent. & re judic. gl.* 14. *q.* 13. *n.* 61. Aliud exemplum affert Faber *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *def.* 31. cum uterque litigator à compenſatione expenſarum litis appellavit, & neuter juſtam appellandi cauſam habuit. Putat quidem Carpzov. *in proceſſ. jur. tit.* 24. *art.* 1. *n.* 20. quod ſi actor in libello propoſuit plura & diſtincta capitula, quorum aliqua probavit & obtinuit, à reliquis verò reus abſolutus eſt, hic pro ratâ victoriæ ab actore obtentæ ad refuſionem expenſarum condemnandus, ab aliis verò abſolvendus ſit, ex cauſa, quod reſpectu certorum tantum capitulorum juſtam habuerit cauſam litigandi, declarante eam ſententiâ abſolutoriâ; Hanc ſententiam non approbo, ſed compenſandas eſſe expenſas judico, niſi caſum accipias, in quo actor in iis capitulis, à quibus reus abſolutus eſt, juſtam quoque cauſam exigendi habuit, ideo forſan, quod teſtes reprobati ſint inſcio actore reprobari poſſe, vel ſi propter cauſam ſimilem, reus abſolutus fuit, ut actori nihil imputari ſed ſola temeritas rei in capitulis cæteris redargui queat.

17 Notandum, quod licet in cauſa, ubi mutua eſt & ęqualis victoria, judex in ſententia ſimpliciter aliter non declarando victum victori in expenſas condemnaverit, neuter condemnatus æſtimari debeat. Bartol. *in l. ſi legatario. §. fin. ff. de fideicomm. libertat.* Aſinius *d. cap.* 5. *n.* 3.

SECT.

SECTIO II.

Quando ipſemet victor det cauſam, quod victus à refuſione expenſarum liberetur.

SUMMARIA.

1. *Abſens victor condemnatur victo præſenti in expenſas.*
2. *An in eas computentur omnes quas victus fecit? affirmant alii.*
3. *Alii putant detrahendum eſſe eas, quas victor fecit.*
4. *Opinio prior verior.*
5. *Secundam ſequitur Abbas.*
6. *Actor adiens judicem incompetentem condemnatur victo in expenſas.*
7. *Actor differens exhibere documentum, condemnatur victo in expenſas.*
8. *Titulo poſſidens conventus petitione hæreditatis differens edicere titulum condemnatur victo in expenſas.*
9. *Actor dolosè differens exhibere inſtrumentum, ſi tandem exhibuerit, & reus non acquieſcat, an expenſæ compenſandæ?*
11. *Alii negant & volunt reum condemnandum in omnes.*
12. *Reſpondetur.*
13. 15. *Limitatur.*

Y 14. *Ex-*

14. *Explicatur l. illud. ff. de peric. & comm. rei vend.*

15. *Emptor redhibitoriâ actione agens, nec deſiſtens, ſi interim equus ſanatus ſit, condemnatur in expenſas poſteriores, & venditor in priores.*

16. *Omittens opponere excommunicationem condemnatur victo in expenſas.*

17. *Actor plus debito petens condemnatur in expenſas.*

18. *Actor qui adverſus reum initio litis debitum agnoſcentem ulterius procedit, condemnatur victo in expenſas.*

19. *Actor non interpellans reum extrajudicialiter an expenſas recipiat à citato agnoſcente?*

20. *Privilegium victoris ad expenſas non obligati extenditur ad victum, ut condemnari non debeat in expenſis.*

22. *Quomodo hoc intelligendum.*

21. *Litigans cum fiſco non condemnatur in expenſis.*

23. *Victus an advocato victori condemnetur in expenſas advocaturæ?*

SIcut in judiciis de actoris jure prius cognoſcendum eſt, quam ad exceptiones rei progrediamur, ita de victore prius agam, qui ſi regulam ceſſare fecerit, ſupervacaneum erit excuſationes victi perquirere. Facit autem victor ceſſare ſuâ vel contumaciâ vel culpâ vel privilegio, Adeo, ut ob
1 contumaciam abſens victor præſenti victo in expenſas condemnetur; *l. properandum.* 13. *§. ſin autem ex geſtis. Cod. de judic.* Aſinius *in praxi* §. 32. *c.* 2. *limit.* 11. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 67. Speckh. *cent.* 3. *claſſ.* 3. *q.* 22. *n.* 2. *ſub n.* 14. Conceptum Ordinat. Cameral. renov. *part.*

part.3.tit.51.in fin. c.calumniam.4. & ibi ſcribentes *ext.de pœnis.* quod in odium contumaciæ ſtatutum eſt. Abb.Panorm.*in d.c.calumniam.n.3.*

Variant tamen circa hanc condemnationem,& alii ſequentes gloſſ. *in d. c. calumniam. verb.niſi ſententia.* putant, victum præſentem omnes expenſas, quas fecit in lite, ex condemnatione principali deducere poſſe,ita,ut ſi in centum condemnatus ſit,& decem expendit, ad nonaginta tantum exſolvenda teneatur, Azo *in ſumma Cod. tit de judic.n.16.* Ummius *diſp.6.theſ.2.n.9.*per text.*in d.l. properandum.* 2

Alii communiter poſt gloſſ.*in d.§.ſin autem ex geſtis verb.excipiendis.*ſentiunt,quod præſens victus etiam victori abſenti in expenſas condemnetur, & de hac condemnatione expenſarum ſuas expenſas juxta *d. §.ſin autem ex geſtis.* detrahere debeat, ne ex priori opinione victori duplex pœna & inæqualitas inferatur inter actorem & reum abſentē, ſi enim pro reo abſente feratur ſententia, actor præſens victus non poſſet ex condemnatione ſuas expenſas deducere, quia reus abſolutus eſt, & victor abſens dupliciter puniretur,& in ſuas quas non recipit,& à victo præſente factas expenſas. Abbas Panormitanus *dict. n.* 3 3.concedendo hanc communem opinionem æquiorem quidem eſſe, illam tamen veriorem arbitratur per text. *in d. c. calumniam,* ubi pro regula traditur, victum victori in expenſas condemnandum eſſe,niſi pro abſente feratur ſententia, ex qua infert, ergo ut vera ſit exceptio intelligi debeat, quod victus præſens non condemnetur in expenſas; nihil tamen ultra exinde inferri,quam quod victus nō ſit conde- 4

 mnan-

mnandus in expenſis, nec quidquam de condemnatione actoris decidi, admonet Ummius *d. loc.* & melius priorem opinionem probari per *d. l. properandum* generaliter loquentem, victum ex condemnatione deducere expenſas, quas ſe legitimè expendiſſe juraverit, quę conſequenter niſi de condemnatione principali intelligi poteſt, nō enim abſens contumax ullas aut modicas fecit expenſas; ex quibus victus ſuas defalcare queat; certè plurimum facit *c. calumniam* pro explicatione *d. l. properandum.* infertur enim ex eo, quod victus præſens in nullas condemnandus ſit, accedit Gothofredus *in notis ib. ad verbum pœnam.* Caſtrenſ. *ibid. n.* 3. Aſinius *in praxi §.* 32. *cap.* 2. *limit.* 11. Sed & gravior eſt contumacia actoris quam rei, ut hæc pœna meritò imponi debuerit eis, qui cauſam in judicium deductam ad finem non deducunt judici non obtemperantes;

5 Pro concordia ſubjicit Abbas, quod cum victor abſens parum expenderit, victus præſens id cum ſuis expenſis pro rata compenſare, & reſiduum de condemnatione principali deducere debeat.

6 Ex culpa victoris invertitur regula, ſi actor ad judicem ratione ſummæ minoris incompetentem reum ſtudiò trahere prǽſumat prætendendo ſummam majorem, ſententiâ manifeſtante minorem eſſe litem, quam ut examen ejus ad hunc judicem pertineat, licet vicerit actor, nō reus ipſi, ſed ipſe reo victo in ſumptus litis condemnandus eſt. *Novella* 15. *cap.* 4. ubi Gloſſ. *verb. omnis litis.* hunc caſum tanquam ſpecialiſſimum notat, quo contra uſitatam regulam victor victo in expenſas condemnatur, Aſinius *dict.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 12. Speckhaen. *centuria*

centuria 3. *claſſ*. 3. *quæſtione* 22. *numer*. 2. *ſub numero* 15.

Vel ſi actor ad defatigandum reum de intentione agentis in certum differt exhibitionem inſtrumenti, ex quo reus inſtrui potuiſſet ab initio de veritate, condemnabitur reo victo in expenſas, fuit enim in aperto dolo, aut ſi de eo dubitaretur per nimiam negligentiam ſaltem in lata culpa, quæ minimo gradu à dolo & malitia diſtat, *l. quod Nerva* 32. *ff. depoſiti. l. cedere diem*. 23. *§. fin. ff. de verb. ſignif*. & doli malitiæque effectus habet, *l. magna negligentia* 226. *ff. de verb. ſignif*. Aſinius *d. cap*. 2. *limit*. 18. Decius *in l. qui in alterius. n*. 10. *ff. de reg. iur*. Maranta *in ſingular. & iuris notab*. §. *quidem litigator*. Wameſius *conſil*. 160. *num*. 7. Scaccia *de ſent. & re judic. gloſſ*. 14. *quæſt*. 7. *num*. 48. Maranta *in ſpec. part*. 6. *membr*. 7. *n*. 2. qui de convento poſſeſſore ab hærede petitione hæreditatis interrogato quo titulo poſſideat, & illum edicere renuente loquitur, quod ſi ad ulteriora proceſſum ſit, & in fine cauſæ vult poſſeſſor opponere titulum ad excludendum actorem, quia titulo poſſidens non convenitur petitione hæreditatis, *l. regulariter*. 9 *ff. de petitione hæred*. hic quidem obtineat, condemnetur tamen actori ſuccumbenti in expenſas, quod doloſe protelaverit litem; ſequitur Aſinius *d*. §. 32. *cap*. 2. *ampliat*. 78. Scaccia *de ſenten. & re judicata. gloſſ*. 14. *quæſt*. 7. *num*. 48. ubi dicit, quod ſi hæres alterius convenit debitorem, & hic ad defatigandum actorem differat producere inſtrumentum ſolutionis vel alterius tranſactionis quæ finem liti imponit, licet per abſo-

7

8

lutionem obtineat, condemnandus tamen ſit victo actori in expenſas ab eo die, quo inſtrumentum producere debebat.

9 Niſi tamen adverſarius inſtrumento producto acquieſcere nolens ulterius cauſæ obſiſtat, æqualeſque prioribus cauſet expenſas, ita dolum dolo vel culpam culpâ compenſet, cauſamque compenſationis expenſarum præbeat. *l. ſi duo. 36 ff de dolo. leg. ſi ambo* 10. *ff. de compenſat.* Faciunt tradita Folleri *in addit. ad* Marantam *in ſpeculo part. 4. diſt. 4. num. 60.* & Rövenſtrunck *in meditationib. ædilitiis lib. 1. cap.*

10 *9. num.* 47 quando emptor rei vitioſæ vel morboſæ agit redhibitoriâ, & probat rem fuiſſe vitioſam ante venditionem factam, interim pendente judicio res effecta eſt ſana, non deſiſtit tamen agere, quod, etſi ceſſet redhibitio, quia ceſſat finalis cauſa illius judicii, ſic etiam ipſum judicium, *l. 1. §. item Vivianus. l. quod ita. 16. ff. de ædilit. edict.* venditor tamen condemnari debeat in priores expenſas, donec ceſſaverit vitium, quod eouſque temerè ſe oppoſuerit, & inde emptor ſciens ceſſaſſe vitium in ulteriores, quod ceſſante actione in lite perſtiterit, quia ab ea die dolo malo vel ſaltem temerè feciſſe videtur, quæ expenſæ, ſi ſint æquales, compenſabuntur.

11 Contrarium prætendit Decius *d. loc.* Guido Papæ. *deciſ.* 137. *verſ. ratio.* Poponius *arreſt. lib.* 18. *tit. 2. art. 6.* Bachovius ad Treutlerum. *vol. 1. diſp. 12. theſ. 16. lit. d. verb. quid ſi ab initio.* quod ſi producto inſtrumento deciſivo adverſarius non deſiſtat, producens quidem excuſetur, ille verò condemnandus ſit in omnes totius litis expenſas, quia veriſimiliter

etiamſi

etiamſi à principio productum fuiſſet, non deſtitiſſet, cum præſumptio ſit, ulterius litigantem ab initio ſciviſſe, ſe malam fovere cauſam, & fuiſſe in dolo, argumento *l. 2. §. circa. ff. de doli & met. except.* quos videre poteris.

Non video tamen cur dolus differentis debeat impunitus remanere, aut victus, ultra quam peccavit gravari, cenſetur, quod quaſi pudore ductus perſeveraverit in lite; pro hoc facit contra Decium & alios quod tradit Bartolus *in l. ſi quis inficiatus.* 13. *n.* 2. *ff. depoſiti.* per illum text. & *in l. properandum.* 13. *§. ſive autem alterutra. n. 2. Cod. de judiciis.* Baldus *ib. num.* 3. quod is, qui ab initio juſtam cauſam litigandi ex ignorantia habuit, & poſt productionem inſtrumenti vel depoſitionem teſtium ulterius litigavit, tantum ab illa productione vel publicatione rotuli ſit in expenſas condemnandus, adde Felinum *in cap. exceptionem. n.* 47. *ext. de except.* Aſinium *d. §.* 32. *cap. 2. limit.* 1. *num.* 6. Fachinæum *controverſ. lib.* 1. *cap.* 41. Ummium *diſputat.* 22. *theſ.* 8. *num.* 29. Hiltrop. *in proceſſ. judiciar part* 4. *tit.* 19. *de expenſis. num.* 46. Et hanc ſententiam ſe ad praxin induxiſſe dicit Bartolus *dict. num.* 2. & eſſe veterem practicam ſemper obſervatam, Anton. Ranchinus *in notis* ad Guidonem Papæ *d. deciſ.* 137. Niſi mavis dicere ultimam moram non tradentis vel non acceptantis nocere in totum non attentâ morâ alterius præcedente, *l. illud.* 17. *ff. de peric. & commod. rei vend.* ita ſolum ultimam litis malitioſam diſtractionem reprehendendã; quod ſi placet, non tamen in expenſas ulteriores, quàm à die producti dilati inſtrumenti cauſatas condemnabitur victus, Teſſaur.

12 (margin, beside "Non video tamen…"); 13 (margin, beside "…Niſi mavis")

Y 4 *deciſ.*

*deciſ.*73. Berlich. *pract.concl.part.*1.*concl.*78.*n.*22. Ummi.*d.n.*29.ſatis erit victori culpam ejus non pu-
14 niri, & diverſa eſt ratio *d. l. illud.* ubi meritò ultima mora nocet, cum poſt illam eadem res tradenda ſit perempta,ita ut præſtari nequeat quę integra ſupererat poſt moram primã, hoc verò caſu expenſarum pars cauſata fuit ex prima dilatione productionis inſtrumenti ante exiſtentiam moræ & contradictionis ſubſequentis, & illa diverſa eſt ab hac, & æquè
15 cum hac ſubſiſtens. Quod ſi doceretur vel alias ex certis conjecturis innoteſceret,victum ab initio litis & ante exhibitionem inſtrumenti probam debiti ſui notitiam habuiſſe, tunc Decii & Guidonis ſententiæ locum dare potero. Facit Lotterius *de re beneficiaria lib.*2.*quæſt.*20.*n.*109. ubi dicit, quod calumnia perpetuò excludatur, ſi initio litis fuerit jus probabile, licet in progreſſu oſtendatur eſſe improbabile, niſi concurrat aliqua poſitiva conjectura, ex qua valeat induci vehemens opinio & conſcientia propriæ injuſtitiæ agnitæ in ipſo victo.
16 Similis eſt caſus in *c.exceptionem* 12. *ext. de exception.*in quo, conventus ſcienter omittens in dilatoriis opponere exceptionem excommunicationis eâ mente, ut actorem laboribus & ſumptibus fatiget, illam etiam in concluſione opponere poteſt, ut per abſolutionem ab inſtantia vincat, victo tamen in expenſis legitimis condemnetur, vide *cap. præced. ſect.*3.*n.*5. ubi plenius explicavi.
17 Facit & culpa victoris inverti regulam plus debito petentis,*cap.unic.extr.de plus petit.* modò reus verum debitum non fuerit inficiatus, idque ab initio

tio nullâ commiſſâ morâ actori obtulerit.

Eadem cauſa eſt actoris, ut reo in expenſas condemnari debeat, qui adverſus reum initio litis confitentem ulterius procedit, cum nullæ ſint amplius partes judicis in confitentem quam in condemnando, ideo actor ſubſiſtere debuerat, nec ulterius reum expenſis gravare, *l. ſi debitori.* 21. *ff. de judiciis.* fuit enim actor in aperta malitia ulterioribus expenſis reum gravando, Wameſius *conſil.* 75. *num.* 3. Non eadem cauſa eſt, ſi in medio litis alter litigatorum renunciat liti, & adverſarius contentus eſſe nolit renunciatione, expectans ſententiam ad hoc, ut de jure ſuo ſecurus ſit, cum hoc caſu renuncians condemnetur ad refectionem expenſarum, quæ ante renunciationem factæ ſunt, Berlichius *pract. concluſionum part.* 1 *concl.* 78. *n.* 6. 18

19 Arguitur etiam culpa victoris qui reum ſibi obligatum extrajudicialiter prius non interpellavit, quam eum ad judicium evocaret, unde ſi ad primam citationem comparens bonam fidem agnoſcendo debitum offerat, nullas expenſas ſive pro libello, citatione vel procuratore erogatas reſarcire tenetur, Jaſon *in dict. lege properandum.* §. *ſive autem alterutra. num.* 10. *verſ. ſeptimo.* & *tit. de actionibus.* §. *ſic itaque.* 14 *num.* 44. Berlichius *practic. concluſ. part.* 1. *concluſione* 78. *num.* 26. vide limitationem *cap præced. ſect.* 4. *n.* 12.

Privilegium denique victoris ad expenſas faciendas non obligati victum quoq; à condemnatione expenſarum liberat, Afinius *dict.* § 32. *cap.* 2. *limit.* 28. Faber. *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 15. ut æqualitas 20

in judiciis ſervetur inter litigantes. *leg. fin. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* juxta ea quę dixi *cap.* 5. *num.* 12. quod enim privilegiatus non expendit, id etiam repetere nequit, fit namque condemnatio expenſarum in reparationem damni, & non ad lucrum vincentis, alia etiam habetur ratio eorum, qui de damno vitando certant, quam qui de præda ſolliciti ſunt, *l. minoris.* 25. *ff. de adminiſtr. tutor.* ideo,
21 qui cum fiſco litigat ordinariè non condemnatur ſuccumbens, quod tamen rarò obſervatur, ſi alia cauſa excuſandi non adſit.

22 Accipe de privilegio permanente, unde litigans cum paupere, qui juramentum paupertatis præſtitit, condemnationem expenſarum non effugiet ſi ſuccumbat.

23 Secundum quorundam opinionem huc redigere potes ſuccumbentem à victore, qui in propria cauſa fuit advocatus vel procurator, quod in expenſas advocaturæ vel procuratoris condemnari non debeat., niſi tanquam damnum peterentur, ut quia propter illam litem aliorum advocationibus incumbere non potuiſſent, de quo *capite* 10. *num.* 38. *& ſeq.*

SECT.

SECTIO. III.

Quando ex perſona victi cauſæ proveniunt, quod condemnatio expenſarum locum non habeat.

SUMMARIA.

1. *Victus vir vita honeſta an ſit in expenſis condemnandus? Negant alii.*
3. 6. *Affirmatur.*
9. *Reſpondetur negantibus.*
11. *Declaratur.*
5. *Quænam talis ſit perſona?*
2. *Monachus victus an condemnetur in expenſas ſi juſta cauſa litigandi non appareat?*
4. *Epiſcopus de calumnia jurare debet etiam in cauſis ſpiritualibus.*
8. *Qualitas religioſi vel vita honeſta non facit, ut recedatur à regulis juris communis.*
7. *Miſericordia illa dicitur injuſta, quæ fit cum alterius præjudicio.*
10. *Cardinalis dicto injurato an ſit credendum.*
12. *Diffamator in actione legis diffamari condemnatur in expenſas.*
13. *Juſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſarum.*
14. *Rejicitur opinio Antonii del Re, qui in actore contrarium voluit.*
15. *Et opinio Scacciæ, qui nullam cauſam admittit.*

16. *Juſta*

16. *Juſta cauſa litigandi an præſumatur?*
17. *Non ex eventu ſed ex conſiliis litigantis judicanda eſt.*
18. *Non debet eſſe futilis, ut excuſet à condemnatione expenſarum.*
19. *Juſtam cauſam litigandi præbet obedientia & neceſſitas litigandi, velut in procuratore fiſcali.*
20. 22. *Limitatur.*
21. *Præſumptio quæ eſt pro judice quomodo intelligatur?*
23. *Juſtam cauſam litigandi facit probabilis ignorantia.*
24. *v. g. facti alieni quæ in hærede eſt.*
26. *Reſtringit Mathæus in actore.*
25. *Ignorantia quomodo excuſet demonſtratur exemplis.*
27. 28. *Declaratur, ubi quando hæres teneatur ad expenſas ob commiſſam contumaciam à defuncto.*
29. *Ignorantia juſta, craſſa & ſupina, effectata quæ ſit.*
30. *Juſtam cauſam litigandi habet, qui pro tuenda dignitate vel honore ſuo litigat.*
31. 32. 34. *Quomodo hoc intelligendum.*
36. 37. *Reſpondetur contrariis.*
33. *Inquiſitus de crimine non-notorio ſi cum juramento interrogatus hoc neget, non dicitur perjurus, licet mendacium dicat.*
35. *Explicatur l. quæ omnia. §. 1. ff. de procurat.*
38. *Juſtam litigandi cauſam habet, qui de perſonis honeſtis & fide dignis ita audivit.*
39. *Quia id cenſetur certo ſcire.*

41. *An*

41. *An ſolis divitibus ad hunc effectum credendum ſit?*
43. *Declaratur.*
40. *Dictum legalis viri præbet titulum ſufficientem ad præſcriptionem.*
42. *Idonei non tam patrimonio quàm fide æſtimantur.*
44. *Juſtam litigandi cauſam dat publica famà.*
45. *Fama excuſat à dolo & dat titulum ad præſcribendum.*
46. *Juſtam litigandi cauſam habuit, pro quo teſtes extrajudicialiter dixerunt, licet poſtea jurato depoſuerint contrarium.*
47. *Bonæ fidei poſſeſſor excuſatur, qui ſervum bonæ opinionis non cuſtodivit.*
48. *Juſtam litigandi cauſam habuit, pro quo teſtes extrajudicialiter dixerunt, quamvis ante examen mortui ſint, vel in remota abierint.*
49. *Juſtam litigandi cauſam habuit, qui per teſtes probavit, qui poſtea ut infames cognati vel ex ſimili defectu rejecti ſunt.*
50. *Juſtam litigandi cauſam dat decretum Magiſtratus.*
51. *Juſtam litigandi cauſam dat ambiguitas cauſæ.*
52. *Quando lex eſt ambigua.*
53. *Quando ſuper articulo controverſo ſunt contrariantes Doctorum opiniones.*
54. *Quando de communiori & recepta non conſtat.*
55. *Quando cauſa eſt intricata.*
67. *Quando veritas actionis eſt incerta & velata.*
56. *Juſtam litigandi cauſam habet, qui nititur autho-*

thoritate & opinione celebris Doctoris.
57. 58. *Declaratur.*
60. *Qui opinionem communem habet pro ſe.*
62. *Qui habet conſilium duorum Doctorum.*
64. *Modò non ſint advocati cauſæ.*
59. *Solitus quis dicatur?*
61. *Ab opinione communi an liceat diſcedere in judicando?*
63. *Conſiliis Doctorum quis adjuvetur, ut à condemnatione expenſarum liber ſit?*
65. *Doctoris & advocati teſtimonio creditur atteſtantis de ſtylo.*
66. *Declaratur.*
68. 70. *Juſta litigandi cauſa non excuſat ab expenſis debitis per ſtipulationem.*
71. *Exemplum eſt in evictione.*
72. *Declaratur in contractu voluntario extrajudiciali.*
73. *Secus de neceſſario in judicio inito.*
74. *Vel ad litis initium.*
69. *Reſcriptum cum illa clauſula, omni exceptione remotâ intelligitur de exceptione frivôla non de rationabili.*
75. *Hæres an excuſetur ab expenſis conventionalib.?*
76. *Juſta cauſa litigandi an excuſet à condemnatione expenſarum ſi adeſt ſtatutum, victum victori in expenſis condemnandum eſſe? negant alii.*
77. *Diſtinctio Scacciæ.*
78. *Affirmant alii.*
80. *Diſtinguitur.*
79. *A pacto ad ſtatutum an validè argumentemur?*

81. *Ju-*

81. *Juſta cauſa litigandi non excuſat ab expenſis contumaciæ, tamen juſta cauſa non comparendi.*
82. *Juſta cauſa litigandi ſuper negotio principali non excuſat ab expenſis debitis propter articulum incidentem, ut quia in exceptione ſuccubuit.*
83. *Juſta litigandi cauſa an excuſet à refuſione ſportularum?*
84. *Judex an teneatur cauſã exprimere in ſententia quare victum ab expenſis abſolverit? affirmant* (*varii.*
85. *Negatur.*
86. *Reſpondetur affirmantibus.*
87. *Rationes decidendi non ſunt proferendæ in ſententia.*
88. *Abſolvitur ab expenſis qui notoriè nihil habet.*
89. *Monachus an ſit in expenſas condemnandus?*
90. *An poſſit monaſterium obligare?*
91. *Monachus non condemnatur in expenſis quando agit nomine ſuo, ſecus ſi nomine monaſterii.*
92. *Monachus agens de conſenſu Abbatis docere debet, poteſt aliàs ad cautionem adſtringi de refundendis expenſis in caſum ſuccumbentiæ.*

FRequentiores ſunt cauſæ, quas Doctores à perſona ſuccumbentis deſumunt, ut communis regula effectu careat, vel propter legalitatem victi, vel juſtam litigandi cauſam; Idcirco victum in expenſas non condemnari volunt, ſi is fuerit vir integræ & probatæ fidei, vireque honeſtæ & inculpatæ, quod non preſumatur temerè minus calumnioſè litigaſſe, argu. *l. ſi à bona fidei.* 21. *in princ. ff. de rei vind. l. ſi duas.* 6. *§. valde tamen. ff. de excuſ. tut. l. non omnes.* 5. *§. à barbaris*, ibi. *&* *ſi bonus miles ante aſtimatus fuit. ff. de re militari*, ex quibus colligitur, 1

gitur, quod ob magnam legalitatem perſonarum à rigore juris recedatur, Abbas Panormitanus *in c. finem litibus. n. 22. ext. de dolo & contum.* Aſinius *in praxi §. 32. cap. 2. limit. 13.* Grammaticus *deciſ. 60. num. 14.* Maſcardus *de probationibus volum. 1. concluſ. 36. n. 19. & 57.* Speckhaen. *cent. 3. claſſ. 3. q. 22. n. 2. ſub n. 16.* Vincentius Carrocius *de juram. lit. deciſorio. qu. 1. quæſt. principal. 13. num. 10.* Petrus de Moncada *in addit.* ad Crotum *de teſtibus. part. 3. verb. integra vitæ.* ubi *n. 153.* addit, quod ſi Mona-
2 chi moveant litem, ſemper præſumantur bono zelo moviſſe nec condemnentur in expenſas, per Gloſſ. *in c. de de præſentium. 20. XVI. q. 1. verb. defenſor.* etiamſi alia juſta cauſa litigandi non appareat, ut voluit Felinus *in c. ſuper his, in fin. extr. de accuſationib.* & ratio eſt ſecundum eos, quod ſi bona ſua dimiſerunt propter Chriſtum, non ſit præſumendum quod appetant aliena, argumento textus *in c. expedit. XII. quæſt. 1.*

3 Attamen huic præſumptioni non ita generaliter inſiſtendum erit, quin ſi de manifeſta temeritate aut calumnia proſtet, judex condemnare non ſuperſedeat, cum & procurator fiſcalis, qui nunquam condemnari ſolet in expenſis, Magonius *deciſ. Lucens. 29. num. 13.* ſi de calumnia convincatur, a condemnatione expenſarum immunis eſſe non debeat, Gylmannus *ſymphorem. tom. 2. part. 1. vot. 7. num. 27.* bonus enim à gloſſa conceptus zelus moderno ſæculo immaturus & temerarius eſſe poteſt, ſi non perverſus, argumento ſumpto de juram. calumniæ, quod clerici olim præſtare non cogebantur,

cap. 1,

c.1.ext.de juram.calum. poſtea etiam Epoſcopus eodem gravatus eſt.*c.fin. ext. eodem.* Et in cauſis ſpiritualib. non jurabatur olim de calumnia.*c.2.ext.eod.* dein creſcente hominum etiam Deo dicatorum perverſitate id correctum eſt per Bonifacium. VIII. *c.1.§.ult.eod in.6.* vide Obrechtum.*de juram.calum. cap.8.n.16.* pro ut ipſamet Gloſſa.*in clement.1.verb. ſacra.de ſtat. monach.* de eo plus quam conqueritur, ex quo etiam adverſarium in damno eſſe non convenit, unde non minus quam aliæ perſonæ honeſtę probatęque victæ excuſari poſſunt. 4

5 Quęnam autem talis ſit perſona judicis arbitrio relinquitur decidendum, non quidem ſufficit, ut non ſit vilis vel alias infamis, etiam omni exceptione major ut teſtis eſſe, vel ei juramentum ſuppletorium deferri poſſit, in quo nihilominus ultra legalitatem ordinariam requirunt quidpiam plus, quam jus præſumat, Pacianus *de probat. lib.2.cap.39.n.21.* Farinacius, *in fragment. criminal. lib.6. part. 2.num.* 1249. Menochius. *de arb. jud.quæſt.caſu.*190.*n.*13. ſed ut majorem quandam legalitatem & bonitatem quam ordinariam habeat præ aliis.

6 Sed nec honeſtatem perſonæ vitamq; inculpatam à refectione expenſarum ſublevare, niſi alia juſta cauſa concurrat, cum adhuc temere litigare potuerit licet abſque omni dolo, docent rectius poſt Florianum Bartholom. Socinus, *fallent. regul.* 181. Freherus. *de exiſtimatione.lib.2.cap.6.num.*30. Gręvæus ad Gailium. *lib.1. concluſ.* 152.*num.*2. Quibus aſſentior, ex eo enim quod victus eſt, ſtat urgens præſumptio juris contra ipſum, quod ſi non calu-

 mnio-

mnioſè ſaltem temere egerit,& juris nō eſt propter ſolam legalitatem victi partem victricem in damno
7 expenſarum eſſe ; Certum eſt, non debere deferri alterutrius partis legalitati, ita ut alteri per id inferatur injuſtitia. *c. ex tenore*. 11. *ext. de foro compet.* & injuſta dicitur illa miſericordia quę fit cum alterius præjudicio. *c. eſt injuſta*. 33. *XXIII quæſt*. 4. nec quidquam faciunt leges in contrarium prius adductæ, cum *in l. ſi duas*. & *l. non omnes*. parcatur quidem ob legalitatem, nullum tamen per id infertur damnum alteri, & *in l. ſi à bona fidei*, non excuſatur bonæ fidei poſſeſſor propter ſuamet legalitatem, ſed propter juſtam cauſam extrinſecus accedentem credendi legalitati ſervi fugientis, ſic à
8 diverſis mala fit illatio; Idcirco placet Decius. *in. l. qui juriſdictioni. num.* 19. *ff. de juriſd. omn. iud.* dum ait, propter qualitatem religioſi aut vitæ honeſtæ non eſſe recedendum à regulis juris communis,
9 facit optimè textus, *in c. nuper*. 51. *ext. de teſtib.* ubi vitæ qualitas quantuncunque religioſę non attenditur, quin teſtis jurare debeat, antequam ipſi in prejudicium alterius credatur, & honeſtas perſonæ non facit ut ei credi debeat in præjudicium tertii, Gloſſa. *in c. ſicut*. 39. *verb. aut alio modo. ext. de ſent. excomm.* Abbas. *in c. cum olim*. 12. *numer*. 9. *ext. de privil. & exceſ. privileg.* Jaſon. *in l. admo-*
10 *nendi*. 13. *numer*. 189. *ff. de jurejurando*. ubi dicit quod nequidem dicto injurato Cardinalis ſtari debeat in præjudicium tertii, per d. Gloſſam, cui non obſtat Gloſſa *in c. nobiliſſimus*. 3. *verb. nihilominus*, *diſt*. 97. quæ vult, quod Cardinali dicenti ſibi aliquid

quid commiſſum eſſe credendum ſit etiam abſque literis Apoſtolicis, quam Jaſon. *cit. loco.* explicat de ea commiſſione ex qua nulli præjudicium generatur, puta quod habeat poteſtatem abſolvendi, diſpenſandi, aliàs ſi de damno tertii agatur, non credi Cardinali quantumcunque legato de latere, niſi bullas Apoſtolicas commiſſionis exhibeat.

Ita etiam ob ſolam vitæ honeſtatem vix erit 11
recedendum ab hac regula, niſi & aliæ præſumptiones concurrant, quæ victum à temeritate excuſare
poſſint, Reſpons. Marpurgens. *volum.* 3. *conſil.* 26. *n.* 12
156. & *conſil.* 32. *n.* 301. Et hac de cauſa prætenſam limitationem in judicio, *legis diffamari.* in diffamatore ſuccumbente locum non habere docuit. Blaterus, *ad. d. l. diffamari. cap.* 5. *n.* 41. ut enim viri boni ſit de cauſa, ſi quam juſtam ſe habere arbitratur, in judicio palam ac legitimè experiri, ita è contra temerarii hominis eſſe cenſeri, nec ſolum cauſę ſuæ diffidere ſed & iniquè & dolosè agere præſumi, qui judicium ſubterfugiendo interim tamen abſentem hinc inde diffamare non veretur.

Excuſatur ſuccumbens ab expenſis victori 13
refundendis, ſi probabilem ac juſtam litigandi cauſam habuit, *l. qui ſolidum.* 78. §. *etiam reſpublica. ff. de legat.* 2. ibi: *nec aliud ſervabitur in litis ſumtibus, ſi ratio litigandi non fuit.* Abbas Panormitanus. *ind. c. finem litib. n.* 2. Maſcard, *d. concluſ.* 36. *n.* 45. Lanfrancus de Oriano. *in c. quoniam contra, n.* 681. *ext. de probat.* Menochius. *de arb. jud. q. caſu.* 177. *n.* 1. Wameſius. *conſil.* 160. *n.* 5. & Dd.

 omnes

omnes vix aliquo contradicente,ſive actor ſive reus ſit qui ſuccubuit,quia uterq; jus ſuũ indefenſum relinquere non debuit, Ordinatio Civitatis Oſnabru-
14 genſis. *part.* 2. *tit.* 27.§ *fin.* Quamvis in contrarium nitatur Antonius Del Re.*tract.de juram.calumn.c.* 14. *num.*190.*&* *cap.*22.*num.*9.& actorem quandocunque non attentâ litigandi causâ condemnandum velit,etiamſi in jus alterius ſucceſſiſſet, ſed falli eum ex hoc liquet,quod nullâ ratione datâ Afflictum *decis.* 328. *num.* 5. & Grammaticum *decis.*83.*num.*2. alleget , quorum hic cauſam juſtiorem in actore quam in reo tantum requirit,ille referatBaldum dicentem à pœna conventionali propter juſtam litigandi cauſam non excuſari actorem , ſed alia eſt cauſa pœnæ conventionalis, alia expenſarum , cum & ab expenſis conventionalibus juſta cauſa non excuſet,juxta mox dicenda.*num.*68. Non obſtat ratio quæ ex *l. qui in alterius.* 42.*ff.de Reg jur.*deducitur, quod actor certus eſſe debeat & rem diligenter prius explorare, quam ad judicium veniat,quia huic rigori ex æquo & bono ſuccurritur. *l.habebat.*13.*ff. de inſtit. actione.* *l.*4.§.*ult ff.quod cum eo* Theſſaurus. *decis.* 73. *num.* 1. *verſ. verum.ſenatus.*Magis tamen juſtam cauſam ex parte actoris neceſſariò adeſſe
15 debere & ipſe ſtatuo ; Adhuc omnibus ſe opponit Scaccia.*de ſentent.&* *re judicata,gloſſ.*14 *quæſt.*13. *num.* 70. 75. 78. quia debitor dum non ſolvit,ſit in cauſa ut creditor expenſas faciat,ſic eum lædat eique damnum det, & qui dat damnum quod non excuſetur à debito emendationis & reſtitutionis , ideo , quod per juſtam ignorantiam damnum dederit, quia

quia juſta ignorantia poſſit quidem eum excuſare à peccato, non idcirco à reſtitutione,ſi potentiam reſtituendi habeat, ſive enim ignoranter ſive ſcienter inferatur, creditor illud damnum expenſarum habeat, qui ſibi obſtare non putat.*d.§.etiam.*quem eo ſolo caſu admittit, ſi juſta litigandi cauſa ex culpa vel malitia actoris proveniſſet, non ſi in caſu,fortuna vel facto aliorum ſine victoris culpa radicetur, habuiſſet victus cauſam quamtumvis juſtiſſimam.

Ego à communi non diſcedo, pro qua adduco textum. *in l. omnes qui ubique.*33.*C.de Epiſc.& cler. in fine.*& hoc caſu non pronunciabit judex compenſandas eſſe expenſas, ſed nullum condemnationi expenſarum potius locum eſſe, in quo non pauci per imperitiam errant, monente Fabro *de erroribus.pragmatic.decad.*19.*error.*6. Quando autem dicatur juſta litigandi cauſa ſatis controverſum eſt
nec in jure deciſum,Scaccia.*d gloſſ.*14.*quæſt.*10.*n.*75. 16
Illa quidem in dubio non præſumitur,cum eo ipſo quod quis victus eſt, calumnioſè vel ſaltem temerè egiſſe preſumatur, Abbas Panormitanus,*in c.calumniam. num.* 2. *ext. de pœnis.* Covarruvias.*pract. quæſtion. cap.* 27.*num.*3.ubi hanc communem dicit, Aſinius. *in praxi.* §.32.*cap.*2.*limit.*1.*num.*5.quocirca ſi victus toto litis tempore eam non habuerit,pro rata tantum excuſabitur, Aſinius. *d.limit.*1.*num.*6. Bartolus. *in l.ſiquis inficiatus.* 13. *num.* 2. *ff.depoſiti.* Zieglerus. *tract.de officio judicum.cap.*35.§.8.Dubitat de hoc Ummius. *diſp.* 22. *theſ.* 8. *num.* 29. circa reum ſuccumbentem, quamvis in actore victo admittat, quod in eo juſta litigandi cauſa non præſumatur,reus autem actionem excipere cogatur, niſi

malit jus ſuum indefenſum relinquere, quod facere non tenetur, ſi cauſam non habet ex qua intelligere poſſit ſe debere quod petitur, aut rem actoris eſſe, ut ſic in dubio juſtam potius cauſam in reo præſumere debeamus, niſi præſumptio hæc contrariis indi-
17 cis enervetur; Et non ſemper ex eventu, ſed de litigandi cauſa, conſiliis, & eorum bonitate judicandum eſt, & ſufficit litigatorem ſibi probabilem victoriæ ſpem facere potuiſſe, modo nec temerarius cauſę ſuæ aſſertor, nec probabilitas illa imaginaria fuerit, ſed rationibus non contemnendis & hactenus nondum dilutis inſtructa, Zieglerus. *tract. de officio judicum. concluſ.* 49.§.8. ideo dicit Lotterius. *de re beneficiaria. lib.* 2. *quæſt.* 20.*n.*96. quod generaliter ſit præſumptio calumnię contra eum, quicunque mo-
18 vet litem ſine aliquo fundamento boni juris. Conſiderabit ergo judex an cauſa ſatis juſta ſit & ponderans, nec levem quamvis & fatuam admittet, *d.§.etiam reſpublica.* ibi: *ignaviam enim prætendentes audiri non oportere*, ne per ſimulatum & fatuum prętextum litium incremento indulgeatur, cauſa autem illa vel expenſarum conditione, facti qualitate, vel litis ambiguitate ponderabitur, Jaſon. *in l. properandum.§.ſive autem alterutra.n.*8.*C.de judiciis.*
19 Juſtam litigandi cauſam ad hunc effectum præbet obedientia, & litigandi neceſſitas, Marpurgenſ. *volum.* 3. *conſil.* 32.*n.*302. velut ei qui à principe ad litigandum coactus fuit, vel ſi præceſſit juſſus ſuperioris, ut puta ſummi Pontificis, Abbas Panormitanus *in d. c. finem litibus.n.*22. Menochius. *de arb. jud. quæſt. d. caſu.* 177. *num.* 16. Speckhaen. *d. quæſt.* 22. *num.*

*num.*2 *ſub n.*13. quod credendum non ſit ſummum Pontificem à quo ſummus juſtitiæ & æquitatis fulgor relucere præſumitur, malitioſam cauſam agere mandaturum; vel ſi victus ex neceſſitate officii litigare debuit, argumento, *l.* 2. *C. de his qui accus.non poſſ.* Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſ.* 321. *n.* 21. Maſcardus. *de probat. concluſ.*25.*n.*9.*& concl.*36.*n.*51. velut judex ex officio inquirens, & procurator fiſcalis, Gylmannus. *tom.* 2. *part.* 1. *vot.*7.*n.*26. Aſinius. *d. cap.* 2. *ampl.* 65.*num.*4. qui ſpeciale hoc eſſe putat quod fiſcus causâ cadens non condemnetur in expenſis, Maſcardus. *d.conclus.*25.*num.*4. Guido Papæ, *decis.* 446. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam.*decis.*6.*num.*3.

Rejicienda tamen eſt hæc ratio, ubi de evidenti malitia litigantis patefieret, injuſte litem eſſe motam, ut quando inquiſivit, accuſavit vel cum accuſante partem fecit nullâ probatione, infamiâ, vel indiciis præcedentibus, Aſinius, Aufrerius, *citatis locis*, quo caſu neceſſitas officii relevare non poteſt, *d.l.* 2. *Cod. de his qui accuſare non poſſ. l. ſeveriter.* 14. *Cod. de excuſat.tutor.* Gylmannus. *d. voto.*7.*num.*27. Faber. *ad Cod. lib.* 7. *tit. de fruct. & lit.expens def.*33. qui diſtinctionem facit inter procuratorem juriſdictionalem, & procuratorem Principis quem videre poteris; Non obſtat quod *in l.* 2. *Cod. de offic.civil. jud.* præſumatur pro judice, hoc verum eſt, quando judex ſervat debitum ordinem in procedendo, quem ſi tranſgrediatur non pro eo ſed contrà eum eſt præſumptio Baldus, *in l. ſancimus.numer.* 20. *Cod. de judiciis.* facit optimè *l.* 2 *Cod. de decurionib.* 20

& *l. unica Cod.de ſumptuum.recuperat.*ubi is qui ex officio tenetur aliquem ad munus publicum nominare,ſi nominaverit à muneribus immunem & hoc appellatione interpoſitâ conſtiterit, ſumptus litis
22 nominato reſtituere debet; Nec juſſus ſuperioris excuſare valet, ſicut enim calumnioſè contendere, & malitioſis litibus earumque moleſtiis adverſario gravem eſſe,nunquam extra lethalis peccati reatum eſſe poteſt,quod illud conſcientiæ rectæ adverſetur, & omne quod conſcientiæ contrariatur peccatum ſit, juxta illud Apoſtoli *ad Romanos. cap.* 14. omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, dicitur ex fide id eſt ex conſcientia, prout ex Ambroſio declarat Gratianus.*in c. quærat hic aliquis.* 44.*de pœnitentia. diſt.* 3. & Gloſſa. *in c.fin. verb. ex fide. ext. de præſcript.* ita nec in iis juſſui ſuperioris obſequi Chriſtiani nominis erit. *c. non ſemper malum eſt.* 92. *c. ſi Dominus ea jubet.* 93. *XI. quæſt.* 3. Actorum,*lib.*1. *cap.* 4.ubi B.Petrus ſummis Pontificibus judæorum reſpondit,ſi juſtum eſt in conſpectu Dei,vos potius audire quam Deum,judicate, & Actorum. *cap.* 5. *v.* 19. oportet Deo magis obedire quam hominibus. Neque in opere injuſto juſſus ſuperioris excuſare valet, Julius Clarus. *ſentent. lib.* 5. *quæſt.* 60.& ubi Bajardus. *num.* 53. Zieglerus. *de officio judicum. concluſ.* 35. §. 18.& ſi quid tale ex prava ſuggeſtione mandatum eſſet,oportet ſuperiori prius reſcribere,etiam ſummo Pontifici. *c. ſi quando.* 5. *ext. de reſcript.*

23 Probabilem litigandi cauſam habere dicitur victus propter juſtam ignorantiam, Conſtitutio Caroli-

Carolina. *art.* 207 *§. 1. verſ. quod ſi ſecundus titulum*, ut quia in jus alterius ſucceſſit, & non de proprio contractu vel facto litigat, proprium enim factum ignorare nemo præſumitur. *l. quiſquis.* 15. *Cod. de reſcind. vendit.* ita etiam factum alienum neſcire. *l. qui in alterius.* 22. *ff. de Reg. jur.* quia factum alienum etiam prudentiſſimos fallere dicit Neratius *in l.* 2. *ff. de juris & facti ignor.* unde juſtam litigandi cauſam habet & alieni facti ignorantia excuſat. *l.* 11. *ff. ad S. C. Vellejan. l.* 21. *§.* 1. *ff. de act. empt.* Abbas Panormitanus. *in c. calumniam. num.* 5. *ext. de pœnis. & in d. c. finem litibus. num.* 22. Mathæus. *in d. l. qui in alterius. num.* 4. Speckhaen. *d. quæſt.* 22. *num.* 2. *ſub n.* 18. Pels. *in proceſ. judic. tit.* 46. *n.* 41. Rosbach. *in pract. civili. tit.* 78. *num.* 16. ſicut etiam probabilis error facti veniam à refectione expenſarum inducit, Aſinius. *d.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 29. cum etiam excuſet ab incurſu pœnę Lotterius. *de re beneficiaria. lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 11. non verò error juris, niſi jus eſſet valde dubium aut ex mixtura facti aut ex opinionum conflictu, Lotterius. *d. quæſt.* 12. *num.* 12. & *lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 169. Et tunc erit juſtior cauſa ſuccedentis alteri, ſi ab adverſario inſtrumenta concludentia non producantur, Wameſius *d. conſil.* 60. *n.* 1. 24

Hinc eſt quod ſi hæres alicujus non ſolverit canonem rei Emphyteuticę per biennium vel triennium, prætendatque ſe ignoraſſe rem eſſe emphyteuticam, & hoc juramento confirmet non cadat jure ſuo, Gloſſa. *l.* 2. *verb. & ſecundum legem Cod. de jure Emphyteutico.* Speculator. *tit. de Emphyteuſi. num.* 29. Et vaſallus alteri feudatario ſuccedens ſi 25

tempore debito inveſtituram petere neglexerit aut rem ipſam feudalem alienaverit, alleget tamen ignorantiam feudi, idque juramento confirmare intendat, quod audiri debeat, textus eſt in *c.* 1. *de controverſia inter dominum & emptorem feudi.* Gailius. *lib.* 2. *obſ.* 48. *n.* 8. *& ſeq.* Et hæres alienans rem ex ignorantia quod litigioſa eſſet, non incidit in pœnam vendentis rem litigioſam. Farrinacius. *criminal. lib.* 6. *fragment. part.* 2. *lit. L. n.* 352.

26 Hanc limitationem reſtringit Mathæus *in d. l. qui in alterius. num.* 7. ad eum qui in judicio rei partes agit, & ex facto defuncti convenitur, quia is prǫter ſpem in judicium trahitur. *l.* 2. *Cod. de dilation.* quod ſi hǫres adverſus alium actionem intentet, ignorantiǫ prætextu non juvari, cum ſibi debeat imputare, quod alium temerè non explorato ſatis jure defuncti fatigavit, cum priuſquam actionem propoſuit ſecum de lite inſtituenda ſedulò deliberare debuiſſet; Non tamen in toto hæredem actorem ab hac limitatione regulǫ ſummovebis, ſunt quidem in *d. l. qui in alterius.* rei partes favorabiliores præ actore, per hoc tamen non negatur, quin etiam hæres actor accedente aliâ probabili cauſâ excuſari debeat, quod & Decius *ibidem. numer.* 5. non negat, licet. *numer.* 12. cauſam magis juſtam, quam in reo deſideret, ut quia ab initio diligenti etiam adhibitâ curâ aliter perſcrutari non potuit, & ut primum deprǽhendit veritatem, deſtitit à lite, Idem ſtatuit Menochius. *d. caſu.* 315. *n.* 12. Teſſaurus. *decis.* 73. Abbas Panormintanus. *d. c. finem litib. n.* 22. qui ex Hoſtienſi exemplum refert, de

de eo, qui ex inſtrumento invento in arca paterna egit, cui ſatisfactum eſſe ab adverſa parte probatur in judicio, qui enim ſcripturę alicujus præſumptionem pro ſe habet, excuſatur ab expenſis Aſinius. *d. cap. 2. limit.* 30.

Hæc tamen ceſſant, ubi defunctus litem jam diu peregiſſet, & hęres eam continuando ſuccubuit, ut merito hic una eademque perſona cum defuncto cenſeri, & in expenſas litis condemnari debeat, quia litis inſtantia cum omnibus cohęrentibus tranſit in hęredem Jaſon. *l. properandum.* 13. *§. ſive autem alterutra. n.* 2. *Cod. de judiciis.* Aſinius. *d. cap.* 2. *ampl.* 4. Sebaſtianus Medices. *in tract. mors omnia ſolvit. part.* 2. *n.* 284. Berlichius. *pract. concluſ. part.* 1. *concl.* 78. *n.* 8. & hoc eſt quod dicitur hæredem in vitia defuncti ſuccedere. *l. cum hæres.* 11. *ff. de divers. & temp. præſcript. l. ſi ego emi.* 11. *§. partus. ff. de publiciana*, ita hæres rem à defuncto malâ fide poſſeſſam præſcribere nequit, licet ipſe in bona fide ſubſiſtat. Balbus. *de præſcript. part.* 2. *princip.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 11. Dynus. *in c. poſſeſſor. n.* 42. *de Reg. jur. in.* 6 Ubi notandum eſt quod hæres non teneatur ad expenſas propter contumaciã defuncti, per *l. un. §. fin. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp.* Berlichius. *pract. concluſ. part.* 1. *concl.* 78. *num.* 8. quia contumacia eſt delictum, & non tenetur hæres ex delicto defuncti, id tamen explicat idem Berlichius. *decis.* 122. ſi defunctus non fuit condemnatus, ſecus ſi jam condemnatus fuit, etiam juxta dicta. *cap.* 8. *ſect.* 6. *n.* 8, ſi declaratus fuit contumax, tunc enim hæres ad taxationem & ſolutionem citari & compelli poteſt. 28

Dixi

mnioſè ſaltem temere egerit,& juris nō eſt propter ſolam legalitatem victi partem victricem in damno
7 expenſarum eſſe; Certum eſt, non debere deferri alterutrius partis legalitati, ita ut alteri per id inferatur injuſtitia. *c. ex tenore.* 11. *ext. de foro compet.* & injuſta dicitur illa miſericordia quę fit cum alterius præjudicio. *c. eſt injuſta.* 33. *XXIII. quæſt.* 4. nec quidquam faciunt leges in contrarium prius adductæ, cum *in l. ſi duas.* & *l. non omnes.* parcatur quidem ob legalitatem, nullum tamen per id infertur damnum alteri, & *in l. ſi à bonæ fidei,* non excuſatur bonæ fidei poſſeſſor propter ſuamet legalitatem, ſed propter juſtam cauſam extrinſecus accedentem credendi legalitati ſervi fugientis, ſic à
8 diverſis mala fit illatio; Idcirco placet Decius. *in. l. qui juriſdictioni. num.* 19. *ff. de juriſd. omn. iud.* dum ait, propter qualitatem religioſi aut vitæ honeſtæ non eſſe recedendum à regulis juris communis,
9 facit optimè textus, *in c. nuper.* 51. *ext. de teſtib.* ubi vitæ qualitas quantuncunque religioſę non attenditur, quin teſtis jurare debeat, antequam ipſi in pręjudicium alterius credatur, & honeſtas perſonæ non facit ut ei credi debeat in præjudicium tertii, Gloſſa. *in c. ſicut.* 39. *verb. aut alio modo. ext. de ſent. excomm.* Abbas. *in c. cum olim.* 12. *numer.* 9. *ext. de privil. & exceſ. privileg.* Jaſon. *in l. admo-*
10 *nendi.* 13. *numer.* 189. *ff. de jurejurando.* ubi dicit quod nequidem dicto injurato Cardinalis ſtari debeat in præjudicium tertii, per d. Gloſſam, cui non obſtat Gloſſa *in c. nobiliſſimus.* 3. *verb. nihilominus. diſt.* 97. quæ vult, quod Cardinali dicenti ſibi ali-

quid

quid commiſſum eſſe credendum ſit etiam abſque literis Apoſtolicis, quam Jaſon. *cit. loco.* explicat de ea commiſſione ex qua nulli præjudicium generatur, puta quod habeat poteſtatem abſolvendi, diſpenſandi, aliàs ſi de damno tertii agatur, non credi Cardinali quantumcunque legato de latere, niſi bullas Apoſtolicas commiſſionis exhibeat.

Ita etiam ob ſolam vitæ honeſtatem vix erit recedendum ab hac regula, niſi & aliæ præſumptiones concurrant, quæ victum à temeritate excuſare poſſint, Reſpons. Marpurgens. *volum.* 3. *conſil.* 26. *n.* 156. & *conſil.* 32. *n.* 301. Et hac de cauſa prætenſam limitationem in judicio, *legis diffamari.* in diffamatore ſuccumbente locum non habere docuit. Blaterus, *ad. d. l. diffamari. cap.* 5. *n.* 41. ut enim viri boni ſit de cauſa, ſi quam juſtam ſe habere arbitratur, in judicio palam ac legitimè experiri, ita è contra temerarii hominis eſſe cenſeri, nec ſolum cauſę ſuæ diffidere ſed & iniquè & doloſè agere præſumi, qui judicium ſubterfugiendo interim tamen abſentem hinc inde diffamare non veretur. 11 12

Excuſatur ſuccumbens ab expenſis victori refundendis, ſi probabilem ac juſtam litigandi cauſam habuit, *l. qui ſolidum.* 78. §. *etiam reſpublica. ff. de legat.* 2. ibi: *nec aliud ſervabitur in litis ſumtibus, ſi ratio litigandi non fuit.* Abbas Panormitanus. *ind. c. finem litib. n.* 2. Maſcard, *d. concluſ.* 36. *n.* 45. Lanfrancus de Oriano. *in c. quoniam contra, n.* 681. *ext. de probat.* Menochius. *de arb. jud. q. caſu.* 177. *n.* 1. Wameſius. *conſil.* 160. *n.* 5. & Dd. 13

omnes vix aliquo contradicente,ſive actor ſive reus ſit qui ſuccubuit,quia uterq; jus ſuũ indefenſum relinquere non debuit, Ordinatio Civitatis Oſnabru-
14 genſis. *part.* 2. *tit.* 27.§ *fin.* Quamvis in contrarium nitatur Antonius Del Re.*tract.de juram.calumn.c.* 14. *num.*190.*&* *cap.*21.*num.*9.& actorem quandocunque non attentâ litigandi causâ condemnandum velit,etiamſi in jus alterius ſucceſſiſſet, ſed falli eum ex hoc liquet,quod nullâ ratione datâ Afflictum *decis.* 328. *num.* 5. & Grammaticum *decis.*83.*num.*2. alleget , quorum hic cauſam juſtiorem in actore quam in reo tantum requirit,ille referatBaldum dicentem à pœna conventionali propter juſtam litigandi cauſam non excuſari actorem , ſed alia eſt cauſa pœnæ conventionalis, alia expenſarum , cum & ab expenſis conventionalibus juſta cauſa non excuſet,juxta mox dicenda.*num.*68. Non obſtat ratio quæ ex *l. qui in alterius.* 42.*ff.de Reg jur.*deducitur, quod actor certus eſſe debeat & rem diligenter prius explorare, quam ad judicium veniat,quia huic rigori ex æquo & bono ſuccurritur. *l.habebat.*13.*ff. de inſtit. actione. l.*4.§.*ult ff.quod cum eo* Theſſaurus. *decis.*73. *num.* 1. *verſ. verum ſenatus.*Magis tamen juſtam cauſam ex parte actoris neceſſariò adeſſe
15 debere & ipſe ſtatuo; Adhuc omnibus ſe opponit Scaccia.*de ſentent.& re judicata,gloſſ.*14 *quæſt.*13. *num.* 70.75.78. quia debitor dum non ſolvit,ſit in cauſa ut creditor expenſas faciat,ſic eum lædat eique damnum det, & qui dat damnum quod non excuſetur à debito emendationis & reſtitutionis, ideo, quod per juſtam ignorantiam damnum dederit,

quia

quia juſta ignorantia poſſit quidem eum excuſare à peccato, non idcirco à reſtitutione, ſi potentiam reſtituendi habeat, ſive enim ignoranter ſive ſcienter inferatur, creditor illud damnum expenſarum habeat, qui ſibi obſtare non putat. *d. §. etiam.* quem eo ſolo caſu admittit, ſi juſta litigandi cauſa ex culpa vel malitia actoris proveniſſet, non ſi in caſu, fortuna vel facto aliorum ſine victoris culpa radicetur, habuiſſet victus cauſam quamtumvis juſtiſſimam.

Ego à communi non diſcedo, pro qua adduco textum. *in l. omnes qui ubique.* 33. *C. de Epiſc. & cler. in fine.* & hoc caſu non pronunciabit judex compenſandas eſſe expenſas, ſed nullum condemnationi expenſarum potius locum eſſe, in quo non pauci per imperitiam errant, monente Fabro *de erroribus. pragmatic. decad.* 19. *error.* 6. Quando autem dicatur juſta litigandi cauſa ſatis controverſum eſt nec in jure deciſum, Scaccia. *d gloſſ.* 14. *quæſt.* 10. *n.* 75. 16
Illa quidem in dubio non præſumitur, cum eo ipſo quod quis victus eſt, calumnioſè vel ſaltem temerè egiſſe præſumatur, Abbas Panormitanus, *in c. calumniam. num.* 2. *ext. de pœnis.* Covarruvias. *pract. quæſtion. cap.* 27. *num.* 3. ubi hanc communem dicit, Aſinius. *in praxi.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 1. *num.* 5. quocirca ſi victus toto litis tempore eam non habuerit, pro rata tantum excuſabitur, Aſinius. *d. limit.* 1. *num.* 6. Bartolus. *in l. ſiquis inficiatus.* 13. *num.* 2. *ff. depoſiti.* Zieglerus. *tract. de officio judicum. cap.* 35. §. 8. Dubitat de hoc Ummius. *diſp.* 22. *theſ.* 8. *num.* 29. circa reum ſuccumbentem, quamvis in actore victo admittat, quod in eo juſta litigandi cauſa non præſumatur, reus autem actionem excipere cogatur, niſi

 malit

malit jus ſuum indefenſum relinquere, quod facere non tenetur, ſi cauſam non habet ex qua intelligere poſſit ſe debere quod petitur, aut rem actoris eſſe, ut ſic in dubio juſtam potius cauſam in reo præſumere debeamus, niſi præſumptio hæc contrariis indi-
17 cis enervetur; Et non ſemper ex eventu, ſed de litigandi cauſa, conſiliis, & eorum bonitate judicandum eſt, & ſufficit litigatorem ſibi probabilem victoriæ ſpem facere potuiſſe, modo nec temerarius cauſę ſuæ aſſertor, nec probabilitas illa imaginaria fuerit, ſed rationibus non contemnendis & hactenus nondum dilutis inſtructa, Zieglerus. *tract. de officio judicum. concluſ.* 49.§.8.ideo dicit Lotterius.*de re beneficiaria. lib.* 2. *quæſt.* 20.*n.*96.quod generaliter ſit præſumptio calumnię contra eum, quicunque mo-
18 vet litem ſine aliquo fundamento boni juris. Conſiderabit ergo judex an cauſa ſatis juſta ſit & ponderans, nec levem quamvis & fatuam admittet, *d.§.etiam reſpublica.* ibi: *ignaviam enim prætendentes audiri non oportere*, ne per ſimulatum & fatuum prętextum litium incremento indulgeatur, cauſa autem illa vel expenſarum conditione, facti qualitate, vel litis ambiguitate ponderabitur, Jaſon.*in l.properandum.*§.*ſive autem alterutra.n.*8.*C.de judiciis.*

19 Juſtam litigandi cauſam ad hunc effectum præbet obedientia, & litigandi neceſſitas, Marpurgenſ. *volum.* 3. *conſil.* 32.*n.*302.velut ei qui à principe ad litigandum coactus fuit, vel ſi præceſſit juſſus ſuperioris, ut puta ſummi Pontificis, Abbas Panormitanus *in d. c. finem litibus.n.*22.Menochius.*de arb. jud. quæſt. d. caſu.* 177. *num.* 16.Speckhaen.*d.quæſt.*22. *num.*

*num.*2 *ſub n.*13. quod credendum non ſit ſummum Pontificem à quo ſummus juſtitiæ & æquitatis fulgor relucere præſumitur, malitioſam cauſam agere mandaturum; vel ſi victus ex neceſſitate officii litigare debuit, argumento, *l.* 2. *C. de his qui accus. non poſſ.* Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſ.* 321. *n.* 21. Maſcardus. *de probat. concluſ.* 25. *n.* 9. *& concl.* 36. *n.* 51. velut judex ex officio inquirens, & procurator fiſcalis, Gylmannus. *tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 7. *n.* 26. Aſinius. *d. cap.* 2. *ampl.* 65. *num.* 4. qui ſpeciale hoc eſſe putat quod fiſcus causâ cadens non condemnetur in expenſis, Maſcardus. *d. conclus.* 25. *num.* 4. Guido Papæ, *decis.* 446. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam. *decis.* 6. *num.* 3.

20 Rejicienda tamen eſt hæc ratio, ubi de evidenti malitia litigantis pateficeret, injuſte litem eſſe motam, ut quando inquiſivit, accuſavit vel cum accuſante partem fecit nullâ probatione, infamiâ, vel indiciis præcedentibus, Aſinius, Aufrerius, *citatis locis*, quo caſu neceſſitas officii relevare non poteſt, *d. l.* 2. *Cod. de his qui accuſare non poſ. l. ſeveriter.* 14. *Cod. de excuſat. tutor.* Gylmannus. *d. voto.* 7. *num.* 27. Faber. *ad Cod. lib.* 7. *tit. de fruct. & lit. expens. def.* 33. qui diſtinctionem facit inter procuratorem juriſdictionalem, & procuratorem Principis quem videre poteris; Non obſtat quod *in l.* 2. *Cod. de offic. civil. jud.* præſumatur pro judice, hoc verum eſt, quando judex ſervat debitum ordinem in procedendo, quem ſi tranſgrediatur non pro eo ſed contra eum eſt præſumptio Baldus, *in l. ſancimus. numer.* 20. *Cod. de judiciis.* facit optimè *l.* 2. *Cod. de decurionib.*

& *l. unica Cod.de ſumptuum.recuperat.*ubi is qui ex officio tenetur aliquem ad munus publicum nominare,ſi nominaverit à muneribus immunem & hoc appellatione interpoſitâ conſtiterit, ſumptus litis
22 nominato reſtituere debet; Nec juſſus ſuperioris excuſare valet, ſicut enim calumnioſè contendere, & malitioſis litibus earumque moleſtiis adverſario gravem eſſe,nunquam extra lethalis peccati reatum eſſe poteſt,quod illud conſcientiæ rectæ adverſetur, & omne quod conſcientiæ contrariatur peccatum ſit, juxta illud Apoſtoli *ad Romanos. cap.* 14. omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, dicitur ex fide id eſt ex conſcientia, prout ex Ambroſio declarat Gratianus.*in c. quærat hic aliquis.* 44.*de pœnitentia. diſt.* 3. & Gloſſa. *in c.fin. verb. ex fide. ext. de præſcript.* ita nec in iis juſſui ſuperioris obſequi Chriſtiani nominis erit. *c. non ſemper malum eſt.* 92. *c. ſi Dominus ea jubet.* 93. *XI. quæſt.* 3. Actorum,*lib.* 1. *cap.* 4.ubi B.Petrus ſummis Pontificibus judæorum reſpondit,ſi juſtum eſt in conſpectu Dei,vos potius audire quam Deum,judicate, & Actorum. *cap.* 5. *v.* 19. oportet Deo magis obedire quam hominibus. Neque in opere injuſto juſſus ſuperioris excuſare valet, Julius Clarus. *ſentent. lib.* 5. *quæſt.* 60.& ubi Bajardus. *num.* 53. Zieglerus. *de officio judicum. concluſ.* 35. §. 18.& ſi quid tale ex prava ſuggeſtione mandatum eſſet,oportet ſuperiori prius reſcribere,etiam ſummo Pontifici. *c. ſi quando.* 5. *ext. de reſcript.*

23 Probabilem litigandi cauſam habere dicitur victus propter juſtam ignorantiam, Conſtitutio

Caroli-

Carolina.*art.* 207 *§.* 1.*verſ.quod ſi ſecundus titulum.* ut quia in jus alterius ſucceſſit, & non de proprio contractu vel facto litigat, proprium enim factum ignorare nemo præſumitur. *l.quiſquis.* 15.*Cod.de reſcind. vendit.* ita etiam factum alienum neſcire.*l.qui in alterius.* 22.*ff.de Reg.jur.* quia factum alienum etiam prudentiſſimos fallere dicit Neratius *in l.* 2.*ff. de juris & facti ignor.* unde juſtam litigandi cauſam habet & alieni facti ignorantia excuſat. *l.* 11.*ff.ad S.C.Vellejan.l.* 21.§.1.*ff.de act.empt.* Abbas Panormitanus. *in c. calumniam. num.* 5.*ext.de pœnis.& in d. c.finem litibus. num.* 22. Mathæus.*in d.l.qui in alterius.num.* 4. Speckhaen.*d.quæſt.*22.*num.*2.*ſub n.*18. Pels. *in proceſ. judic. tit.* 46.*n.*41 Rosbach.*in pract. civili. tit.* 78. *num.* 16. ſicut etiam probabilis error facti veniam à refectione expenſarum inducit, Aſinius. *d.* §. 32. *cap.* 2.*limit.*29.cum etiam excuſet ab incurſu pœnę Lotterius. *de re beneficiaria. lib.* 2. *quæſt.* 12.*num.*11.non verò error juris, niſi jus eſſet valde dubium aut ex mixtura facti aut ex opinionum conflictu, Lotterius.*d.quæſt.* 12 *num.* 12.& *lib.* 1. *quæſt.*24.*num.*169. Et tunc erit juſtior cauſa ſuccedentis alteri, ſi ab adverſario inſtrumenta concludentia non producantur, Wameſius *d.conſil.*60*n.*1. 24

Hinc eſt quod ſi hæres alicujus non ſolverit canonem rei Emphyteuticę per biennium vel triennium, prætendatque ſe ignoraſſe rem eſſe emphyteuticam, & hoc juramento confirmet non cadat jure ſuo, Gloſſa.*l.*2.*verb.& ſecundum legem.Cod.de jure Emphyteutico.* Speculator. *tit. de Emphyteuſi. num.* 29. Et vaſallus alteri feudatario ſuccedens ſi 25

tempore debito inveſtituram petere neglexerit aut rem ipſam feudalem alienaverit,alleget tamen ignorantiam feudi, idque juramento confirmare intendat, quod audiri debeat,textus eſt in *c.* 1. *de controverſia inter dominum & emptorem feudi.* Gailius.*lib.* 2.*obſ.*48.*n.*8.*& ſeq.*Et hæres alienans rem ex ignorantia quod litigioſa eſſet, non incidit in pœnam vendentis rem litigioſam.Farrinacius.*criminal.lib.*6. *fragment.part.*2.*lit.L.n.*352.

26 Hanc limitationem reſtringit Mathæus *in d. l. qui in alterius. num.* 7. ad eum qui in judicio rei partes agit, & ex facto defuncti convenitur, quia is prẹter ſpem in judicium trahitur. *l.* 2.*Cod.de dilation.* quod ſi hẹres adverſus alium actionem intentet, ignorantiẹ prætextu non juvari, cum ſibi debeat imputare, quod alium temerè non explorato ſatis jure defuncti fatigavit, cum priuſquam actionem propoſuit ſecum de lite inſtituenda ſedulò deliberare debuiſſet; Non tamen in toto hæredem actorem ab hac limitatione regulẹ ſummovebis, ſunt quidem in *d. l. qui in alterius.* rei partes favorabiliores præ actore, per hoc tamen non negatur, quin etiam hæres actor accedente aliâ probabili causâ excuſari debeat, quod & Decius *ibidem. numer.* 5. non negat,licet. *numer.* 12.cauſam magis juſtam, quam in reo deſideret, ut quia ab initio diligenti etiam adhibitâ curâ aliter perſcrutari non potuit, & ut primum depræhendit veritatem, deſtitit à lite,Idem ſtatuit Menochius. *d. caſu.* 315. *n.*12.Teſſaurus.*decis.*73.Abbas Panormintanus.*d.c. finem litib.n.*22. qui ex Hoſtienſi exemplum refert, de

de eo, qui ex inſtrumento invento in arca paterna egit, cui ſatisfactum eſſe ab adverſa parte probatur in judicio, qui enim ſcripturę alicujus præſumptionem pro ſe habet, excuſatur ab expenſis Aſinius. *d. cap.2.limit.*30.

Hæc tamen ceſſant, ubi defunctus litem jam diu peregiſſet,& hęres eam continuando ſuccubuit, ut merito hic una eademque perſona cum defuncto cenſeri, & in expenſas litis condemnari debeat,quia litis inſtantia cum omnibus cohęrentibus tranſit in hęredem Jaſon. *l. properandum.* 13.*§.ſive autem alterutra.n.*2.*Cod.de judicijs.* Aſinius.*d.cap.*2.*ampl.*4. Sebaſtianus Medices.*in tract.mors omnia ſolvit.part.* 2. *n.* 284. Berlichius.*pract.concluſ.part.*1.*concl.*78. *n.* 8. & hoc eſt quod dicitur hæredem in vitia defuncti ſuccedere.*l.cum hares.*11.*ff.de divers.& temp. praſcript.l. ſi ego emi.* 11.§ *partus.ff de publiciana,*ita hæres rem à defuncto malâ fide poſſeſſam præſcribere nequit, licet ipſe in bona fide ſubſiſtat. Balbus. *de praſcript. part.* 2.*princip.*3.*quaſt.*12.*n.*11.Dynus. *in c. poſſeſſor. n.* 42. *de Reg jur.in.*6 Ubi notandum eſt quod hæres non teneatur ad expenſas propter contumaciā defuncti,per *l.un.*§.*fin.ff.ſi quis jus dicenti non obtemp.* Berlichius. *pract. concluſ.part.*1.*concl.* 78.*num.*8.quia contumacia eſt delictum, & non tenetur hæres ex delicto defuncti, id tamen explicat idemBerlichius.*decis.*122.ſi defunctus non fuit condemnatus,ſecus ſi jam condemnatus fuit, etiam juxta dicta.*cap.*8 *ſect.*6.*n.*8,ſi declaratus fuit contumax, tunc enim hæres ad taxationem & ſolutionem citari & compelli poteſt. 28

Dixi

29 Dixi juſtam ſeu probabilem ignorantiam excuſare,quam Theologi invincibilem appellant, quando victus ignorabat id, quod non pręcisè oportebat eum ſcire,& quod comuniter homines ejuſdem ordinis etiam adhibitâ diligentia neſciunt;Idcirco excluditur ignorantia craſſa ſeu ſupina,& multò magis affectata,quæ neminem excuſat cum pro ſcientia habeatur Marauta. *in repet. l. is poteſt.num.*312.*ff.de acquir. hæred.* Eſt autem ignorantia ſupina & craſſa neſcire id, quod quis inveſtigare vel ſcire tenetur, quia paria habentur ſcire vel ſcire debere, vel ſcire & facilè ſcire poſſe, *l. quod te.* 5.*ff. de reb. dub.*ſicut patet ex *c.* 1. *ext. de poſtulat. prælat. c. cum in tua.*6. *ext. qui matrim. accuſ. poſſ. l. nec ſupina.*6.*ff.de jur. & facti ignor.* de ignorantia affectata eſt textus. in *c.*2.*de tempor. ordinat in.* 6. & ibi Gloſſa. *verb.affectata.* & Gloſſa. *in clem.* 1. *verb. ſcienter.de conſanguin.& affinit.* & dicitur ignorantia affectata, quando quis per ſimulationem ignorat, hoc eſt,quando ſcire potuit ſed noluit, quia diſſimulavit,Jaſon. in *l.ſi ſervus plurium* 50. *§. ſi quis ante. num.*7.*ff.de legat.* 1.Gailius.*lib.*2.*obſ.*48.*n.*18.

30 Eum etiam juſtam & probabilem habuiſſe cauſam litigandi docent,qui pro tuenda dignitate, honore, vel pudore ſuo in judicio permanſit Bartolus: *in l.quæ omnia.*25.§.1.*num.*3.*ff.de procurat.* Gothofredus. *in notis. ad. d. l.* & inde ſi ſuccumbat non condemnari in expenſis,ſtatuunt Doctores Aſinius *d. cap.* 2. *limit.* 9. Jaſon. *in d.§.ſive autem alterutra. num.* 9. Sichardus.*ibidem.num.*13.Gilhauſen.*in arb. judic. cap.* 9. *num.* 21.Menochius.*d.caſu.*177.*n.*14. Hun-

Hunnius.*in Encycloped.part* 2.*tit.*22.*cap.*4.*num.*52. Speckhaen. *d.cent,*3.*claſſ.*3.*quaſt.*22.*num.*2.*ſub n.*9. Berlichius. *pract. concluſ. part.* 1. *concl.* 78.*num.*41. cum ob honorem conſervandum multa concedantur alias prohibita. *d. l. qua omnia.* §. 1. ibi: *niſi forte magis purgare convitium, quam procurationem exequi maluit, & hactenus erit audiendus, ſi dicat procuratione quidem carere velle, ſi id illæsâ ſuâ exiſtimatione fiat, cæterum ferendus eſt pudorem ſuum purgans.* Ita generaliter pertranſeunt omnes, an ergo 31 actione infamante conventus injuriarum forſan aut furti impunè litigabit, & præter injuriam illatam licebit ei adverſarium ſuum juſtè ſua repetentem longâ lite vexare, abſque eo quod tandem convictus in expenſas condemnetur? quia litigavit pro honore ſuo conſervando; Certè non erit affirmandum; Quando ergo aſſertio Doctorum prædicta 32 locum obtinebit? an forſan eo caſu quando crimen ex quo convenitur non eſt notorium & multis palam, & conventus non detinet aliquid alienum veluti fur, vel tenetur ad reſtitutionem aliquam ceu injurians, argumento doctrinę Bartoli. *in l.*2.*num.*3. *Cod. ſi ſerv. aut libert. ad decurion.* dicentis, per textum illum, quod puniatur qui ſe patitur eligi indignum, id eſſe verum, ſi infamia erat cognita per alium, quia fuit condemnatus, alias non teneri quempiam detegere propriam turpitudinem; Vel an illo caſu, quo victus ſolùm per inquiſitionem conveniebatur ad mulctam fiſcalem propter delictum quod non erat notorium? ex doctrina Marantę. *part.* 6. *memb.*7.*n.*9. & Scacciæ. *de judiciys. lib.*2.*cap.*7.*n.*250

quod

33 quod inquiſitus, ſi de crimine cum juramento interrogatus hoc neget, non dicatur perjurus licet mendacium dicat, An forte ſi quis electus ad dignitatem ſi objiciatur ei inhabilitas ex natalibus quæ notoria non eſt, ſe lite defendit donec ſuccumbat?
34 An judex datus vel tutor quem ut ſuſpectum alter removeri petit, An vero ſi quis injuriatus agendo convenit injuriantem, & cum deficit in plena probatione illatæ injurię abſoluto reo ſuccumbit? hoc ſaltem caſu magis puto condonandum actori qui probatione aliquali munitus honorem ſuum defendere nitebatur, quod ſi abſq; ulla rationabili cauſa in judicium temere proſiliit, forſan ex futili relatione cujuſdam, qui ab alio id ſibi ſimiliter dictum aſſeruerat, mulctam expenſarum non effugiet, Innocentius *in c. reprahenſibilis ext. de appellationibus.* Baldus. *in margarita, verſu. monachus non poteſt*, Afinius. *in praxi.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 24. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam. *decis.* 88. *&* *decis.* 309. *n.* 4. qui hoc caſu monachum eâ ſolum ratione non condemnandum ajunt quod nihil proprii habeat, per *d.c.reprahenſibilis.*

35 Saltem lex in qua ſe fundant Doctores nihil probat, ejus caſus hic eſt, procurator, quem velut ſuſpectum volebat principalis à lite amovere, ſe oppoſuit, inde reſpondit Ulpianus, eo ipſo quod invito principali ſe ingerere velit, ſuſpectum eſſe & nequidem audiendum, niſi forſan procuratione renunciatâ ſe defendere velit tantum contra objectâm ſuſpicionem, quia verecundia eſt ut ſuſpectum

ctum removeri, Gloſſa & textus *in l. obſervandum. 47. ff. de judicijs.* Ibi ſolum deciditur quod procurator ad defenſionem ſuam admittendus ſit, quia ferendus ſit pudorem ſuum purgans, non quod poſtea ſuccumbens ſuſpicione probatâ in expenſas temere cauſatas condemnari non debeat; Forſan aliquis in- 36
ſtare poſſet argumento. *l. neq; infantes. 36. in princip. ff. de fideicom. libert.* ubi famæ ſuę ſatagens excuſatur ne quid interea negligat, ſicut à pœna ſenatusconſulti Rubiani is, quem honoris periculum moratum eſt, quo minus libertatis fideicommiſſ. pręſtandę causâ à pręrore evocatus adeſſet, ut licet ſervus ex illo æquiſſimo ſenatus conſulto directam libertatem adipiſci debuiſſet *l. cum vero. 26. §. ſubventum. ff. eod.* tamen hæres vel fideicommiſſarius libertum non amittat propter juſtiſſimum hoc impedimentum. *d. l. neq; infantes*, Et argumento. *l. quintus mu-* 37
tius. 48. ff. mandati. quod honori ſuo conſulens excuſetur licet alteri quid incommodi per id illatum ſit, definit enim in dicta lege Celſus poſt Scævolam, quod fidejuſſor, cui debitor principalis denunciaverat, ut uſuras mutui promiſſas ſolvere recuſaret, ſi propter exiſtimationem ſuam conſervandam recuſare noluit, eas nihilominus repetat à reo in quantum ſolvit, neque fraudi eſſe debeat, quod pepercerit pudori ſuo, quippe honoris & famæ decus omnibus fortunæ bonis præferendum eſt, Proverbiorum. *cap. 22. verſ. 1.* Eccleſiaſtici. *cap. 41. n. 15.* ejuſque cura cuilibet potiſſima eſſe debet. *l. cum ex pluribus. 97. ff. de ſolution.* ſed adhuc reſponderi poteſt, in lege prima agi de merâ pœnâ, &

ſolo

ſolo damno vitando ejus, qui propter famæ periculum ad evocationem prętoris adeſſe non potuit, cujus potior ratio habetur quam ſervi qui mero lucro libertatis directæ inhiabat, verum in caſu actę litis victor non de lucro, ſed de reparatione damni expenſarum contendit, & tralatitium eſt ejus cauſam potiorem eſſe qui de damno vitando agit præ eo, qui lucro invigilat, ſed & minor eſt culpa omittentis comparitionem ex cauſa, quam ſub falſo prætextu committentis litem injuſtam; In lege ſecunda debitor prohibens fidejuſſori qui validè caverat ratione ſufficienti carebat, cur fidejuſſor cum diminutione exiſtimationis non ſolveret.

38 Juſtam quoque litigandi cauſam dare poteſt factum tertii, ex quo victus veniam expenſarum mereri poteſt, v.g. ſi de perſonis honeſtis, probis & fide dignis audiviſſet ſe juſtam fovere cauſam, & rem ita ſe habere uti victus ſuſtinuit, quia dictum viri digni juſtam credulitatem inducit, argumento *l. ſi res pupillaris.* 50. *ff. de adminiſt. & peric. tut.* Gloſſa *in l. titio fundus.* 73. *verb. actiones. ff. de condict. & demonſt.* Felinus. *in c ſuper his. in fin. ext. de accuſat.* Jaſon. *in d. §. ſive autem alterutra. num.* 8. Paulus de Caſtro. *volum.* 1. *conſil.* 392. *in princip.* Gilhauſen. *d. cap.* 9. *num.* 20. Petrus deMoncada. ad Crotum. *de teſtibus, part.* 3. *verb. integræ fidei. num.*
39 155. ideo quod quis à fide digno audivit, id putetur certò ſcire, Bartolus. *in l.* 1 *ff. ad S C. Turpil. num.* 6. & *in l. athletas.* 4. *§. calumniator. num.* 3. *ff. de his qui not. infam.* Afinius. *in praxi* §. 32. *c.* 2. *limit.* 8. Sichardus. *d. l. properandum. n.* 12. Menochius. *d. caſu.* 177. *num.*

n. 12. Speckhaen. *d. quæſt.* 22. *n.* 2. *ſub n:* 8. habereque ejus rei certam & indubitatam notitiam, Gloſſa, *in c. cupientes.* 16. *verb. notitiam. de electione. in.* 6. facit textus. *in c. nobiliſſimus.* 3. *diſt.* 97. & ibi Gloſſa finalis, textus. *in c. cum in tua, ext. de ſponſal.* ibi: *ſi perſona gravis, cui fides adhibenda.* & in. *c. talia. VIII. quæſt.* 3. ibi: *quia de memorati viri teſtimonio omnino dubitare non poſſumus.* facit elegantiſſimus textus. *in l. non omnes.* 5. §. *à barbaris. ff. de re militari.* ibi: *ſi vir bonus ante exiſtimatus eſt, prope eſt ut affirmationi ejus credatur*, & verum eſſe præſumitur, quod à perſonis honeſtis dictum eſt, Mantica. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 23. *tit.* 3. *n.* 79. Unde di- 40
ctum notabilis & legalis viri talem præbet credendi cauſam, ut etiam ex eo inducatur titulus ſufficiens ad præſcriptionem, Bartolus. *in l. qui fundum.* 7. §. *procurator. n.* 2. *ff. pro emptor.* Felinus. *in c. de quarta. n.* 24. *ext. de præſcript.* ubi dicunt emptorem ementem à procuratore dici eſſe in juſto errore, & præſcribere contra dominum, ſi fuit ſibi dictum à fide dignis, procuratorem habere plenum mandatum licet non habuerit, & Baldus. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de reb. alienand.* quod ſi quis emat rem hæreditariam ab aliquo quem à fide dignis audivit eſſe executorem teſtamenti, licet executor non ſit, poſſit ob bonam hanc fidem ex dictis, fide dignorum ortam contra hæredem præſcribere, Sed & fide digno credens ſi dictum illius aliis referat excuſatur à mendacio & calumnia, Bartolus. *in. d. l.* 1. *n.* 6. *ff. ad. S.C. Turpil.* & Lotterius. *de re beneficiaria. lib.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 22. ait excuſari promotum ad ordines infra ætatem legiti-

mam, ſi mater ejus ſuper ætate idoneâ teſtificata
41 fuiſſet cui juſtè crediderat. Et ad hunc effectum non tantum dicta eorum, quos fortunæ favor magis extulit, admittenda, & cæterorum, quibus forſan tenuior conditio curtaque ſuppellex domi eſt, removenda cenſeo, dummodo certa & ſpectata eis ſit fides, quid enim ſi quis opes contemnat, nec ſibi expetendas putet, ſed mediocritate ſuâ cotentus in virtutis ſtudium incumbat, ſicut olim philoſophi *l.* 1. §. *an & philoſophi. ff. de varijs extraord. cognit.* & Horatius de ſe ipſo ait *carminum. lib.* 3. *ode.* 26.

& meâ.

Virtute me involvo, probamque.

Pauperiem ſine dote quæro,

& hodiedum tot religioſi faciunt ultro; Iccirco in *l. ſi quis ſtipulatus.* 112. §. *ult. ff. de verb. oblig.* eleganter definitũ eſt, idoneos non tam patrimonio, quam
42 fide æſtimari, Etiam pauper fidelis & diligens adminiſtrator eſſe poteſt. §. *ult. inſt. de ſuſpect. tut.* moreſque hominis inſpiciendos in variis juris partibus inculcatur. *l. nec ei* 17. §. *ult.* ibi: *ſi vitæ ejus ſobrietas clara ſit. ff. de adopt. l. cum hi.* 8. §. *ſed & perſonarum* ibi: *vita ſequioris an frugi ſit. ff. de tranſact. l. non debet.* 11. ibi: *adverſus hominem vitæ emendatioris. ff. de dolo. l. ſciri.* 21. §. 5. *ff. de tutor. & curat. dand.* cum
43 ſimilibus. Dixi de fide dignis, quod ſi tales non fuerint, eorum dicta victum ſublevare non poterunt, juxta notata Felini. *in c. cum dilectus. n.* 3. *ext. de calumniat.* Imo licet fidedignus obiter quid dixiſſet, cui litigans mox fidem adhibuit, abſque eo quod in fundamentum dicti inquireret, inde non ſemper excuſabi-

ſabitur ſi ſuccumbat, quia etiam perſona idonea errare poteſt, & teſti idoneo non creditur ſi cauſam teſtimonii proferre non poſſit. *l. ſola teſtatione*.4.*C. de teſtib. Novella. de teſtib*.90.§.*& licet*. Et hunc temerarium æſtimo, qui ad nudum aliquod dictum litem aggreditur, priuſquam examinet cauſam dicti, & an probabilis ſit ſcientia referentis, facit quod dicit Vivius. *lib*. 2. *decis*. 358.*n*.5.quod non ſit credendum commentatori quantumvis magno, niſi quatenus ejus rationes urgeant, hinc eſt quod Doctori qui nihil allegat, non ſit credendum ullo modo. *c. ego ſolis*. 5.*diſt*.9.etiam ipſimet Gloſſę ſecundum Baldum. *in l. reſpublica*.4.*C. quib. ex cauſis major*.ideo imputare ſibi debet, qui nimium credulus fuit. *l*. 1. §. 2. *ff. de eo per quem factum erit*, Quæ reſtrictio limitationis in judiciis probè obſervanda erit; Hęc locum habent in dicto extrajudiciali & affirmatione boni viri,cui juxta prædicta non eſt fides deroganda, non verò cùm ad judicium devenitur, tota ſiquidem ſubſtantia & fides teſtimonii conſiſtit in jurejurando teſtis. *l. jurejurandi*. 9. *Cod. de teſtibus*, quantumcunque is religioſus, legalis aut fidedignus ſit. *c. tuis quæſtionibus*, 39. *c. nuper nobis*.51.*ext. eod.*

Ita etiam habens pro ſe publicam famam calumniâ aut temeritate litigantium non tenetur, Bar- 44
lus, *ante citatis locis*. inducit enim fama juſtam credendi cauſam,ut ex ea victus ab expenſis excuſetur, Paulus de Caſtro.*d. conſil*.293.*in princip*. Abbas Panormitanus.*in c. cum contingat*.24.*n*.4.*& in notis ibidem. ext. de reſcriptis*. & dat præſumptionem boni

juris facitq; regulariter ſemiplenam probationem, Franciſcus Vivius. *commun.opin.lib.*1.*opin.*109.per textum.*in l.*3.§.*eiuſdem quoque*.junctâ Gloſsâ.*verb. confirmat. ff. de teſtib.* Lancellottus.*de officio Prætoris.tit.dicta teſt.aſſum.§.de fama*,Crotus *de teſtibus. part.* 7.*n.* 42. ergo probabiliter ei creditur, Bartolus. *in l.* 2. *n.* 4. *C. ſi ſerv.vel libert.ad decurion.*Baldus. *in l. quicunque.* 4.*n.*2.*C.de ſervis fugitivis.* quia fama propter veriſimilitudinem fidem aliquam meretur,ideoque creat bonam fidem & excuſat à dolo,
45 Bartolus. *in l.cum quidam.* 30.§.*quod dicitur.n.*3.*ff. de acquirenda hared.* & in.*l.fin.n.*1.*ff.de hared.inſtit.* Felinus.*d.n.*24.Freherus.*tract.de fama.publica.cap.* 24.*n.* 16.facitque titulum ad præſcribendum,ſicut ante de dicto boni viri relatum eſt, Felinus. *d.n.*24. Modo tamen ex vano & futili rumore non derivetur, quam merito ſpuriam & vitiatam vocat Freherus.*dicto tract. cap.*3.*n.*17.ideoque à judice rejicienda eſt per textum. *l. decurionum.* 12. *C.de pœnis.* aut dummodo victus non ſcierit contrarium famę verius eſſe *l.miles.*11.§.*mulier.ff.ad leg.jul.de adult.*Felinus. *in. c. cum dilectus. n.* 3.*ext.de calumniat.*ſcientem enim contrarium non juvat communis opinio,argumento *c. etſi neceſſe.* 5. *ext. de donat. int. vir. & uxor.* Freherus. *d. tract. c.*14.*n.*17.Vel niſi poſt famam illam ſuperveniat fama contraria, quia illa tollit effectum famæ primæ Maranta *in repetit. l. is poteſt. n.* 321.*ff.de acqui.hared.*Quod ſi victus teſtium
46 fidedignorũ dictis extra judicium jactitatis, rem ita ſe habere,& in favorem illius ſe ex certa ſcientia depoſituros confiſus litem incipiat & proſequatur, donec

donec publicato rotulo contrarium teſtificatos eſſe compertus fuerit, pro ut exempla non deſunt,quoſdam coram Notario & teſtibus illud prius affirmaſſe, quod poſtmodum judicialiter juramento prævio inficiati ſunt, & hunc uſque ad didicita teſtificata juſtam litigandi cauſam habuiſſe, & ab expenſis excuſari placuit, quod per hoſce teſtes deceptus & ſeductus temerè litigaſſe non dicatur, unde per dicta eorum juſto errore detentus condemnatione expenſarum mulctari non debet, Gloſſa notabilis *in c 1. in fin. verb. ſufficiens. de electione in 6.* Jaſon. *d. l. properandum. §. ſive autem alterutra. n.* 8. Aſinius. *d. c. 2. limit.* 7. Sichardus. *d. §. ſive autem. n.* 11. Menochius. *d. caſu* 177. *n.* 11. Moncada ad Crotum. *dicto loco. n.* 156. Gilhauſen. *d. c.* 9. *n.* 20. Carpzovius. *definit. forens. part.* 1. *conſt.* 31. *def.* 27. *n.* 6. Berlichius. *part.* 1. *concluſ.* 78. *n.* 32. & 4. Ummius. *diſp.* 22. *thes* 8. *n.* 31. faciunt tradita per Bartolum. *in l. ſi quis inficiatus.* 13. *n.* 2. *ff. depoſiti.* Hæc enim credulitas & fiducia erga eos, qui ſunt boni nominis & famæ uſq; eo probabilis eſt & ſpecioſa, ut excuſetur qui per eam inductus deceptus eſt; Ita excuſatur bonę fidei 47 poſſeſſor, qui ſervum bonæ & integræ opinionis, ejuſmodi, ut vinciri aut cuſtodiri non ſoleret aut deberet, non cuſtodierit, ſi ille fugit, ut in judicio rei vindicationis abſolvatur, quo ad ipſum ſervi pretium, actionibus tantum cedendis & fructibus ejus temporis præſtandis quo poſſedit, & cavendo denique ſi ſervum forte recipiat, quod eum reſtituet. *l. ſi à bona.* 21. *ff. de rei vindicat.* & quilibet contrahens, commodatarius, creditor pignoratitius, depoſitarius, mandatarius, ſocius, fidei-

commiſſarius, tutor, curator, non tenetur de fugis ſervorum talium, qui cuſtodiri non ſolent, *l. contractus.* 23. *in fin ff. de Reg. jur.*

48 Idem erit, ſi teſtes fide digni ſe veritatem ſcire extrajudicialiter jactitantes cauſâ cœptâ in remota vel facta ceſſerunt ante eorum productionem, & quod mors & remota hæc abſentia teſtium ſuccumbentem excuſent, docet Lanfrancus de Oriano *in. c. quoniam contra. n.* 704. *ext. de probat.* Berlichius. *d. n.* 40. Conſideranda interim erunt circa teſtium jactitata, quæ ſuperius. *n.* 44. monui.

49 Excuſabitur etiam ex juxta litigandi cauſa qui probavit intentionem ſuam per teſtes, licet ii ex defectu perſonę, tanquam infames, cognati, falſarii, vel excommunicati vel ex alio ſimili defectu rejecti & reprobati ſunt, Baldus *in authent. generaliter. n.* 10. *C. de Epiſcop. & cler.* & in. *l.* 1. *n.* 9. *C. de advoc. diverſ. jud.* Lanfrancus de Oriano. *in. d. c. quoniam, n.* 682. Jaſon. *d. n.* 8. Sichardus. *d. n.* 11. Menochius. *d. caſu.* 177. *n.* 10. Gilhauſen. *d. cap.* 9. *n.* 19. Aſinius. *d. c.* 2. *limit.* 6. Speckhaen. *d. quæſt.* 22. *n.* 2. *ſub n* 6. Pels. *in proceſſ. judic. tit.* 46. *n.* 41. Ummius. *d. diſp.* 22. *thes.* 8. *n.* 31. hunc enim juſtam litigandi cauſam habuiſſe nemo negabit; niſi defectum teſtium ſciens ultro eorum teſtimonio uſus ſuccubuerit, aut alia ſuſpicione non careat Baldus. *d. n.* 9

50 Hoc loco adjungi poteſt quod poſt Jaſonem tenet Aſinius. *d. cap.* 2 *limit.* 16. Speckhaen. *d. q.* 22. *n.* 2. *ſub n.* 17. Berlichius. *d. concl.* 78. *n.* 28. de eo qui cum per decretum Magiſtratus in poſſeſſionem bonorum adverſarii miſſus fuiſſet, idque poſtmodum ex ratio-

rationabili quadam cauſa revocetur, quod nec hic in expenſas condemnandus ſit, qui jure permittente ad poſſeſſionem eam retinendam quam decreto Magiſtratus adeptus fuerat, lite contendit.

Ex ambiguitate cauſæ in litem deductæ victus juſtam litigandi rationem prętendit, & de hoc eſt melior textus in jure quàm de ullo alio, *l. penult. §. 1. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ibi. *aut etiam judex inveniat eum non calumniatorem, ſed de re dubia litigantem, hic evitabit expenſarum condemnationem*, v. g. 51

ſi tuebatur litem, quæ dependebat ex deciſione legis dubiæ & difficilis, ſuper qua ſunt diſcrepantes Doctorum opiniones. Abb. Panor. *in c. calumniam. num. 6. extr. de pœnis.* Lanfrancus de Oriano *d. num.* 682. Franciſcus Niconitius *in d. c. quoniam contra, part. 2. n.* 269. Jaſon *d. n.* 8. Sichardus *d. §. ſive autem alterutra. n.* 8. Aſinius *dict. cap. 2. limit.* 27. Menochius *d. caſu* 177. *n. 6.* Speckhaen. *d. q.* 22. *n.* 2. Pelſ. *d. tit.* 46. *n.* 39. Roſbach. *d. tit.* 78. *n.* 16. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.* 223. *n.* 4. Hunnius *d. c.* 4. *n.* 37. Zieglerus *d. tract. concl.* 49. *§.* 23. meritò excuſabitur, cum ipſe ſcire nequeat in quem intellectum judex inclinaturus ſit, nec peccaverit ſi alteram ex dubiis opinionibus ſecutus ſuccumbat, quia nec temeritas nec juris error ipſi imputari poteſt, Vivius *deciſ.* 47. *n.* 15. 52

Vel quando ſuper articulo controverſo variæ Doctorum opiniones extant, dummodo de communiori & in judiciis recepta non appareat, Aſin. *d. c. 2. limit.* 4. Speckh. *dict. num.* 2. Gilhauſen. *dict. cap.* 9. *num.* 18. ut hoc caſu etiam in cauſa appellationis 53

 ſe-

ſecundò ſuccumbentem poſt alios excuſaverit Aſinius *d.c.*2. *ampl.*6. *n.* 2. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *d.deciſ.*223. *n.*3. Abbas Panormitan. *in c.finem litibus* 5.*n.*25.*ext.de dolo & contum.* licet Gloſſa *ibidem, verb. expenſas* contrarium ſtatuerit;
54 Quod ſi de communiori & in judiciis interruptè frequentata conſtet, vix eſt ut victus excuſari poſſit, debuit enim ſcire,quod id,quod à pluribus docetur, pro veritate habendum ſit,*l.fin.verſ.lex etenim.Cod. de fideicomm.* & integrum ſit judicium, quod plurimorum ſententia comprobatur,*c.extra* 5 *diſt.*64.*c. prudentiam.*3. *ext. de offic. deleg.* faciliusq; inveniatur quod à pluribus quæritur,*c.fin.diſt.*20.idq; confirmatur per *l.athletas.*4.*in princ.ff.de his qui not.infam.* ubi Ulpianus ſequitur ſententiam Sabini & Caſſii tanquam ab omnibus receptam.*leg.quæſitum* 12.*§.ſed ſi fundus.*27.*ff.de fund.inſtruct. l.ſcire oportet.*
55 13. *§. aliud. ff. de excuſ.tut.* Vel quando cauſa eſt propter negotii varietatem valde involuta, ambigua & intricata,Aſinius *d.limit.*4 Ummius *d.theſ.* 8.*n.*31.Zieglerus *d.§.*23.

56 Si quis celebris cujuſdam Doctoris contradictorem non habentis authoritate vel opinione coloratis rationibus ſuffultâ nititur, juſtam litigandi cauſam habere dicitur, cum enim Doctoribus conceſſum ſit leges interpretari, eorumq; opiniones probabiles habeantur,Gloſſ.*in l.*1.*verb.juſq; in fin.C.de legib.*Græv*ç*us ad Gailium *in proœmio n.*116.mirum non eſt, quod ejuſmodi opinioni confidens habeatur excuſatus à refectione expenſarum,Jaſon *d.n.* 8. Sichard.*d.n.*8.Aſin.*d.c.*2.*lim.*2. Græv.*d.loc.n.*125.
Me-

Menoch. *d caſu* 177. *n.* 3. Gilhauſen *d. c.* 9. *n.* 18. Abbas *in c.* 1. *n.* 25. *extr. de poſtul. prælat.* Afrer. *d. deciſ.* 273. *n.* 4. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 156. Cævall. *quæſt. comm. in præfat. n.* 20. Pelſ. *d. tit.* 46. *n.* 39. & *tit.* 41. *n.* 64. Vivius *deciſ.* 47. *n.* 6. & 7. Speckhaen *d. n.* 2 *ſub n.* 1. Dixi ſubnixam rationibus opinionem Doctoris contradictorem non habentis probabilem haberi; ut primùm enim de probabiliori & certiore conſtat, hæc alteri omnem probabilitatem exuere videtur, ita ut illa rectæ rationi quaſi conformis eſſe deſinat, prout eleganter deducit Zieglerus *d. tract. concl.* 40. *per tot. maximè* §. 53. Unde eſt, quod opinio ſingularis ſine ſufficienti ratione communi ſententiæ Doctorum contradicens, præſertim Doctoris, qui abſurda tradere ſolitus eſt, victum à refuſione expenſarum excuſare non poſſit Menochius; *d. caſu* 177. *n.* 4. Speckhaen. *c. loc.* Quando autem dicatur quis ſolitus? Bartol. *in l. mela.* 14. §. *ſed & ſi alimenta n.* 1. *ff. de alimen. & cibar. legat.* Paul. Caſtren. *in l.* 3. *n.* 8. *Cod. de Epiſc. audient.* Lotterius *de re benefic. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 113. ajunt ſolitum quem eſſe, verificari unico actu, unde Bajardus ad Julium Clarum *q.* 46. *n.* 31. docet, quod carceratus propter delictum, pro quo fidejuſſoribus eſſet relaxandus, non relaxetur, ſi ſemel de carcere aufugiſſet, rectius ſentit Roſenthall. *de feudis cap.* 4. *concl.* 29. *n.* 8. duos ad minimum actus requirens; ad quod eſt gloſſ. *in c. ita nos.* 25. *XXV. q.* 2. *verb. uſum.* & Mantica *de tacit. & ambig convent. lib.* 8. *tit.* 24. *n.* 13. plures exigit actus, ut quis ſolitus dicatur fœnerari, quod tamen de duobus verificari poteſt. *c. pluralis locutio.* 40. *de reg. jur.*

57 (beside "Doctoris contradictorem")
78 (beside "Unde eſt")
59 (beside "Quando autem")

in 6. Grammaticus *deciſ.* 16. *num.* 3. cum etiam,ut quid dicatur conſuetum, requirantur duæ vices juxta Caſtrenſem *d.n.*8. Hoc caſu ſufficere arbitror, ſi præter hanc opinionem, etiam aliam ſine ſufficienti fundamento contra communem defendere contendat.

60 Eò magis excuſabitur ob juſtam litigandi cauſam, qui in communi & recepta opinione litem ſuam fundatam habet. Abbas Panormitan. *in d.c.finem litibus.n.*23.Vivius *lib.*1.*deciſ.*47.*n.*8.Antonius Mathæus ad Guidonem Papæ *deciſ.*277. Hunnius *d. c.* 4.*n.*41.Pelſ.*d.tit.*41.*n.*64 Rosbach.*d. tit.*78. *n.* 16. Berlichius *d.concl.*78.*n.*30. Socinus *fallentiarum regula* 181.*verſ.quinto.* Eſt enim opinioni communi tanta attributa authoritas, ut pro veritate quaſi pro lege haberi cœperit, & judici nefas ſit ab ea recedere, ni litem ſuam facere & per imperitiam judicaſſe audire malit, Gailius *lib.*1.*obſ.*153.*n.*5.

61 Non diſceptabo tamen, quod judici quandoque liceat à communi recedere,ubi illa bonis rationibus evinci poterit, quia nudus aſſerentium numerus non facit verè dictam communem opinionem, nec multitudo errantium errori præbere poteſt patrocinium, cum conſtet authores quandoq; imitari aves prævolantem inſectantes,dum aut opinionē aliquam jam ante traditam ſine altiori inquiſitione docendo amplectuntur,vel etiam abſq; ſufficienti textu quaſi obſtinato ſtudio tueri conſpirant poſt Zaſium *in l.*2.*ff.de orig.jur.*Cæſar Contardus *ad leg.diffamari. c.*5.*n* 113.De origine comm.opinionum,& quæ tales verè dici poſſint,videbis Ziegler.*d.tract.concl.*39

Qui

Qui excellentiſſimi Doctoris viventis conſilio ſuffultus litem inivit, eum etiam à condemnatione expenſarum liberum dicunt, Vivius *d. deciſ.* 47. *n.* 7. Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 41. *n.* 156. Carpzovius *d. defin.* 47. *n.* 5. Berlichius *d. concl.* 78. *n.* 31. Duorum tamen clariſſimorum Juris Doctorum conſilia ſubſcripta & ſigillata ad minimum requirunt, Felinus *in c. de quarta. n.* 27. *ext. de praſcript.* Lanfrancus de Oriano *in d. c. quoniam contra. n.* 682. Jaſon. *in d. §. ſive autem alterutra. n.* 8. Sichardus *ibid. nu.* 9. Menochius *d. caſu* 177. *n.* 5. Aſinius *d. cap.* 2. *limit.* 3. Gailius *lib.* 1. *obſ.* 152. *n.* 6. Matthæus *ad dict. quæſt.* 277. Speckhaen. *d. n.* 2 *ſub n.* 3. Rosbach. *d. tit.* 78. *n.* 16. Pelſ. *d. tit.* 46. *n.* 40. Gilhauſen *d. cap.* 9. *n.* 18. Pariſius *vol.* 3. *conſil.* 7. *n.* 44. Marpurgenſes *vol.* 1. *conſil.* 15. *num.* 366. & talium quidem Doctorum, qui cum eruditione integritatem famę & conſcientiæ conjunctam habent, & à prævaricationis ſuſpicione abſunt, Felinus *d. n.* 27. & *in c. ſuper his. in fin. ext. de accuſat.* Freherus *de exiſtimatione lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 29. quod aliàs hocce ſæculo nihil facilius ſit, quam unius alteriusve Doctoris conſilium, utut velis venum nummis habere, Speckhaen *dict. loc.* Sed quis de conſcientia alterius judicium dabit? Interim unum conſilium à duobus ſubſcriptum ſufficere arbitror, quod aliqualem ſpeciem veritatis præ ſe ferre videtur. 62

Imperitum juris ſolummodo conſiliis talibus adjuvari docent Bartolus per *l. in bonorum.* 11. *n.* 4. *ff. de bonorum poſſeſſ.* Jaſon. *d. num.* 8. Sichardus *ibid. n.* 10. Aſinius *d. limit.* 3. Menoch. *d. caſu* 177. *n.* 5. Ummig *d. diſſ.* 63

*d.diſp.22.theſ.8.n.*31. non verò Doctorem juris, licet multa haberet conſilia, cum & Aſſeſſorem judicis non excuſet imperitia alieni conſilii; Puta ſi
64 Doctor iſte ex conſilio ſolo ſe tueri vellet; Neque conſilium advocati cauſę juſtam litigandi cauſam facit, propter affectionem particularem, quam ad cauſam habet, quæ in aliis DD. ceſſat, Matthęus *ad d. q.* 277. A ſin. *d. limi.* 3 *ſub lim.* 2. *n.* 3. qui tamen contrarium in practica obſervari teſtatur, quod ob conſilia excellentiſſimorum advocatorum, potius benignitatis cauſâ quam juris judices victum ab expenſis abſolvant; Cui tamen abſque alia cauſa ad abſolvendum inductiva accedente fidendum non erit,
65 ſiquidem conſtat, quod Doctoris & advocati inſignis ſcripto prolatæ atteſtationi ſuper ſtylo & uſu judiciario ordinatoria litis reſpiciente cæteris paribus credatur, donec probetur contrarium, ſi modò ſit illa atteſtatio de ſtylo judicii ſibi cogniti, in quo diu verſatus eſt, Maſcar. *de prob. concl.* 426. *n.* 16. Lotter.
66 *de re benefic. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 12. fides tamen nulla habetur Doctori, qui in conſilio ad favorem clientis ſui conſcripto de conſuetudine tali atteſtatur, Grævęus ad Gail. *in proœm. n.* 114. ſed nec in teſtē admittitur pro cliente ſuo propter præſumptam affectionem. *l fin. ff. de teſtib.* ergo minùs conſilium ejus excuſabit, quod hoc quandoq; ex affectione, teſtimonium verò ſecundùm veritatem juramento prævio detur.

67 Propter incertam quoque & velatam veritatem intentionis agentis, ut in caſu *l. 2. ff. de condict. indeb.* quando legatarius petit ab hærede legatum, reſiſten-

ſtente hoc, quia codicillos prætenſos, ex quibus legatum petebatur, non habebat, ideo non teneri ad legatum, vel in ſimili, poſtea per productionem codicillorum, teſtium aut alicujus documenti primùm detectam, præſumitur habuiſſe juſtam cauſam litigandi, modò depræhensâ veritate ſeu juſtitiâ actionis propoſitę incontinenti ſine ulla mora à lite reus deſiſtat, Lanfrancus de Oriano *dict. num.* 682. Wameſius *conſil.* 160. *n.* 5. quamvis hic in actore contrarium velit. *ibid, num.* 1. cum ipſi imputari debeat, quod de jure ſuo ante ingreſſum litis non inquiſierit diligentius, & fuerit in poteſtate ejus, quando litem inſtitueret, & reus econtra non ex ſua ſed ex actoris voluntate conveniatur etiam invitus, *l. inter ſtipulantem.* 83. §. *ſi ſtichum. ff. de verb. obligat.* Accipio de actore, qui ex proprio facto ſeu contractu convenitur, non ſi ex alieno prout ſuperius *nu.* 25. *& ſeq.* dicta Matthæi *in leg. qui in alterius.* declarata ſunt.

68 Juſtam litigandi cauſam ab expenſis victori refundendis ſuccumbentem relevare hactenus dixi, reſtat videre, an hoc univerſim procedat; Primo ſi in contractu per ſtipulationem promiſſę eſſent, quas conventionales, ſicut aliàs ex vi legum debitas legales vocant; Quia ſub obligatione generali rerum, quas quis habuit habiturusve ſit, non continentur eæ, quas veriſimile eſt, quempiam obligaturum non fuiſſe, *l.* 6. *ff. de pignoribus. & hypoth.* & quemadmodum ſi quid mandatum ſit definiri abſq; exceptione, non excluduntur exceptiones legitimæ, text. eſt *in cap. ex parte* 13. *extr. de offic. delegati.* Rebuffus

de

69 *de alienat. rer. Eccleſ.* Imo licet à Papa mandatum quid eſſet, in quo poſſit cadere exceptio rationabilis, quod in dubio per reſcriptum ejus, in quo eſt clauſula hæc omni exceptione remotâ, frivolæ tantum videantur exceptiones repulſæ, non autem juſtæ & rationabiles, Vitalis de Cambanis *tract. clauſularum, clauſ. nulla except. obſt. n.2.* Ita forſan ſub generali promiſſione expenſarum videri poſſet non venire eas, quas ob juſtam litigandi cauſam intervenientem adverſario quis cauſavit, ſed tantum frivolas, cum in priorem quoque caſum ſe voluiſſe obligare non videatur probabile, & jus ſuum indefenſum relinquere nemo debeat, *l. illud quoq. 4. in princip. ff. de hæred. petit.* Videtur facere, *l. 4. in princip. ff. de uſuris.* ubi ſtipulatione interpoſitâ rem dari & tradi, non aliter cenſeri promiſſum dicitur, quàm quod venditor judicio empti præſtare compellitur, ex qua lege Doctores regulam firmant, quod pacta ſecundum jus commune ſint interpretanda.

70 Conveniunt tamen Doctores, quod juſtâ litigandi causâ non obſtante debeantur conventionales, non minus quàm ipſa ſumma principalis in obligationem deducta, licet aliud ſit in legalibus, Gloſſ. *in Novella de judicibus. §. oportet. verb. ſolo.* & *in l. 3. §. ſi rem. verb. fortaſſis. ff. de legat. 3.* Lanfrancus de Oriano *dict. num. 682. in addit. verb. condemnari.* Baldus *dict. §. ſin autem alterutra. num. 2.* Jaſon. *ibid. num. 3.* Decius *l. qui cum alio. 19. num. 1. ff. de Reg. Jur.* Aſinius *d. cap. 2. limit. 1 ſublimit. 1.* Covarruvias *pract. quæſt. cap. 27. num. 3. verſ. hæc tamen ſexta declaratio.* Faber *ad Cod. lib. 7. tit. 18. def. 3. num. 7.* Speck-

Speckhaen. *dict. quaſt.* 22. *num.* 2. *ſub num.* 20. Schraderus *de feudis part.* 2. 9. *part. princ. ſect.* 7. *num.* 52. Hartmannus Piſtoris *lib.* 1. *quaſt.* 11. *n.* 2. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 56 Berlichius *pract. concluſ part.* 1. *concluſ.* 78. *n.* 15. Quia verba contractus ſtrictè ſunt accipienda, *leg. quidquid adſtringenda.* 99 *ff. de verb. oblig. leg. fidejuſſores Magiſtratuum.* 68. §. *pro aurelio. ff. de fidejuſſor.* & mitius agitur cum lege, quam cum homine, *l. celſus.* 23. & ibi Gloſſ. *verb. offeratur ff. de recept. arbit.* Ita, quamvis juſta cauſa abſentiæ excuſet quem à pœnis legalibus, non tamen à conventionalibus. Vitalis de Cambanis. *d. tract. clauſ. de emologat. arbitrii c.* 2. *n.* 2.

Unde ſi venditor obliget ſe emptori in caſum evictionis ad reſtituendum omnes expenſas, quas 71 emptor facturus eſſet in judicio & extra, debebit condemnari in expenſas, quamvis juſtam habuerit cauſam litigandi. Hartman. Piſtoris & Covarr. *dict. locis.* uſque adeo, quamvis judex abſolviſſet victum ab expenſis, quod nihilominus peti poſſint expenſæ debitæ ex promiſſione actione ſeparatâ, quaſi judex non intelligatur abſolviſſe ab expenſis conventionis, ſed tantum ab iis, quæ judicis officio mercenario petuntur, Surdus *lib.* 1. *deciſ.* 261. *n.* 7. Klockius *vot. Camer.* 11. *n.* 178. Aſin. *d. limi.* 1. *ſublimit.* 1. *n.* 3. Hartm Piſt. *d. q.* 11. *n.* 4. Socin. *fallent. reg.* 183.

Si modò expenſæ illæ per contractū voluntarium 72 extrajudicialem promiſſæ eſſent, ſicut paulo ante de caſu evictionis dixi, & in venditionibus annuorum redditūum ordinariè promitti ſolent, daß der Verkauffer / im fall der verſäumter Zahlung Macht haben

haben ſolle die verſchriebene *hypothec* anzugreiffen/unterzunehmen/und zu genieſſen/biß ihme des Hauptſtucks / nachſtändiger Zinſen / und allinger dieſerwegen angewandter Koſten halber völliger
73 Vergnügen geſchehen ſeyn wird. Secus verò ſi ex contractu neceſſario in judicio inito deberentur, ut cum actor litis initio de refundendis expenſis in caſum ſuccumbentiæ datis fidejuſſoribus promiſiſſet: ab his enim non minus ac aliis judicis officio mercenario debitis juſta cauſa excuſat, cum ad eas reſpectum habuiſſe contrahentes cenſeantur, adeóq; promiſſio hæc ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſit. *l. ſi legati ſervi nomine* 56. *ff. de legat.* 1 Jaſon. *dict.* §. *ſive autem alterutra. num.* 4. Baldus *in l. eos.* §. *cautione. n.* 2. *Cod. de appellat.* & *in authen. generaliter. n.* 6. *Cod. de Epiſc.* & *cler.* Aſinius *d. ſublim* 1. *n.* 4. Berlich. *d. concl.* 78. *n.* 16. Hering. *de fidejuſſorib. c.* 24. *n.* 276. Hartmann. Piſtoris *d. q.* 11. *n.* 6. qui ſic judicatum atteſtatur; quia ſubvenitur magis ei qui ex neceſſitate ſe obligavit, quàm qui ex voluntate, *l. ſi fidejuſſor.* 7. §. *ſi neceſſaria. ff. qui ſatisdare coguntur.* Vitalis de Cambanis. *d. c.* 2. *n.* 3. & imputandum illi eſt qui nullâ neceſſitate cogente promiſit, *l. ſi dictum.* 56. §. *ſi promiſero. ff. de evict.*

74 Imo quando actor victus extra judicium in principio litis jamjam porrecturus libellum conventionalem reo aliàs ſubterfugienti judicium promiſiſſet ſe in caſum ſuccumbentiæ litis expenſas refuſurum: hoc caſu reſtitutio expenſarũ, quamvis extra judicium earundem ſtipulatio facta eſſet, non erit imponenda, nec ex pacto petenti victori deferendũ. Græv. a

Gai

Gailium. *lib.* 1. *concluſ.* 151. *conſid.* 2. *n.* 14. quia pactum hoc non tam voluntarium quam neceſſarium fuiſſe cenſetur, ne à ſubterſugiente reo lis prolongaretur.

Ex his videmus hactenus dicta de juſta & probabili litigandi cauſa ſolummodo locum obtinere 75
in expenſis legalibus quæ judicis officio mercenario veniunt; Sed quid ſi hæres ex promiſſione defuncti forſan conventus eam, & debitum ignoravit? non puto quod uſq; ad productionem inſtrumenti vel teſtium juſtę ignorantiæ pœnam habere debeat Imo Ummius *diſput.* 22. *theſ.* 8. *n.* 29. exceptionem præcedentem penitus non admittit, & juſtam litigandi cauſam etiam in expenſis conventionalibus attendendam eſſe ſtatuit, cujus ſententia ratione prorſus carere non videtur, & quandoque locum habere poſſet, ſi cauſa magis juſta occurreret.

Speciali quorundam locorum ſtatuto cavetur, 76
victum victori in expenſas condemnandum, hoc ejus efficacię eſſe, ut juſta litigandi cauſa nullam excuſationem tribuat, cum jure actionis debeantur ſcil. condictione ex ſtatuto, affirmant Bartolus. *in l.* 3. §. *ſi rem num.* 3. *ff. de legat.* 3. Lanfrancus de Oriano. *d. num.* 682. *in addit. ad verb. condemnari.* Paulus Caſtrenſis. *in l. terminato. num.* 2. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Tiberius Decianus. *volum.* 2. *reſpons.* 12. *num.* 21. Scaccia. *de ſentent. & re judicata. gloſſ.* 14. *quaſt.* 13. *num.* 70. & 75. cum valeat argumentum à pacto ad ſtatutum, Bartolus. *in rubric. Cod. de decret. decurion.* Everhardus. *in locis legalibus. loc.* 120. & debeat ſtatutum operari ultra jus commune Bartolus. *l.* 3.

num. 3. *ff. de uſucap.* & ſic interpretari, ut aliquid de novo conferat, Bartolus *in l.* 4.*§.prætor ait.* 15. *ff. de damo in facto.* ſicut etiam non excuſatur quis à debito emendationis ſeu reſtitutionis, eo quod propter ignorantiam damnum dederit, ita nec hic ob juſtam litigandi cauſam, maximè quod ſtatutum accedat, Scaccia.*d.q.* 13.*n.*72.qui *n.*67.pro
77 conciliatione contrariæ ſententiæ eximit victum ab expenſarum condemnatione, quando juſta cauſa litigandi deſcendit ex malitia victoris, ut quia victus eſt hæres extraneus, & creditum actoris ignorans requiſivit eum in judicio vel extra, ut ſibi oſtenderet creditum eſſe quod petit, quia paratus eſſet ſolvere, & actor recuſavit litemque ſervatis ſervandis proſecutus eſt, uſque dum neceſſitate judicii coactus jus crediti ſui producere debuit, & eo viſo victus à lite deſtitit, ubi vero litigandi cauſa à fortuna, caſu, aut facto aliorum ſine malitia victoris provenerit, priori ſuæ ſententię inſiſtit.

78 In contrarium, & quod adhuc ob juſtam litigandi cauſam condemnari non debeat victus in expenſas, dixerunt Jaſon.*in d.§.ſive autem alterutra.n.* 6. Covarruvias, *pract.quæſt.cap.*27.*n.*4. Afinius.*d.c.* 2. *limit.* 1. *ſublimit.* 3. Græværus ad Gailium. *lib.* 1.
79 *concl.*151.*conſid.*2.*n.* 8. Nam licet à pacto ad ſtatutum valeat quandoque argumentatio, eſt tamen hic diverſa ratio, quia partes ſibi per pactum præjudicare poſſunt, quod ſtatutum velle non præſumitur, & licet ſtatuta ſint intelligenda, ut juri communi aliquid addant, ceſſat id, ſi per talem intellectum indebitè quis damnum pateretur, per doctrinam Bartoli,

in

in l. fin. §. in computatione. in fin. C. de jure deliberandi. textus eſt in. *c. cum dilectus.* 14. *c. ad audientiam.* 15. *ext. de cleric. non reſident.* vel abſurdum quid inde reſultaret. *l. ſcire oportet.* 13. §. *aliud ff. de excuſat. tutor.* eſſet autem abſurdum, quod juſtam habens cauſam litigandi jus ſuum indefenſum relinquere debeat, contra *d. l. illud quoque.* 40. *ff. de hæred. petit.* aut ex permiſſione legis probabiliter litigans damnũ condemnationis expenſarum ſuſtineat, quo caſu non propriè ſtatutum, ſed juris communis recitatorium dici debet. Baldus. *in l. terminato. n.* 14. *Cod. de fruct. & lit. expenſis.* hanc ſententiam admittit, quando verba ſtatuti in perſonam judicis directa ſunt, ſecus ſi ad victum ipſum dirigantur, velut in *c. reprahenſibilis.* 26. *ext. de appellat.*

Ego huic poſteriori ſententiæ cum Jaſone adhærendum puto, quando ſtatutum de proceſſu judiciario diſponens ſimpliciter ſubjungit, victum victori in expenſas condemnandum eſſe, debent enim ſtatuta in dubio interpretari quo minus juri comuni derogent, *c. cum dilectus.* 8. *ext. de conſuetudine.* Natta. *in clement. ſæpe. n.* 87. *de verb. ſignif.* Medices. *de legib. & ſtatutis. part.* 2. *q.* 7. *n.* 5. Priori vero cum Bartolo, quando aliter ex circumſtantiis de mente ſtatuti conſtat, quod victus quandocunq; in expenſas condemnandus ſit, quod & Aſinio. *dicto loco.* videtur, ubi multas congeſſit authoritates, aut quando diuturnâ conſuetudine, quę mentem legis & ſtatutorum explicare valet, ita practicatum fuit, ſicut de Rota Romana teſtantur Scaccia. *d. num.* 70. Poſtius. *poſt. tract. de ſubhaſtatione. deciſ.* 31. *n.* 4. Covarruvias. *d. cap.* 27. *n.* 3. Bichius. *deciſ.* 73. *n.* 4. ubi addit, 80

 quod

quod Rota hunc rigorem mitius agendo in taxatione expenſarum compenſare, eaſque non ſecundum rigorem juris ſcripti, ſed pro arbitrio minores taxare ſoleat. Imo Scaccia.*de appellationibus.quæſt.*17.*limit.* 21.*num.*35.*in fin.*teſtatur ſtatuta urbis Roma. *lib.* 1. *cap. penult. de expenſis litis*.mandare,ut victus victori reficiat expenſas, etiam quod in ſententia omiſſa ſit earum condemnatio.

81 Præterea ab expenſis, quæ ratione contumaciæ debentur, juſta cauſa litigandi non excuſat, textus eſt in. *l.ſancimus* 15.*Cod.de judicijs*.quia contumacia nihil commune habet cum ipſa cauſa,& tales expenſę debentur jure actionis in factum, Gloſſa in *l.* 1. *verb. non ad id quod intereſt.ff.ſi quis jus dicenti.* idcirco non minus in has,quam ſi per ſtipulationem promiſſæ eſſent condemnabitur contumax, juſtam quantumvis agat litem Jaſon. *d.*§.*ſive autem alterutra num.* 7. Aſinius. *d. cap.* 2. *limit.* 1. *ſublimit.*2.& *ampl.* 62.*ſubampl.*3.Covarruvias.*d.cap.*27.*num.*3. Gilhauſen. *d.cap.*9.*num.*12. Niſi tamen juſtam non comparendi cauſam habeat is, qui judici non paruit, aut parere non potuit, forſan quod ſine culpâ ſuâ impeditus, propter juſtum timorem hoſtium itinera infeſtantium,aut per infirmitatem majorem detentus,vel dum comparere voluit in itinere interceptus fuit,vel quod ad locum non tutum vel diem feriatum citatio facta eſt, Aſinius. *d. ſublimit.* 2.*n.*3 & *limit.* 26.Covarruvias.*cit loco.*Paulus Caſtrenſis. *in l.ſancimus.num.* 7. *Cod. de judicijs*. Afflictis.*decis.* 29.*num.*3. Unde ſi actor in poſſeſſionem bonorum abſentis ex juſta & probabili velut Reipublicæ

cauſa

cauſa mittatur ex primo decreto authoritate legis *ignorare*. 4. *Cod. de reſtitut. milit.* abſens remedio reſtitutionis in integrum recuperat poſſeſſionem. *l. ſi finita.* 15. *§. ſi forte.* 22. *ff. de damno infecto.* etiam non refuſis expenſis Aſinius. *d. cap.* 2. *limit.* 32.

Quod ſi vincatur quis in interlocutoria, puta ſuper exceptione aut replicatione oppoſita, nec eum à refuſione expenſarum immunem facit juſta litigandi cauſa ſuper negotio principali, quod hę debeantur propter litem protelatam, quæ ſuccumbentis culpa eſt & à negotio principali ſeparata, Innocentius. *in. c. finem litibus. n.* 2. *ext. de dolo & contum.* Jaſon *d. n.* 7. 82

Ita etiam à refuſione ſportularum juſtam cauſam litigandi non relevare de ſtylo quarundam civitatum atteſtantur, Baldus. *in l fin. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Jaſon. *d. n.* 7. Berlichius. *pract. concluſ part.* 1. *concl.* 78. *n.* 21. quamvis aliud de jure eſſe conſtet, ex Gloſſa in §. *tripli.* 24. *verb. in libello. inſt. de actionib.* diverſitatis enim ratio deeſt, cur juſta cauſa litigandi non æque à refuſione ſportularum, quam cęterarum expenſarum victum exoneret. 83

Porro, ubi propter juſtam litigandi cauſam victus à refuſione expenſarum abſolvitur, judex cauſam illam in ſententia exprimere debet, ni litem ſuam facere velit, pro ut arbitrantur, Petrus Jacobi, *in practica. tit.* 20. *gloſſ.* 12. *n.* 4. Baldus. *in authent. generaliter. n.* 11. *C. de Epiſcop. & clericis.* Lanfranc. de Oriano. *in d. c. quoniam contra. n.* 691. Aſinius. *d. c.* 2. *limit.* 5. *n.* 3. Jaſon. *d. §. ſive autem alterutra. n.* 10. Sichardus. *in authent. poſt jusiurandum. num.* 3. 84

Cod. de judiciis. Vivius.*decis.*67.*n.*12.quia,cum illa abſolutio ſit contra regulam, debeat inſeri cauſa & allegari. Ummius.*diſp.*22.*theſ.*8.*n.*31.per.*d.authent. poſt jusjurandum.*& *Novellam.de judicib.cap.*10.

85 Sed neutro textu hoc continetur, ergo nominetenus eam exprimere judex non obligatur, ſufficiet exprimere ob juſtam & moventem cauſam victum à refuſione expenſarum abſolvi, idque in praxi ſervatur Gailius. *lib.*1.*obſ.*151.*n.*23.*lib.*2.*de pace publ. obſ.* 6.*n.*14.*&* *obſ.*9.*n.*23.cui concordat Gloſſa.*in d. Novella. cap.* 10. *verb. ſua.*Abbas Panormitanus.*in c.examinata.n.*8.*ext.de judiciis.*Bachovius adTreutlerum. *volum.* 1.*diſp.*12.*theſ.*16.*lit.d.verſ.cauſa non inſeritur.*

86 Non obſtat conſuetudini, quod judex declarare debeat ſuâ ſententiâ victum oneri expenſarum ſubdi non oportere per. *d. authent. poſt jusjurandum,* quia non dicitur ibi, quod declarare debeat quare abſolvetur victus ab expenſis, pro ut opinantur Sichardus. *ibidem.* ſed tantum exprimere quod abſolvatur, Felinus *in c. ſicut.* 16, *numer.* 18.*verſ.tertio. ext. de ſentent.& re judic.*Etiam dicta Novella, *§. oportet.* de qua hæc authentica deſumpta eſt, mandat judici, ut hoc decernat, attamen verbum decernat ad cauſas decreti extendendum non eſt,ſicut & rationes decidendi quo ad cauſam principalem ſententiæ inſerendas nemo requiret. *d.c.ſi-*
87 *cut.* 16.*ext.de ſentent.& re jud.* Imo fatuum eſſe judicem, qui cauſam in ſententia exprimit,dicit Jaſon. *in l.* 1.*n.*47.*ff.de edendo.* aliud namque eſt declarare

&

& decernere victum ab expenſis abſolvi, aliud verò eſt exprimere, qua de cauſa ita declaratum decretumve ſit.

Demum ex perſona ſuccumbentis eſt limitatio 88 regulæ, quod in expenſas non condemnetur, qui notoriè nihil proprii habet, argum. *c. reprehenſibilis 26. ext. de appellat.* ceſſat enim officium judicis ubi nulla executio eſſe poteſt, ſicut & inanis eſt actio, quam notoria inopia debitoris excludit. *auth. quod locum. Cod. de collationib. c. olim. 16. ext. de reſtit. ſpoliat. leg. nam is. 6 ff. de dolo.* & periculo ejus, qui nihil habet, nihil eſſe poteſt *l. itaque fullo. 12. in princip. ff. de furtis.* unde Juvenalis:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Hinc dici poteſt, paupertatem quandoque prodeſſe, ſed à tali prodeſſe liberet non Deus, ait Gloſſa marginalis *in §. valde enim. verb. egentes. Inſt. quibus ex cauſ. manumit. non licet.* Aufrerius ad Capellam 89 Tholoſanam. *deciſ.* 88. *n.* 2. qui ita de monacho ex licentia Abbatis in privilegiato ſtudio exiſtente concludit, quod is actionem injuriarum quidem intentare poſſit per *l. ſi longius* 18. §. 1. *ff. de judic.* cum datâ licentiâ ſtudendi ab Abbate, omne id conceſſũ videatur, ſine quo comodè in ſtudio vivere nequit, Gloſſ. *in d.* §. 1. *verb. dignitatem.* & ibi Bartolus. *n.* 6. Gloſſ. *in c. ex parte* 11. *verb. licet alios. extr. de accuſ.* Abb. Panorm. *in c. cum contingat.* 13. *n.* 24 *ext. de foro compet.* agendo tamen ſuccumbens non condemnetur in expenſas. Innocentius *in c. reprehenſibilis* 26. *ext. de appell.* Baldus *in margarita, verſ. monachus non poteſt.* Aufrer. *d. deciſ.* 88. *&* *deciſ.* 309. *n.* 4. Aſinius *d. c.* 2. *limit.* 24.

Contrarium vult poſt Bocerum, Lauterbach. *diſpu. de expenſis victoriæ theſ.*52. quod à regula generali non ſit expreſsè exceptus, tamen ſatisfacere debet ratio *d.c. reprehenſibilis.*

Si tamen de priori ſententia ideo quis dubitaret, quod dum ipſa actionis intentatio monacho conceſſa videatur; per conſequens quod & monaſterium in ſe condemnationem ſuſcipere debeat, vi-
90 deri poſſit, quia talis monachus obligare valet monaſterium ad probabilem ſummam, docente Abbate Panormitano *in d.c. cum contingat. n.*24. Huic reſponderem, quod juſta intentatio quidem conceſſa videatur, non autem injuſta, quæ delictum ſapit, nec monaſterium obligatur ex delicto monachi, Innocentius *in c. cum olim.*13 *n.*4. *ext. de privil.* Abbas Panormitanus *in c. quanto.*7. *num.*2. *extra de officio ordinar.*

Sed quid ſi injuria non ipſum ſolum, ſed vel Abbatem vel totum monaſterium ſimul concernat, annon adhuc condemnari debeat per dicta Abbatis *in c. Nicolao.*64. *n.*3. *extr. de appellationib.* quod licet *c. reprehenſibilis* videatur non velle ut condemnetur
91 monachus in expenſas, quia nihil proprii habet, intelligendum hoc ſit, ſi cauſam ſuam proſequatur, ſecus ſi agat nomine monaſterii, quod tunc condemnatio fieri debeat; Et nondum arbitror condemnandum, niſi de voluntate Abbatis expreſſa vel notoria ſcientia litem intentaſſet, quod Abbas cauſâ maturius examinatâ ab actione injuſta vel etiam temerariâ deſtitiſſet. Intelligo hæc de condemnatione efficaci, quę ad executionem perducatur, ne tamen mali-

malitia litigantis impunita tranſeat, ſuccedet alia juxta *c. finem litil. ꝟa* 5. *extr. de dolo & contum.* in pœnam perſolvenda pœnitentia, ſecundum Capellam Tholoſanam, *d. deciſ.* 309. *n.* 2. Ego tali obveniente 92 caſu ad propoſitam actionem non reſponderem, quouſque de conſenſu Abbatis doceretur, vel aliter datis fidejuſſoribus de expenſis refundendis in caſum injuſtę litis cautum eſſet, quam cautionem judex mandabit per textum *in authent. generaliter. Cod. de Epiſc. & cler.* ſicut & filiumfamilias agentem ad ſimilem cautionem de expenſis reficiendis adſtringet, ideo, quod ei etiam nullum peculium aut proprii nihil ſit. Paulus de Caſtro *volum.* 1. *conſil.* 407. *per tot.*

SECTIO IV.

Quando deciſionis qualitas condonationem expenſarum inducat.

SUMMARIA.

1. *Probatio perfecta extinguit imperfectam.*
2. *Probatio ſemiplena an excuſet à condemnatione expenſarum?*
3. *Juramentum ſuppletorium an faciat, ut per id victus excuſetur ab expenſis? alii affirmant,*
4. *Alii negant.*
5. *Dinſtinguit Lanfrancus.*
6. *Declaratur, quando utraq; parte ſemiplenè pro-*

bante judex alteri juramentum detulit.
7. *Berlichii & aliorum ſententia.*
8. *Juramentum litis deciſorium an excuſationem tribuat, ne is qui detulit, per id victus in expenſas condemnetur? negant alii.*
9. *Alii affirmant.*
10. *Referens hoc iuramentum ſibi delatum excuſatur.*
11. *Declaratur ſi victor aliam vincendi cauſam non habeat quàm juramentum.*
12. *Juramentum calumniæ præſtitum an excuſet victum à condemnatione expenſarum? alii id voluerunt.*
13. *Diſtinguunt alii.*
14. *Rectius negatur.*
15. *Confirmatur.*
16. *Rejicitur diſtinctio Antonii del Re.*
17. *Victus in duello an ſit in expenſas condemnandus?*
18. *Duellum fuit ante hac probationis & defenſionis quædam ſpecies.*
19. *Eſt omni jure prohibitum.*
20. *Ad id evocatus poteſt ſalvo honore ſuo emanere.*
21. *Appellatus ſi ſuccumbat, an excuſetur ab expenſis?*
22.23. *Declaratur & reſtringitur.*

REſtat videre, quando victorię vel deciſionis qualitas regulam hanc viribus deſtitui, & victum à refuſione expenſarum liberum faciat.

1 Notum eſt, quod ſi uterque litigatorum probavit, alter plenè & alter ſemiplenè, iſtius probationem perfe-

perfectam præponderare hujus imperfectæ, eamq; totaliter obfuſcare, ut quaſi pro nulla habeatur reſpectu victoriæ, *l. fin: Cod. de edict. divi Adriani toll.* Baldus *in auth. generaliter. n.* 11. *verſ. ex prædictis autem ſic concludo. Cod. de Epiſc. & cler.* unde ſi plena probatio per teſtes vel inſtrumenta facta ſit, quod altera ne in tantum quidem excuſare poſſit victum, ut condemnationem expenſarum evitet, docuit idem Bald. *d n.* 11. At Menochius *de arb. jud. quæſt. caſu* 177. *n.* 8. *&* 9. rigorem Baldi limitare videtur poſt Socinum *fallent. reg.* 181. in eo, qui tantum probavit, & in ea eſt cauſa, ut juramentum ſuppletorium ei deferri potuiſſet, debuit enim aliquid ultra præſtitiſſe, quam ut ſimplex ſemiplena probatio dicatur, quod ſi id nequiverit, tum demum ſemiplenam illam pro nulla habendam, victumque ab expenſis non excuſari, debuerat enim litigans conſiderare eam ſibi non profuturam, Ummius *diſput.* 22. *theſ.* 8. *n.* 31. Berlichius *pract. concl. part.* 1. *concl.* 78. *n.* 25. Nec de alio caſu Menochius ſumi poteſt, de actore ſcilicet victo ex defectu probationis ſufficientis, cum reus de exceptione nihil probaverat, non enim victus dici poteſt ex ſemiplena probatione accedente juramento, niſi quod alter evidenti & plenâ probatione delationem juramenti removerat; Hoc verò caſu, quo actor in probatione deficit, & reus nihil ultra quam quod probationem actoris expectabat, pro defenſione ſua adducere potuit, ſolam probationem ſemiplenam ſimplicem ſufficere ad excuſationem, ſtatuerunt Abb. Panor. *in c. finem litibus. n.* 21. *ext. de dol. & contu.* Aſin. *in praxi*

§. 32.

§.32.*cap.2.limit.*5.Speckhaen.*cent.*3.*claſſ.*3 *quaſt.* 22.*n.*2.*ſub n.*4.Gilhauſen *arb.judiciar.c.*9.*n.*19. videatur Conſtitutio Carolina *art.*209.

3 Quod ſi alter vicit per juramentum neceſſarium, quod alias ſuppletorium dicitur, & per unicum teſtem omni exceptione majorem cauſam probanti à judice defertur in ſupplementum probationis, victum à condemnatione expenſarum immunem fore, eſt doctrina Aſinii *d.cap.*2.*limit.*14.Fabri *ad Cod. lib.*4.*tit.*1.*def.*1.*n.*10.& *Chiliad. de error. pragmat. decad.*19.*error.*7.Wameſii *conſil.* 160. *n.*4. Magonii *deciſ. florent.*12.*n.*18. Peregrini *deciſ.* 152.*n* 6. Speckhaen.*d.n.*2.*ſub n.*5.Ummii *diſpu.*22.*theſ.*8.*n.* 31.Gilhauſen.*d.n.*19. Grivelli *deciſ.*10.*in fin.* ubi eam communem & in judicando ſervari dicit, propter ſublevamen probationis, quâ victor exoneratus fuit, quod ſibi ſufficere debeat, *l.eum qui.*30.*ff.de jurejur.* & quod ſit victum probatione privilegiatâ, ut loquuntur, & victor contra manifeſtiſſimam juris rationem ex proprio juramento & teſtimonio ſibi victoriam pepererit, ſic eâ cum jactura expenſarum contentum eſſe decerni debeat; A qua tamen ſen-

4 tentia pragmaticos ſui temporis receſſiſſe, & hanc contrariam pragmaticorum ex earum numero eſſe, in quibus communis error jus faciat, refert citatus Faber *d.errore* 7. & Setſerus *de juramentis lib.*4.*c.* 18. quaſi non ex ſolo victoris juramento ſequatur condemnatio velut in caſu ſequenti, ſed ex probationibus pręcedentibus, quæ licet minus integrę, non uſq; adeo tamen tam parvi ſint momenti, quin veritatis præſumptionem inducant, ſine qua nec judex

dex volens hoc juramentum deferre poſſit. Sub diſtinctione approbat has ſententias Lanfrancus de Oriano *in c. quoniam contra.* 11. *n.* 682. *ext. de probationibus.* quod ſi pro ſuccumbente nulla eſſet præſumptio, & de facto proprio litigaverit, ab expenſis etiam excuſari non poſſit, ſi verò victus quandam pro ſe haberet præſumptionem aut ex facto alieno conventus eſſet, cujus veritatem probabiliter ignorare potuerit, condemnatione expenſarum gravari non debeat, ita etiam diſtinguit Grevellus *d. deciſ.* 10. *n.* 2. Sed iſta diſtinctio non ſufficit ad quæſtionem hanc, quin potius poſteriorem ſententiam confirmat, is enim, qui ex facto alieno conventus ſuccubuit, & quandam pro ſe habet præſumptionem, abſque hoc excuſandus eſt, per dicta ſectionis prioris, idcirco in caſu quo utrâque parte ſemiplenè probante alteri juramentum ſuppletorium à judice delatum eſt, condemnatio ceſſabit. Baldus *in d. authent. generaliter. n.* 9. 5 6

Aliter putat Berlichius *part.* 1. *concl.* 78. *num.* 24. quod tunc demum victus in expenſas condemnandus ſit, ſi ille, qui obtinet, aliquid plus quàm ſemiplenè probaſſet, & ſuccumbens nihil præſtitiſſet; Aliter explicat Mevius *part.* 6. *deciſ.* 39. & noviſſimè Cruſius *ad ſtatuta Mindenſium, lib.* 4. *tit.* 2. *deciſ.* 3. eo caſu victum immunem eſſe ab expenſis, quo dubia eſt cauſa, condemnandum tamen, ubi jus vincentis apparet, utut probatio deficit, ac ideo ad juramentum ſuppletorium devenire opus fuit, per rationem, quod victus iniquitatis ſuæ conſcius ob defectum aliarum probationum alterum vexare non de- 7

debuerit, nec cauſam dare non neceſſariis juramentis, adeoque ab expenſarum refuſione liberandum non eſſe; Judex interim attentus erit ut æſtimet, an probabiliter conſtet de jure vincentis, vel an victus temerè ſe oppoſuerit, & ita ſecundum diſtinctionem hanc decidere poterit.

Si quis verò jusjurandum, quod judiciale ſeu deciſorium vocant, litis expediendæ gratiâ, & ut ſe probandi neceſſitate exoneraret, *l. eum qui juravit. 30.ff.de jurejurand.* adverſario detulerit, eoque jurante condemnatus ſit, onere communi ſuccumbentium & dictę regulæ gravandum eſſe dicit A-
8 curſius in gloſſa *in l.generaliter. §. his de præſtantib. verb.an ab altera. Cod.de reb.cred. & jurejur.* quaſi ſibi & facilitati ſuæ imputare debeat, quod conditionem jurisjurandi eligere, eamque adverſario deferre maluerit, argumento *l.ſi ſervus.23.ff. de jurej.* ſequitur Aſinius *d.cap. 2.ampl.* 70. *& limit.* 14. adducens opinione ſuâ notabilem textum *in Novellâ de triente & ſemiſſe.cap.ſtudium.verſ. ſi verò longiori.*ſed diverſus eſt planè à caſu propoſito, ut cuilibet inſpicienti patebit, nam fuit ibi reus in mala fide, quod initio negaverit debitum, quod cum deferretur juramentum ipſe confeſſus eſt.

Idcirco contrarium rectius alii judicârunt, argum.
9 *d.l.eum qui juravit.ff.de jurej.* ubi in caſu non multum diſſimili deciditur, Faber *ad Cod.ſib.*4. *tit.*1. *def.* 1. & *in Chiliad.de errorib. Pragmat.decad.*19. *error.*6. Setſerus *de juramentis lib.*4.*c.*9. Carpz. *deſin.forenſ.part.*1.*conſt.*31.*def.*31.quod ſufficere debeat victori ſe & prodandi neceſſitate relevatum, & quaſi

quaſi judicem & teſtem in propria cauſa conſtitutum eſſe, *l. 1. in princip. ff. quar. rer. act. no detur.* majoremque authoritatem ſententiæ obtinuiſſe ex jurejurando, quam ſi controverſia legitimis probationibus prævijs deciſa fuiſſet, *l. 2. ff. de jurejuran.* ab hoc enim juramento victus appellare non poteſt, *l. 31. ff. eod.* & dici nequit eum temere litigaſſe, qui non aliter quàm per adverſarii jusjurandum victus eſt, fieri namque potuit, quod qui juravit pejeraverit, nec eò minus vicerit, quia juramento hoc præſtito non aliud quæritur, quàm an juratum ſit remiſsâ quæſtione an debeatur, quaſi ſatis probatum ſit jurejurando. *l. non erit 5. §. dato. ff. de jurejur.*

Quod ſi non is, qui detulit jusjurandum, victus eſt, ſed qui retulit deferenti, multo minus condemnationi locus erit, *ſi illud. 25. §. 1. ff. de conſtit. pecu.* quia & ipſa relatio quædam quaſi delatio eſt, ſed & neceſſariò vel jurare vel referre cogitur, quisquis ille eſt, cui delatum fuit juramentum, *d. l. illud. §. 1. & l. manifeſtæ. 38. ff. de jurejuran.* & quidem ſunt, qui jurare nunquam volunt, quantumvis ob id cauſâ cadant, adeo timidi metu Divini Numinis ad ſuperſtitionem uſque, ut ait Ulpianus *in l. qui ſub conditione 8. ff. de condit. inſtitut.* cum & modeſtius magis eſt referre, quàm facilitatem jurandi præ ſe ferre. *d. l. illud. §. 1.* 10

Hæc tamen eatenus obtinebunt, ſi victor aliam vincendi cauſam non habuit, quàm quod juraverit, cæterum ſi aliunde intentionem ſuam fundatam habeat, iniquiſſimum foret, & comminiſcendis fraudib. aptiſſimũ, ſi temerario & improbo litigatori 11

ad

ad evitandam condemnationem expenſarum remedii loco poſt calumnioſam litis protelationem juramentum deferre liceret, Faber *d errore 6.* Setſerus *d. lib.* 4. *c.* 9. veluti qui ex proprio chirographo vel inſtrumento publico conventus poſt cæteras frivolè obmotas exceptiones jam proximus condemnationi opponit ſolutionem factam, cujus nullas habet probationes, ea de cauſa juramentum actori defert, quod ſi actor juret nihil ſibi ſolutum eſſe, non ideo minus expenſas refundet; Niſi fortè initio judicii nullâ tergiverſatione præcedente ſuper exceptione ſolutionis factæ jusjurandum delatum eſſet; Rurſum, ſi pluribus exceptionibus nitebatur reus, & ſuper una tantum juratum, ſuper aliis verò juratum non ſit, condemnationem totius cauſę non evitabit victus, excuſat ſolummodo jusjurandum in ea parte, quæ ſolo juramento deciſa eſt, & ſi eo præſtito nihil ſuperſit ad cognoſcendum, nec aliud quęratur, quàm quod juratum ſit, Faber *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 60. Idemque erit in actore, quando is per viam replicationis defert juramentum reo, qui aliis ſuffultus exceptionibus actorem jam ſubmoverat.

12 An autem juramentum calumniæ præſtitum excuſet victum à condemnatione expenſarum? voluit id gloſſa *in c. imprimis.* 7. *II. quaſt.* 1. *verb. expendiſſe.* & *in Novell de judicibus.* §. *oportet. verb. illo ſolo.* Berlichius *pract. concl. vol.* 1. *concl.* 78. *n.* 43. Carpzovius *defin. forenſ. part.* 1. *conſtit.* 31. *def.* 30. & *in proceſſ.*
13 *judic. tit.* 24 *art.* 1. *n.* 55. Alii declarant, quod excuſet ab iis, quæ poſt litem conteſtatam evenerunt, non

non verò ab expenſis reficiendis ante litem conteſtatam cauſatis, cum juramentum calumniæ non reſpiciat tempus ante litem conteſtatam, unde dicit Speculator quod ſuccumbens in declinatoria ante litem conteſtatam indiſtinctè condemnetur in expenſas. Sed cum hoc juramentum non excuſet niſi 14
à præſumpta calumnia, non item à temeritate, & condemnatio in expenſas non tantum feratur in eum, qui malitiosè, ſed & qui temere ſolum prodiit in judicium inconſultus. *c. calumniam.* 4. *ext. de pœnis. l. eum quem temere.* 79. *ff. de judicijs*, juri convenientius alii ſtatuerunt, hoc præſtitum non ſublevare ſuccumbentem, Abbas Panormitanus. *in d. c. finem litibus .num.* 21. *ext. de dolo. & contum.* & *in. d. c. calumniam. num.* 4. Bartolus. *in l.* 1. *num.* 11. *ad S. C. Turpil.* Baldus. *in authent. generaliter num.* 8. *Cod. de Epiſcop. & cler.* Lanfrancus de Oriano. *in. d. c. quoniam contra. num.* 685. Mandoſius. *in rubrica. de probation. num.* 70. Aſinius. *d. cap.* 2. *ampl.* 73. *num.* 1. Covarruvias. *pract. quæſtion. cap.* 27. *num.* 1. Bartholom. Socinus. *fallentiarum, regula.* 181. Menochius. *de præſumptionibus. lib.* 5. *præſ.* 25. Blarerus. *ad l. diffamari. cap.* 5. *num* 40. Hunnius. *in Encyclopedia. part.* 2. *tit.* 22. *cap.* 4. *num.* 53. calumnia enim & temeritas diverſa ſunt, textus eſt in. *l.* 1. *§. quæri. ff. ad S. C. Turpill.* illa propriè in animo conſiſtit, & ex dolo oritur, nec probari poteſt niſi ex conjecturis, hæc ex ſola negligentia, ſtultitia aut fatuitate litigantis provenit, ut quia proprio capricio confidens nullo præhabito peritorum conſilio litigavit, Gloſſa. *in c. cum medicinalis.* 1. *verb. temerarius de ſentent.*

excom. in. 6.& ex actis facile colligitur,v.g.ſi erravit in jure, quę lata culpa eſt, ſic temeritas,argumento. *l.leges.* 3.*C.de legib.*vel ſi non diligenter inveſtigavit omnia pro ut decuerat antequam ad judicium veniret,*l.qui in alterius.*42.*ff.de R. jur.* quod autem dolo quis fecerit vix poteſt ex actis percipi; Et licet propter juramentum non præſumatur calumnia ſtante proceſſu,ſcilicet quod cauſam injuſtè moveat, hanc tamen præſumptionem removet præſumptio ſubſequens,quę ex ſententia oritur,quod juſtam injuſtè moverit litem,Baldus,Abbas, Lanfrancus.*citatis locis.* Facit quod jura velint in quavis cauſa juramentum calumniæ â partibus præſtari.*l.*2.*Cod.de juram.*
15 *propt. calum. dando.* tamen victum victori in expenſas condemnandum eſſe decernant, ſimile argumentum deducit Baldus. *dicto. loco. n.* 9. ab ordine tituli,quod in Codice præmiſſo tractatu de juramento calumniæ ſubſequatur in titulo de judiciis condemnatio expenſarum, quaſi eo prævio non attento condemnatio ſequi debeat, niſi illud juramentum alia probabili ratione litigandi fulciatur; Nec ſuadet ęquitas,ut propter hoc juramentum,in quo prẹſtando vix quiſpiam ſe difficilem exhibet, victor damnificetur in expenſis, adducit Abbas Panormitanus,*in d.c.calumniam.n.*4.aliud argumentum ex.*c.finem ext.de injurÿs.& dam.dato.*ubi ex culpa,imperitia vel negligentia damnum dans id reſarcire tenetur,licet in fraude & dolo nullo fuerit; Ex his &
16 ex notatis *hoc capite. ſect.* 3. *n.* 14. refellitur fundamentum diſtinctionis Antonii Del Re. *tract. de juram calumn. c.* 22.*n.*7.qui per hoc juramentum voluit

luit excuſari reum propter ceſſantem effectum præſumptæ calumniæ, non item actorem, ſicut nec ulla cauſa relevare poſſit actorem à refuſione expenſarum, quod Rei partes favorabiliores ſint quam actoris; Sed hæc regula favoris non uſque eò ſe extendit, ut actor damnum expenſarum temeritate rei cauſatum ſuſtinere, aut actor juſtam ob cauſam non excuſari debeat, quia & ei ex æquo & bono quandoque ſuccurritur. Inter Aſinium & Petrum Ja- 17
cobi controvertitur quæſtio in praxi planè inutilis; Quod ſi partes litem diutius agitatam tandem duello terminare, & ex ejus victoria juſtitiam litis metiri velint, an ſuccumbens in expenſas victori condemnandus ſit; Affirmat hoc Petrus Jacobi *in practica cap. de duello & pugna.* Econtra negat Aſinius. *d. c. 2 limit.* 21. citans Ferretum. *d. duello*, quod duellum ſit judicium incertum, idq; ad honorem & æſtimationem conſervandam introductum ſit, & qui pro honore conſervando litigavit, non condemnetur in expenſas, juxta mentem Dd. à me relatã *ſect.* 3. *n.* 28.

Fuiſſe alicubi duellum probationis & defenſio- 18
nis quoddam genus, conſtat ex. *c.* 2. *ext. de purgat. vulg.* & *c. fin. ext. de cler. pugn. in duello.* ubi de conſuetudine dicitur, quâ actor deficiente probatione intentionis ſuæ reum ad duellum provocaverat, ut quis eorum duello victus eſſet, causâ caderet, idem conſtat ex conſtitutione Friderici. *lib.* 2. *feud. tit.* 27. *in prin. verſ. ſi quis hominem.* & §. *ſi ruſticus*, tale ab Othone. I. Imperatore prope Treviros decretum fuiſſe referunt Grammaticus. *decis.* 1. *n.* 24. Capella Tholoſana *dec.* 434. *in addit. n.* 4. Setſerus. *de juramentis.*

lib. 3. *cap.* 11. *num.* 58. cum inter nepotem & patruum de ſucceſſione quæſtio incidiſſet, quo nepos bis vicit, judicioque gladiatorio cauſam obtinuit, de ſimili judicio ad longum ſcribit Guido Papę. *deciſ.* 617. *& ſequentibus*, & enumerat Petrus Jacobi. *d. loco.* ad viginti caſus, in quibus duellum receptum eſt loco probationis, ubi etiam de prava conſuetudine atteſtatur, ex qua contra verecundiam ſexus etiam mulieres duello congreſſæ ſunt, fuiſſeque arma duelli ſcuta, fuſtes & clavos, præter cauſam infidelitatis, ſi de feudo commiſſo ob turpitudinem vel perfidiam actum erat, quæ armis militaribus determinata fuit, idem habet Cujacius, *de feudis. lib.* 4. *tit.* 47.

19 Quia tamen duellum omni jure prohibitum eſt, tam divino & Canonico, quam gentium & civili, quod doctè ſatis oſtendit Bocerus *tract. de duellis. cap.* 2. ut non ſolum occidens alium in duello pro vero homicida habeatur. *c.* 2. *ext. de cler. pugn. in duello.* ſed & domini terrarum id permittentes, duello aſſiſtentes, quos patrinos vocant, & voluntariè ſpectantes excommunicationis & perpetuæ maledictionis vinculo feriantur, Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 19. Unde tale & fallax quidem judicium ullâ quantacunque etiam conſuetudine admitti poſſe impia & ferina corruptela dicenda eſt; Agnovit Ariſtoteles virtutes cœlorum ad divinam majeſtatem clamare, quando creatura ſui ſimilem ſine cauſa legitima interficit, & chriſtianam ſententiam propugnant Bocerus. *d. tract. cap.* 8. Grævæus ad Gailium. *lib.* 2. *obſ.* 100. *conſid.* 1. Plotus. *de juram.*

in litem. §. 41. *num.* 2. quâ evocatum ad duellum comparere non teneri, nec emanentis honori per id quidpiam detrahi ſtatuunt; Non enim pro conſervando honore, bona fama vel infamia vitanda vi- 20
tam in periculum conjicere, aut perdere quis poteſt, licet vita & fama æquiparentur, cum bonum famæ minus ſit vitâ & ſalute hominis, quippe quod ſolus Deus ſit dominus vitæ, Deuteronomii. 32. *Ego occidam, & ego vivere faciam.* Sapientię. 16. *tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem.* non homo ipſe *l. liber homo.* 13. *in princip. ff. ad leg. aquil.* famę autem ſuæ quilibet, ſicut pecuniæ & cæterarum divitiarum, licet honor illis gravior eſſe debeat; Unde in arbitrio hominis poſitum eſt detrimentum famæ & honoris ſui pati, ſi non in prejudicium aliorum vergat, Dominicus Soto. *de jure & juſtitia lib.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 3. *concl.* 4. Freherus. *de fama. lib.* 2. *cap.* 10. *in fin.* Non obſtat, *l. iſti quidem.* 8. §. 2. *ff. de eo quod. met. cauſ.* ubi Paulus ait, ſtupri metum majorem quam mortis viro bono eſſe debere, ſic inferri poteſt morte anteponendam eſſe ſtupro & infamiæ. R. ibi non de ſolo honore conſervando agitur, & de infamia quæ ex ſtupro oritur evitanda, ſed de metu infamiæ cum turpitudine peccati mortalis conjunctæ; Imo infamiæ metum juſtum non eſſe, affirmavit Ulpianus. *l. nec timorem infamiæ.* 7. *ff. de eo quod metus cauſa.*

Abſit ergo ut per duellum controverſias cauſaſque forenſes decidi poſſe concedamus, non enim Prætor ad arma procedere pati debet, quos ſuâ juriſdictione compeſcere poteſt. *l. ſi cujus.* 13. §. *ſed ſi inter ff. de uſufructu.*

21 Hic repetere placuit, quod in appellatorio judicio victus idem, qui in priori inſtantia obtinuerat, condemnationem expenſarum effugiat, Gloſſa. *in l. generaliter*. 12. *§. ſin autem is. verb. diſpendij C. de reb. credit*. quæ ſententię ſuæ materiam ex textu ibidem accepit ex verbis: *nihil penitus nec præjudicij nec injuſti diſpendij quemquam incurrere*, eam ſequitur Vivius *lib*. 1. *decis*. 47. *n*. 5. Alii verò diſtinguentes hanc veram dicunt, quando appellatus ex noviter productis vel aliis probationibus ſuccubuit, & hanc ſententiam tutam in practica eſſe Sichardus. *ad. d. l. generaliter*. §. *ſed juramento n*. 10. ubi hoc exemplum proponit, ſi adverſum te actione reali egi, & ad intentionem meam fundandam produxi teſtes, quos publicatis eorum teſtificationibus non concludenter depoſuiſſe judex æſtimans te abſolvit, ita victorem hac ſententiâ in effectu pronunciat, ego appellatione interpoſitâ & diligentius excuſſis ſcriniis meis tandem reperio inſtrumentum, quo per judicem admiſſo cauſam plenius inſtruens ex novis his probationibus obtineo, quod ſi id vidiſſes in priori inſtantia, forſan deſtitiſſes, cum non potueris divina-
22 rę me habere ulteriores probationes; Fallit tamen ſi eas me habere præ viè ſciviſſes Aufrerius ad Capellam Tholoſanam. *decis*. 223. & ita intelligendus Abbas Panormitanus. *in d. c. finem litibus. n*. 25. *verſ*. 2. *memb*. vel etiam poſtea cognitis hiſce litigare nondum deſiſteres ſententiam pro te latam pertinaciter defendens, cum ad minimũ temeritatis notam non effugias Guid. Papę *de appell. q*. 47. hoc tamen caſu ſecundum notata *ſect*. 2. *n*. 10. judicabis; ubi verò nihil

nihil novi productum eſt, quo probatio ulterior fiat, & ſententia reformatoria fertur ex iiſdem actis regulam firmam manere ſtatuunt, victum victori in expenſas condemnari, quaſi potuerit victus vel per ſe vel per advocatum ſuum ex actis cognoviſſe, quantum ſpei eſſet repoſitum in iſta cauſa, ſi ad doctiorem vel ſuperiorem judicem devolveretur; Reſtringunt tamen & hocce membrum diſtinctionis, ſi appellatus præter ſententiam priorem & aliam juſtam litigandi cauſam habuiſſet, juxta enarrata ſectionis præcedentis, idque ſive à definitiva ſive ab interlocutoria appellatum fuiſſet, meam mentem adhærendo Gloſſæ declaravi *capite priori ſectione 4. num. 26. & ſeq.* 23

CAPUT X.

De taxatione expenſarum.

SUMMARIA.

1. *Expenſæ adjudicatæ moderari debent antequam reficiantur.*
2. *Judex moderationem expenſarum ſibi reſervare poteſt.*
3. *Judex vel ejus ſucceſſor ex intervallo expenſas moderari poteſt.*
4. *Judex appellationis an poſſit expenſas primæ inſtantiæ moderari.*
5. *Judex delegatus an poſſit expenſas moderari.*
6. *Judex delegatus an poſſit ſententiam ſuam exequi.*

7. *Arbiter an poſſit moderari expenſas? an etiam executor.*
8. *Expenſarum liquidatio ſpecifica eſſe debet.*
9. *Expenſa prius moderantur, poſtea jurat victor.*
10. *An hoc juramentum neceſſariò ſemper accedere debeat?*
11. *Quid ſit de conſuetudine.*
12. *Declaratur.*
13. *Pactum an valeat, quod nudo creditoris aſſerto ſtetur ſuper expenſis? negant alii.*
14. *Alii affirmant.*
15. *Pactum de jurata aſſertione valet.*
16. *An immodicam judex moderari poſſit?*
17. *An ſi victus prætendat nulliter juratum eſſe?*
18. *Ad quid tale pactum proſit?*
19. *Judex ante moderationem debet audire victum ſuper deſignatione expenſarum.*
20. *An debeat victus citari ad moderationem?*
21. *Judex in moderatione ſtylum curiæ obſervat.*
22. *Expenſæ judiciales probantur per quietantias notariorum.*
23. *Expenſas judiciales judex moderari non debet.*
24. *Expenſæ notarii adjuncti non admittuntur in taxa.*
25. *Neq; delicatæ & voluntariæ.*
26. *Quid ſervetur in Curia Romana.*
27. 29. *Expenſæ in advocatos & procuratores erogatæ quatenus admittantur in taxa.*
28. *Conſilia Doctorum an admittantur?*
30. *Expenſæ examinis teſtium admittuntur in moderatione.*
31. *Et acceſſus ad locum differentiæ.*
32. *Expenſæ itineris & hoſpitii admittuntur in moderatione.*

33. De-

33. *Declaratur, ſi evitari non potuerunt.*
34. *Et ſecundum modum facta ſunt.*
35. *An detrahatur de iis, quod victor alias domi conſumpſiſſet?*
49. *An etiam de expenſis contumaciæ?*
36. *Damna an admittantur in moderatione expen-*
37. *Diſtinguitur. (ſarum?*
43. *An veniant inter expenſas contumaciæ?*
44. *Opinio Berlichii & Teſſauri.*
46. *An veniant inter expenſas retardati proceſſus?*
47. *Non veniunt inter expenſas temerariæ citationis.*
38. *Advocato victori an taxetur ſalarium quod alteri debuiſſet dare? alii negant.*
39. *Limitant alii.*
40. *Diſtinguit Gailius.*
41. *Opinio Scacciæ.*
42. *Alii affirmant.*
45. *Attentans omnia damna reſarcire debet.*
48. *Damna merè extrinſeca partim admittenda ſunt ad taxam.*
50. *Expenſæ contumaciæ & retardati proceſſus illæ ſolùm reſtituuntur, quæ contumaciam concernunt & articulum retardantem.*
51. *Advocatorum ſalaria an reficiantur inter expenſas contumaciæ.*
52. *Advocatum gratis habens; an ſalarium ejus poſſit admitti in taxa? alii negant.*
53. *Alii diſtinguunt.*
54. *Alii affirmant indiſtinctè.*
55. *Conſanguineus retrahens tenetur emptori reſtituere laudemia ſolita à Domino ipſi remiſſa.*

56. Obligatio antidoralis an detur?
57. Pauperes an ſint advocatis antidoraliter obligati.
58. Expenſa poſt latam ſententiam emergentes an in taxa admitti debeant.
59. 61. Expenſa moderationis expenſarum an reficiantur.
60. Sententia interpretari debet, ut juri correſpondeat.
61. Judicis officium durat uſq; ad executionem ſententia.
62. Appellatio datur à moderatione expenſarum.
63. Sed à quo actu appellari debeat? opinio Innocent.
64. Moderatio expenſarum & ſententia declaratoria.
65. Appellatio non admittitur in caſu, quo lex ſimpliciter mandat aliquid fieri.
66. Judex moderatione factâ & juramento præſtito, an poſſit moderationem revocare & condemnare in minus? ea quorundam eſt ſententia.
67. Reſpondetur.
70. Diſtinctio Jaſonis.
68. Moderatio expenſarum an ſit ſententia interlocutoria.
69. Judex quando interlocutoriam revocare poſſit.
71. Taxatio expenſarum an fieri poſſit appellatione pendente.

1 Victus expenſas, in quas per ſententiam condemnatus eſt, victori non refundit, niſi victor deſignatas judici moderandas prius obtulerit, ut enim via malitiis præſcinderetur, jura ſalubriter ſtatuerunt, moderationem judicis neceſſariò præcedere; Si namque nudo victoris aſſerto de ſumptibus im-

impenſis credendum foret, nunquam non immenſas & intollerabiles expenſas exhibiturus eſſet; Harum taxam ſeu moderationem non ordinariè in 2
ſententia decernit judex, quamvis quandoque poſſit, ſicut infra *n.*17. referam, ſed eam ſibi reſervare 3
poteſt, Gloſſa *in l. terminato.*3.*verb.competere, Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ut eam ex intervallo non ipſe tantum, ſed & ſucceſſor ejus declarare valeat, Bartolus *in l. ab executore.*4.*n.*10.*ff. de appellat.* Abbas Panorm. *in c.*1.*n.*26.*ext. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Vitalis de Cambanis *tract. clauſularum. cap. ſed an judex. n.*15. Salgado *de regia protect. part.*4.*c.*12.*n.*10 quia reſervatio non cenſetur facta perſonæ judicantis, ſed dignitati, juriſdictioni & tribunali, quod idem ſemper manet, *l. proponebatur. ff. de judiciis.* quamvis judex expreſſo nomine proprio reſervaſſet, Abbas Panorm. *in c.*1.*n.*8.*ext. de his qui vi metuve.* Salgado *d.c.*12.*n.*11. quia materia non poteſt concernere ipſam perſonam, ſed dignitatem, juriſdictionem & tribunal.

An autem condemnatione factâ à judice quodam 4
inferiore, & reſervatâ ſibi & ſucceſſoribus taxatione, judex appellationis cauſâ ad eum devolutâ, & ſententiâ confirmatâ etiam expenſas prioris inſtantiæ moderari poſſit? videtur quod ita, argumento *leg. penult. ff. judicatum ſolvi.* Speculator *in notis poſt tit. de expenſis, verſ. pone judex condemnat.* & ita in Camera Spir. obſervatur, Concept. Ord. Camer. reno. *par.*3.*tit.*59.§ dieweil auch zu Zeiten. 5. niſi deſerta declararetur provocatio, quo caſu ſolæ appellationis expenſæ ibid moderari poſſunt, cæterę judicibus

cibus prioribus relinquuntur, *dict. tit.* 59. *§.* ivo aber. 6.

5 Sed hæc, modò judex talis ſit, qui ſententiam ſuam declarare & exequi poſſit; Quocirca de delegato judicis inferioris dubitarunt, an ab illo taxatio ſibi reſervata valeat, cum taxatio ſit quædam declaratio ſententiæ, & delegatus non poſſit declarare ſuam ſententiam, Bartolus *in d.l.ab executore, n.*6. Ideo Lanfranc.de Oriano *in d.c.quoniam contra. nu.*690. *extr. de probationib.* taxationem delegato denegat, eamq; ad ordinarium ſpectare ſtatuit, niſi & executio eſſet ipſi ſimul mandata.

Verius tamen eſſe concludit Bartolus *d. l. n.* 12. quod illa reſervatio delegati teneat, & ſit cenſendum, quaſi jurisdictioni delegantis reſervaſſet, quia juriſdictio delegati eadem eſt cum jurisdictione ordinarii, *l.* 1. *§. qui mandatam. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Pro tollenda tamen ambiguitate conſultius putat eſſe delegato, ut ſibi & deleganti taxam reſervet, Bartolo accedit Abbas Panormit. *in d.c.*1. *n.*26. *circa fin.* per rationes quibus ſtatuit *in c. ſi quis contra clericum* 4. *nu.* 37. *& ſeq. extr. de foro*
6 *comp.* etiam delegatum inferioris à principe poſſe de jure canonico ſententiam ſuam exequi, argum. *c.*3. *extr. de eo qui mitt. in poſſ. rei ſerv.* ubi Papa approbat, quod delegatus inferioris dederat miſſionem ex primo decreto, & *c. de prudentia* 3. *extr. de donat. & dot. poſt. divort.* ubi cauſâ principali delegatâ etiam acceſſoria delegata cenſentur, ceu ipſa exe-
7 cutio eſt. De Arbitro concludit Lanfr. de Oria. *d.n.* 690. quod ſi poſt ſententiã tempus compromiſſi adhuc

duret, expenſas ipſe taxare poſſit, eo verò finito ipſa taxatio devolvatur ad Ordinarium, argumento, *l. à divo Pio.* 15. *ff. de re judicata.* Ummius. *diſput.* 22. *numer.* 38. tam delegato quam arbitro taxationem attribuit, præterquam ſi nominatim appareat delegationem & compromiſſum factum ipſis poteſtatem taxandi auferre. De Executore breviter dicendum, eum expenſas executionis taxare; reliquas verò ille, qui de cauſa cognovit & executionem fieri mandavit Ummius. *d. n.* 38.

Exhibet ergo victor ſpecificam deſignationem expenſarum, quo tempore vel loco, in quem uſum & quantum vicibus ſingulis expenderit, nequit alias à judice taxatio fieri expenſarum, quarum notitiam non habet; Sed & neceſſarium eſt talis ſpecificatio ex qua conſtare poſſit, victorem non petere quidquam, quod verè non erogaverit. 8

Linquidatione tali exhibitâ jurabat olim victor ſe tantum expendiſſe, priuſquam judex eam taxaret & æſtimaret, *l. ſancimus.* 15. *Cod. de judicijs.* Sed ut via perjuriis præcluderetur, aliud conſtitutum eſt. 9
authent. poſt juſjurandum. Cod. de judicijs. Novella. *de judicib.* 82. *cap.* 10. quod perpensâ prius liquidatione ea taxari ac moderare, dein à parte jurari debeat tantum & ultra, non verò minus expenſum vel expendendum eſſe; Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ. *part.* 1. *tit.* 88. wie die procuratores und principaln ſchweren ſollen/ ſo ſie die taxirte Köſten ꝛc. nullâ adhibitâ diſtinctione modicæ ſint expenſę an magnæ quæ prætenduntur, cùm & *dicta authent. & Novella.* generaliter loquantur, & Re-

cellus

ceſſus deputationis anno. 1600. Spiræ erectus. §. obwol. 57. etiam ſummam expenſarum viginti florenis minorem taxatione prævia juramento demonſtrandam eſſe velit. Quod teſte Gailio *lib.* 1. *obſ.* 151 *n.* 12. jam ante in Camera non obſervabatur, & ſumma ſimilis ſimpliciter taxata victori refundi mandabatur nullo victori delato juramento , idem habet Wameſius *conſil.* 161. *n.* 7. quia de modico non curat prætor. *l. ſcio. ff. de reſt. in integ.* Sed & ita de novo in Camera obſervari, ut ſi ſumma ſit veriſimilis, & viginti florenos non excedat, & perſona ſit fidedigna, credatur ejus deſignationi & æſtimationi ſine juramento, Fabrit. *in Corp. jur. Cam. tit.* 89 *de expenſ.*

10 Hoc juramentum de jure ſemper & neceſſariò non requiritur, quid enim ſi victor ſufficientibus probationibus demonſtret, ſe id, quod deſignavit, verè expendiſſe ? hoc certè caſu juramento non onerabitur, quod in defectum probationis tantum deferri conſuevit, Speculator *in addit. poſt tit. de expenſ. verſ. an expenſa litis.* nec judex tunc quidquam ex plenè probatis per moderationem detrahere poterit, Bartolus *in authen. poſt jusjurandum in notis lit. a. Cod. de judiciis.* Jaſon. *ibid. n.* 1. Lancellott. *de attentatis part.* 3. *c.* 31. *n.* 162. Marant. *in ſpec. part.* 6. *actu* 9. *de juram. n.* 33. quod & vetatur per Concept. Ord. Cameral. *part.* 3. *tit.* 69.

Quod ſi Univerſitas vel Collegium adverſus partem opponentem litem obtineat & expenſas, quas juramento demonſtrare debet, ſatis eſt ut Syndicus, qui cauſam tractavit, nomine Collegii vel Univerſitatis juramentum præſtet, quia notitiam exactiorem habet

habet expenſarum factarum præ alio quovis de Collegio, licet contrarium aliqui ſtatuant in juramento calum. vel alio judicialiter delato cauſam tangente, quod per tres vel quatuor ſeniores præſtari volunt, Carpz. *in proceſſ. jur. tit.* 24. *art.* 3. *n.* 17. *& ſeq.*

11 Interim uſus forenſis habet, quod victor expenſas ordine deſignet & liquidet, easque à judice ſimpliciter abſque juramento moderari petat & obtineat, Berlichius *part.* 1. *concluſ.* 78. *n.*69. Cruſius *ad Statuta Mindenſia lib.*4. *tit.*2. *deciſ.*5. qui tam de judicialibus quam extrajudicialibus dicit. Etiam de ſtylo Curię Romanæ juramentum omittitur, *deciſ.* 53. *n.*7. *poſt tract.* Lanfranci Zacchiæ *de ſalario*

12 Sed praxin hanc reſtringo ad expenſas, quæ de facili liquidari & à judice cognoſci poſſunt; veluti ad eas, quæ ad proceſſum ipſum in perſonam Judicis, Notarii, Advocati & Procuratoris impendi debuerunt, maximè ſi ordinatione vel ſtatuto certa taxa ipſis præſcripta eſſet. Grævæus ad Gail. *lib.* 1. *concluſ.* 151. *n.*4. Neque ſolutio earum, quas victûs cauſâ victor ſe forſan expendiſſe, aut alias ex intermiſſo exercitio artificii ſui immodicè prætendit contradicente maximè victo, abſq; probatione vel juramento injungi debet, ne malitiis profuſè petentium aditus detur; Niſi tamen eæ modicæ ſint, & judex arbitrari poſſit veriſimiliter illas expenſas eſſe. Ideoq; Ordinatione Hannoveranâ *tit.* 34. §. 3. cavetur, tum demum eſſe locum juramento, quando dubium & & incertum eſt omnia juxta moderationem erogata eſſe, & ſuma 20. flore. excedit. Quod & Wameſio placet *conſ.* 161. *n.* 5. ubi dicit, quod judex pro itineris & tem-

& temporis longinquitate, vel ex conſideratione qualitatis cauſæ viaticorum ſeu vacationum expenſas & ſalaria pro ſuo arbitrio, etiam parte non jurante, certius tamen jurante taxare poſſit.

13 Quandoque debitores pecuniarum egeni in inſtrumento obligatorio in caſum non factæ ſolutionis omnia damna non modò & expenſas judiciales quam extrajudiciales, ſed & ſuper iis creditoris aſſerto jurato vel etiam nudo & injurato ſe acquieturos promittunt; Speculator *tit. de probationibus. §. videndum. num.* 7. dicit pactum de injurato dicto creditoris non valere; & quod nihilominus judex interrogabit victorem per ſacramentum, ſequitur Joannes Baptiſta Plotus *tractat. de in litem jurando.*

14 §.47. *num.*9. Alii verò tale pactum de injurata aſſertione validum eſſe decernunt. Petrus Heigius *part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 18. Hering. *de fideiuſſoribus cap.*26. *num.* 76. Carpzovius *proceſſ. judic. tit.* 24. *art.* 3. *nume.* 38. Berlichius *practicar. concluſionum part.* 1. *concluſ.* 78. *num.* 84. in hunc finem, ut victus moderationem petens ultra non audiatur, quia favori ſuo quilibet renunciare poteſt, *l.* 29. *C. de pact.* & moderatio expenſarum in favorem victi introducta eſt, ne plus æquo gravetur, Gailius *lib.* 1. *obſ.* 151. *num.* 11. Intellige, ſi modo deſignati ſumptus probabiliter impenſi fuerint, immoderati verò & excedentes boni viri arbitrio ſubjacent, non minus ac ſi pactum non interceſſiſſet, Hering, Carpzovius *locis citatis.* Vincentius Carrocius *de juram. deciſ. quæſt.* 5. *quæſtionis* 9. *princ. n.* 23. quamvis debitor juraſſet ſe nudo dicto creditoris acquieturum, *l. ſi li-*

ber-

bertus ita juraverit. 30. *ff. de operis libertorum.* In omni ſiquidem promiſſo excluditur id, quod immodicum & ſuperfluum eſt, *leg. ſciendum tamen eſt,* 19. §. *illud ſciendum.* 4. *ff. de ædil. edict.*

Eo magis valebit pactum de aſſertione jurata, 15 Bartolus *in l. fin. n.* 3. *ff. de ſtipulat. prat.* Jaſon. *in leg. jusjurandum quod ex conventione.* 17. *num.* 1. *ff. de jurej.* Covarruvias *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 1. quę ſi modum excedat, non minus quam injurata judicis arbitrio ad id, quod probabile eſt, reducetur, quia in tali pacto ſubauditur, ſi æquè juratum fuerit; argumento *l. ſi libertus. ff. de operis libertorum.* In 16 hoc tamen Bartolo & Jaſoni non poſſum adſtipulari, quod arbitrentur, judicem juramento pręſtito exceſſum moderaturum, Berlichius *pract. concluſ. part.* 1. *concl.* 78. *num.* 79. quos non juvat *d. l. ſi libertus.* ubi eſt caſus planè oppoſitus, quia patronus non juraverat, cujus poſtulatum moderatur, ſed libertus ſe præſtiturum quod patronus exigeret, cujus iniqua exactio injurata reduci dicitur. Tutius erit, deſignationem prius revidere quam victor juret, & ſi quid immoderatum inventum fuerit reſecare, quia juramentum hoc veritatis eſt, victorem ſummam juramento aſſertam verè expendiſſe, ex qua, ſi quid judex reduceret, jurans quoad reductum de perjurio argui videretur, quod ne fieret, jus noviſſimum conſtituit, judicem prius moderari quam juretur, & ad vitandam ſuſpicionem perjurii vetuit, juramento præſtito ulteriorem moderationem fieri. *auth. poſt jusjurand. Cod de judic.* quæ etiam communis eſt opinio Dd. Plotus *de in lit. jur.* §. 37. *n.* 4.

Dd Quod

17 Quod ſi tamen injuſtè & nulliter fuiſſe juratum victus prætendat, ſuamque læſionem clarè demonſtret, tunc demum reductionem adhuc fieri poſſe docet. Abbas Panormitanus *in cap.finem litibus.5.n.37.ext.de dol.& contum.* Berlichius *part.1.concluſ.78.n.79.* reductionem denegant, etiamſi præſumptio eſſet minus expenſum eſſe quam juratum, quia hoc juramentum voluntarium eſt,quo præſtito,non aliud quæritur,quam an victor juraverit, imo quod hoc pactum debitor revocare nequeat, quia in vim contractus tranſierit, & abſurdum foret revocato pacto creditorem decipi, niſi conditionis ejus mutatio revocationem concederet,ut quia creditor poſt contractum initum mores in pejus ita mutarit, ut pro levi perſona vel ribaldo habeatur. Berlich *d.loc.*
18 *n.82.* Plot. *ib. §.47.n.3.* Dices,ad quid ergo prodeſt pactum, ſi judex abſque eo moderari poſſit, puto quod non ſcrupuloſè in expenſas inquiri debeat, modò probabiliter factæ videantur,argum.*l.ſi ſervus 119.ff.de legat.1.*vel ſicut Bartolus dicit *in l.fin. n.3. ff.de pretoriis ſtipul.* quod ceſſet arbitrium ſi dolus abſit.

19 Attamen priuſquam judex ad moderationem ſe accingat,victum ſuper iis audire debet, eumq; in fi-
20 nem citare ad excipiendum ſi velit,& poſſit, Bartolus *leg. non ignoret. in fine Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Boërius *deciſ.285. num. 6.* Maranta *in ſpeculo part.6. actu ult. num. 22.* quia ad quemlibet actum præjudicialem citatio intereſſe habentis fieri debet, & à taxatione modum excedente victus appellare poteſt. Diſtinguit Lanfranc.de Oria. *d. c. quoniam*

contra

contra. n. 689. & Baldus.*in l.terminato.num.7.C.de fruct. & lit.expenſis.*quod victus ſi comparuit tempore latę ſententię in cauſa principali de novo ad taxationem citari debeat, ſi contumax fuit, ad audiendam ſententiam, & ad eam antę citatus ad certam horam, quod requiratur citatio ad taxationem, non verò ſi pro audienda ſententia ad diem citatus fuiſſet, licet alia die taxatio fiat. Baldus. *in margarita. verſ. citatio ſpecialis.* ſtatuit ſpecialem citationem non requiri, ubi generalis citatio ad totam cauſam, vel ſpecialis ad definitivam præceſſiſſet, quia taxatio eſt executio implicita condemnationis; Unde conſtitutum eſt in Concepto Ordinationis Cameralis renovatę. *part.* 2. *tit.* 59. §. wir wollen. 2. & in Ordinatione Monaſterienſi. *part.* 3. *tit.* 44. §. wir wollen auch. quod generalis ad totam cauſam ſufficiat. Aliis verbis in idem tamen tendentibus diſtinguit Bartolus *antecitatus*, quod ſi ſententia lata ſit contra contumacem, qui initio citatus fuit ad ſe defendendum, is ad taxationem citari debeat de novo, niſi citationi annexa fuiſſet clauſula, quod niſi compareat, ad ulteriora procedendum ſit. Certè ſi expenſę modicæ ſint & judiciales, quibus nihil detrahi debet in taxa, citationem intermiſſam non puto adeo nocituram, parcitur enim ſumptibus in citationem impendendis, nec ullum gravamen victo in iis inferri poteſt, argumento. *l. qui poteſt invitis. ff. de Reg. jur.*

Ad juramentum à victore præſtandū non eſt neceſſariū citare condemnatū, quamvis bonum ſit Jaſ.

in l. ſi quando. num. 23. *Cod. unde vi.* quia licet hic eſſet præſens non poſſet prohibere diſpoſitioni legis
21 In ipſa moderatione judex obſervabit ſtylum curiæ ſuæ Bichius. *decis.* 73. *num.* 7. In Camera Imperiali uſum obtinuiſſe refert Gylmannus *in Symphorem. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 16. quod non facile æqualis, & trigeſimus preſertim numerus taxetur, idque ob eam rem, quod tali numero. 30. noſter Salvator iniquiſſimè venditus ſit, eſt & ille mos Colonienſibus, ut numerantes, cum ad trigeſimum pervenerint, edicant, triginta cum Deo, quam quidem devotionem planè non improbo, id tamen quod ad æqualem numerum taxa non redigatur approbare nequeo, ne cum iis facere videar, qui numerum parem, infœlicem eſſe ſibi ſuperſtitioſè imaginantur.

Horum interim ſumptuum ſolum judex rationē habebit, qui propter ipſam cauſam facti ſunt circa inſtructionem & proſecutionem, ſine quibus lis expediri non poterat, argumento. *l. & ſi quis.* 15. *§. funeris. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ceu judiciales ſunt, quod Bichius citatus vivos & proceſſales appellat,
22 & ipſe judex, actuarius vel pedellus accepit juxta morem judicii, qui per actuariorum quietantias demonſtrari poſſunt, quibus eandem fidem dari, quam aliis ejus actis, probat ex variis deciſionibus. Bichius. *d. decis.* 73. *n.* 2. & *decis. rotalis.* 43. *n.* 7. poſt tractatum Lanfranci Zacchię. *de ſalario.*

23 Quorum ſumptuum, ſive pro ſportulis, citationibus, examine teſtium, actorum copiis, vel actibus inſinuationum erogati fuerint, nullam taxationem judex admittet facietque eos ſolvi ad unum teruncium

cium uſque, quia neceſſariæ ſunt & inevitabiles, Cruſius. *ad ſtatuta Mindenſia. lib.* 4. *tit.*2.*decis.*5. Niſi forſan actuarius aut curſor judicii modum conſuetum exceſſerit, imputet ſibi victor, quod eis non contradixerit & in exceſſu moderationem ſuſtinere debeat, Speculator. *tit.de expenſis.* §. *poſtremo. num.* 9. Carpzovius.*in proceſſu.judic.tit.*24.*art.* 4. *num.*22.*& ſeq. Decis.*96.*num.*5.6.poſt tractatum Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario.* Vel niſi cum victus 24
teſtes examinari faceret, victor notarium adjunctum impetraſſet, quidquid enim ea de cauſa impendit, taxari non poteſt, quia neceſſarium non erat, licet ſibi forſan utile Gylmannus. *Symphorem. tom.* 1. *part.* 2.*tit.*16.§.*primo in hoc judicio.*Hiltrop. *in proceſ.jud.part.*4.*tit* 19.*num.*44.

Illi verò ad calculum non admittuntur, quos 25
nullâ exigente neceſſitate victor profuſius expendit, quos delicatos & voluntarios dicere ſolemus, veluti ſi cui eſculentorum quid præſentaſſet, arrham vel ſalarium quoddam munificentius dediſſet, textus eſt in. *c. cum veniſſent.*3 .*in fine.ext.de eo qui mit. in poſſ.*Gloſſa..*in c.finem litibus.verb.expenſas.ext.de dolo. & contum.* textus in *l. properandum.* 13. §. 2. *Cod.de judiciis.*ibi:*ſed etiam in omnes expenſas, quæ conſueto modo circa lites impenduntur*, & ibi. *expenſis tantummodo litis quas reus legitimè ſe expendiſſe.* Abbas Panormitanus. *d. c. finem. num.* 28 Gailius. *lib.* 1.*obſ.*151.*num.* 1. Sed in Curia Romana non ita 26
exactè obſervatur, videre eſt apud Zacchiam. *d. decis.*43 .*num.* 12. quod admiſſa ſunt ad taxam ea, quæ annuatim in feſtis natalitiis data ſunt advocatis &

 procu-

procuratoribus, ex quo ſit ibi conſuetum in omni curia dicto anni tempore labores advocatorum & procuratorum aliquo munere recompenſare, ut diligentius patrocinio cauſarum incumbant.

27 Advocatorum honoraria ita moderabitur judex, non ut ſalariorum annuè erogatorum rationem habeat, ſed in quantum fuerint neceſſaria ſecundum eorum ſcripta & producta Klockius. *votor. Cameral. relat.* 1. *numer.* 44. licet quandoque victor pro ſe utiliter fecerit, ut quia plures habuit advocatos, cum ſufficeret unus; Utile quidem fuit litiganti, quia lis cautius à pluribus dirigitur, & conſilia plurium ſolent eſſe maturiora, tamen ſumptus hi pro ſuperfluis habentur, Paulus de Eleazariis *d. c. finem litibus numer.* 45. Ideo æſtimantur ſecundum qualitatem perſonarum & cauſæ magnitudinem, non etiam ut foliorum ratio habeatur & loquacitatis, cum paginę phraſibus oratoriis & catervatis Doctorum allegationibus turgeſcunt, ſed doctrinæ & ingenii potior ratio conſiderari debet, an pertinentia, quid, & non quantum ſcripſerint, quia non verba ſed res ponderari debent Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 2. labor quoq; attendendus erit ſi caſus ſit rarus intricatus, & multa antiqua documenta fuerint ruminanda Klockius, *d. n.* 44. In Camera Imperiali etiam folia productorum conſiderari, refert Gylmannus *Symphorem. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 16. ut pro quolibet folio dimidius aureus, aliquando aureus aſſignetur à Referente, ſi cauſa ſuccinctè & quidem allegatis juribus ad rem facientibus abſoluta eſt, quod etiam Coloniæ obſervatum ſcio;

Conſilia

Conſilia Doctorum ab altero litigantium producta non admitti ad taxam quidam putant, Lauterbach *diſput. de expenſis victoria theſ.* 56. Ummius *diſput.* 22. *theſ.* 5. *num.* 18. quod eo caſu concedere poſſum, quando ultra neceſſitatem exhibita ſunt, ut quia advocatus præter ea cauſam ſatis inſtruxerat; Quod ſi producatur conſilium in quo res ipſa ſuccinctè demonſtrata eſt loco deductionis probatoriæ, nec aliter advocatus cauſam deducat, non video cur minus ac ſalarium advocati attendi debeat, Ideo juxta Gylmannum *d. tit.* 16. Hiltrop. *in proceſ. judic. part.* 4. *tit.* 19. *n.* 44. non taxantur illa reſponſa, quę non judicialiter exhibentur, nec puto Ummium ab hac explicatione alienum fuiſſe, dum pro ratione deciſionis ſuæ dicit, expenſam in conſilio obtinendo factam ideo non refundi, quia judicialis non eſt, quaſi dicere vellet, ſi conſilium fieret de actis & loco deductionis exhiberetur, ſumptus in id erogatos tanquam judiciales refundendos fore. 28

Procuratorum ſalaria in pleriſque tribunalibus ad certum modum taxata eſſe ſolent, certum quid pro quolibet termino, idcirco diminutioni judicis non ſubjacent, modò termini fuerint neceſſarii, ſuperfluos autem & non neceſſarios, qui contra ordinationem ſunt, ut quia cum prorogatio termini petitur quæ denegari non poteſt, alter non proteſtando ſimpliciter eam concedit ſemper attendere fas non erit, Gylmannus. *d. tit.* 15. 29

Si quid etiam victor pro ſollicitatura extrajudiciali procuratoribus ultra terminos exſolvit, conſideratâ causâ, ſi judex invenerit eam neceſſariam fuiſſe, maximè in judiciis, ubi procuratorum ſalaria anguſta ſunt, in modica & tollerabili ſumma admittere poterit Cœlius Bichius. *decis*. 73. *num*. 3.

30 Id quoque, quod in examen teſtium legitimè expenſum docetur pro ſalario Commiſſarii, teſtibus pro victu & damno, juxta dicta. *cap*. 3. *ſect*. 2. *n*. 114.

31 *& ſeq*. & quæ incidente quæſtione de finibus prædii pro acceſſu ad locum queſtionatum erogata ſunt, in moderatione conſiderare oportet *decis*. 96. *n*. 7. *poſt tract*. Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario*. juvat enim plurimum inſpectio loci & rei evidentia *l. ſi irruptione*. 8. *ff. fin. regund*. maximè ſi judex prævio decreto mandaſſet acceſſum, velut. *in d. l. ſi irruptione*. aut ſi ad inſtantiam partis, tamen per inſpectionem judex ſe informare potuerit; Quocirca infructuoſus acceſſus victori non prodeſt ut expenſas recipiat, temerarie enim petiit illum ex quo nulla deciſio vel informatio haberi poterat.

32 Sed & expenſæ computantur, quas fecit victor in itinere & hoſpitio, cum propter litem ad judicium ivit, Innocentius. *in c. finem litibus. num*. 5. *ext. de dolo. & contum*. Lanfrancus de Oriano. *in c. quoniam contra. n*. 700. *ext. de probat* Paulus de Caſtro. *in l. properandum*. §. *ſive autem alterutra. num*: 11. *Cod. de judiciis*. Gailius. *lib*. 1. *obſ*. 151. *num*. 5. Hartmannus Piſtoris. *obſerv*. 139. Meichſnerus. *tom*. 3. *decis*. 7. *num*. 1. Berlichius. *part*. 1. *concluſ*. 78. *num*. 45. & juxta Carpzovium. *in proceſ. judic. tit*. 24. *art*. 4.

num.

n. 1 2. quas etiam advocatus & procurator victoris in itinere fecerunt; Etiam eæ, quas in cauſa feudali, cum pares Curiæ ad decidendam cauſam convocarentur, victor in eos ratione victus impendere coactus fuit, Gylmann. *d. tit.* 16. *in fine.*

Oportet tamen eas moderatas eſſe & mediocres non delicatas, *l. ſi ſervos pignoratos* 25. *in fine ff. de pignorat. act.* & tales quę evitari non potuerunt. Quare non repetit victor, ſi pro ſollicitanda ſententia iter aggreſſus ſumptus fecit, idque per nuncium aut literas æq; explicari potuiſſet; Quod ſi tamen circa litis initium, cum de probatoriis agitur, & cauſa primùm inſtruenda eſt, quaſdam in itinere feciſſet, hæ pro neceſſariis reputari poſſunt, licet res per procuratorem minori ſumptu effici potuiſſet, quia cura & diligentia efficacior reperitur, quæ à vero domino adhibetur, quam à procuratore, Klockius *d. relat.* 1. *n.* 51. 33

Hæc non videntur convenire cum dictis ante de pluribus advocatis ad unam cauſam; Illæ ſane ſunt neceſſariæ & inevitabiles, quas victor fecit cum ex mandato judicis in perſona comparere debuit, ſicut in cauſa Baronis de M. contra Baronem de B. obſervatum eſt.

In his expenſis habenda eſt ratio perſonarum, & ſecundum modum victoris hactenus conſuetum, 34 Gloſſa *in l. idemq;* 10. §. *idem labeo. verb. eum oportere. ff. mandati.* in quo judex moderatior & exactior eſſe debet, ut minutiſſimas etiam circumſtantias perpendat, & quantum poteſt, ventris delicias ſupprimat, ne cuilibet in diverſoriis lautius, quàm con-

 ditio

ditio ſua erat epulatum eſſe, comites ſecum duxiſſe, ruſtico viliori equitaſſe, vel nobili exigui patrimonii tantum inſumpſiſſe, quantum ditiſſimus, & totum ad taxam referre liceat, Lanfrancus de Oriano *in d.c.quoniam contra, n.700.* quia honeſtus modus ſervandus eſt, non immoderata cujuſque luxuria ſubſequenda. *l 39.§.fin.ff.de damn.infecto.* Hinc etiam non tantum conditionem perſonarum, ſed & modum facultatum conſiderari ſtatuit Carpzovius *d. art.4.n.7.* ut æqua fiat taxatio, veluti ruſtico diviti, qui equo vehi ſolebat, ut etiam ſumptus vecturæ reficiantur. & prævalere, ſi utrumque & conditio perſonæ & facultates concurrant.

35 His expenſis interim detrahendum eſſe, quantum victor veriſimiliter domi conſumpſiſſet, communis eſt opinio, Innocentius *dict. n. 5.* Speculator *tit.de expenſis.§ poſtremo.n 10.* Lanfranc.de Oriano *in d.c.quoniam contra.n.701.* Guido Papæ.*deciſ.625* Jaſon. *in l.1.§.hoc judicium.n.15.ff.ſi quis jus dicenti.* & *in l.properandum §.ſive autem alterutra. n. 14. Cod.de judiciis.* Gailius *lib.1.obſ.151.n.5.* Crotus *de teſtib.part.9.n.62.* Carpzovius *d.art.4. n.16.* argumento *l.ſed & ſi.25.§.quod autem. 16.ff.de hæred.petit.l.ſed & ſi.11.§.1.ff ad exhibendum.* Non moror quod Matthæus in notis ad Guidonem Papę contrarium velit, & ipſe Guido dicat, quamvis juris ſit, ſe tamen non vidiſſe practicatum, & quod in hoc ſtylus curiarum deroget juri.

36 Sed an damna quoque ad taxam redigenda ſint &

& victus ea reſarcire teneatur, dubium facit, *l. properandum.* 13. §. *ſive autem alterutra. Cod. de judic.* ubi litis expenſarum ſola ſi mentio, & quod nomine expenſarum non veniant damna, *c. in noſtra.* 8. *extr. de injuriis & damno dato.* ideo Paulus de Caſtro *in l. non ignoret. n.* 3. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* negat rationem habendam eſſe, ſi victor lite impeditus dereliquiſſet poſſeſſiones ſuas, vel omiſiſſet artificium ſuum exercere. Ummius *diſput.* 22. *n.* 36. opinatur, ceſſationem artificii conſiderandam, vel ſi victori ad judicium eunti à latronibus in via ſurripiatur, quo litem inſtruere volebat, non ſi equi ſurrepti ſunt vel mortui. quia pedes ire potuerat, quę ratio debilis eſt conſiderando talem, cui ire non convenit, & videbis ex iis, quæ de damno teſti in itinere illato cum diſtinctione dixi *cap.* 3. *ſect.* 2. *in fine.* Alii propter §. 1. *inſt. de pœn. tem. litig.* ibi *ut & improbus litigator & damnum & expenſas litis inferre adverſario ſuo cogatur.* diſtinctionem faciunt inter damna reſpicientia perſonam victoris, puta, ſi victor, qui ſe alere conſuevit ex artificio, aut ex diurna mercede operis manualis, ob litem non potuit laborare, & inter ea, quæ in cæteris rebus ejus contigerunt, illa victo adhuc imputari volunt, non hæc. Speculator *tit. de expenſis.* §. *poſtremo. num.* 9. & ibi Joannes Andreæ *in notis.* Bartolus *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de alienat. jud. mut. cauſa.* Jaſon *in dict.* §. *ſive autem alterutra. num.* 13. & *in dict.* §. *hoc judicium. num.* 14. Guido Papæ. *deciſ.* 625. *in addit.* Gailius *lib.* 1. *obſerv.* 151. *nu.* 18. Plotus *de in litem jurand.* §. 37. *n.* 6. 37

Berli-

17 Quod ſi tamen injuſtè & nulliter fuiſſe juratum victus prætendat, ſuamque læſionem clarè demonſtret, tunc demum reductionem adhuc fieri poſſe docet. Abbas Panormitanus *in cap. finem litibus. 5. n. 37. ext. de dol. & contum.* Berlichius *part. 1. concluſ. 78. n. 79.* reductionem denegant, etiamſi præſumptio eſſet minus expenſum eſſe quam juratum, quia hoc juramentum voluntarium eſt, quo præſtito, non aliud quæritur, quam an victor juraverit, imo quod hoc pactum debitor revocare nequeat, quia in vim contractus tranſierit, & abſurdum foret revocato pacto creditorem decipi, niſi conditionis ejus mutatio revocationem concederet, ut quia creditor poſt contractum initum mores in pejus ita mutarit, ut pro levi perſona vel ribaldo habeatur. Berlich *d. loc.*
18 *n. 82.* Plot. *ib. §. 47. n. 3.* Dices, ad quid ergo prodeſt pactum, ſi judex abſque eo moderari poſſit, puto quod non ſcrupuloſè in expenſas inquiri debeat, modò probabiliter factæ videantur, argum. *l. ſi ſervus 119. ff. de legat. 1.* vel ſicut Bartolus dicit *in l. fin. n. 3. ff. de prætoriis ſtipul.* quod ceſſet arbitrium ſi dolus abſit.

19 Attamen priuſquam judex ad moderationem ſe accingat, victum ſuper iis audire debet, eumq; in fi-
20 nem citare ad excipiendum ſi velit, & poſſit, Bartolus *leg. non ignoret. in fine Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Boërius *deciſ. 285. num. 6.* Maranta *in ſpeculo part. 6. actu ult. num. 22.* quia ad quemlibet actum præjudicialem citatio intereſſe habentis fieri debet, & à taxatione modum excedente victus appellare poteſt. Diſtinguit Lanfranc. de Oria. *d. c. quoniam contra*

contra. n. 689. & Baldus.*in l.terminato.num.7.C.de fruct. & lit.expenſis.*quod victus ſi comparuit tempore latę ſententię in cauſa principali de novo ad taxationem citari debeat, ſi contumax fuit, ad audiendam ſententiam, & ad eam antę citatus ad certam horam, quod requiratur citatio ad taxationem, non verò ſi pro audienda ſententia ad diem citatus fuiſſet, licet alia die taxatio fiat. Baldus. *in margarita. verſ. citatio ſpecialis.* ſtatuit ſpecialem citationem non requiri,ubi generalis citatio ad totam cauſam, vel ſpecialis ad definitivam præceſſiſſet, quia taxatio eſt executio implicita condemnationis; Unde conſtitutum eſt in Concepto Ordinationis Cameralis renovatę. *part.* 2. *tit.* 59. §.wir wollen.2.& in Ordinatione Monaſterienſi. *part.* 3. *tit.* 44. §. wir wollen auch. quod generalis ad totam cauſam ſufficiat. Aliis verbis in idem tamen tendentibus diſtinguit Bartolus *antecitatus*,quod ſi ſententia lata ſit contra contumacem, qui initio citatus fuit ad ſe defendendum, is ad taxationem citari debeat de novo,niſi citationi annexa fuiſſet clauſula, quod niſi compareat, ad ulteriora procedendum ſit. Certè ſi expenſę modicæ ſint & judiciales, quibus nihil detrahi debet in taxa, citationem intermiſſam non puto adeo nocituram, parcitur enim ſumptibus in citationem impendendis,nec ullum gravamen victo in iis inferri poteſt, argumento. *l.qui poteſt invitis.ff. de Reg.jur.*

Ad juramentum à victore præſtandũ non eſt neceſſariũ citare condemnatũ.quamvis bonum ſit Jaſ.

in l. ſi quando. num. 23. *Cod. unde vi.* quia licet hic eſſet præſens non poſſet prohibere diſpoſitioni legis
21 In ipſa moderatione judex obſervabit ſtylum curiæ ſuæ Bichius. *decis.* 73. *num.* 7. In Camera Imperiali uſum obtinuiſſe refert Gylmannus *in Symphorem. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 16. quod non facile æqualis, & trigeſimus prçſertim numerus taxetur, idque ob eam rem, quod tali numero. 30. noſter Salvator iniquiſſimè venditus ſit, eſt & ille mos Colonienſibus, ut numerantes, cum ad trigeſimum pervenerint, edicant, triginta cum Deo, quam quidem devotionem planè non improbo, id tamen quod ad æqualem numerum taxa non redigatur approbare nequeo, ne cum iis facere videar, qui numerum parem, infœlicem eſſe ſibi ſuperſtitiosè imaginantur.

Horum interim ſumptuum ſolum judex rationē habebit, qui propter ipſam cauſam facti ſunt circa inſtructionem & proſecutionem, ſine quibus lis expediri non poterat, argumento. *l. & ſi quis.* 15. *§. funeris. ff. de relig. & ſumpt. fun.* ceu judiciales ſunt, quod Bichius citatus vivos & proceſſales appellat,
22 & ipſe judex, actuarius vel pedellus accepit juxta morem judicii, qui per actuariorum quietantias demonſtrari poſſunt, quibus eandem fidem dari, quam aliis ejus actis, probat ex variis deciſionibus. Bichius. *d. decis.* 73. *n.* 2. & *decis. rotalis.* 43. *n.* 7. poſt tractatum Lanfranci Zacchię. *de ſalario.*

23 Quorum ſumptuum, ſive pro ſportulis, citationibus, examine teſtium, actorum copiis, vel actibus inſinuationum erogati fuerint, nullam taxationem judex admittet facietque eos ſolvi ad unum teruncium

cium uſque, quia neceſſariè ſunt & inevitabiles, Cruſius. *ad ſtatuta Mindenſia. lib. 4. tit. 2. decis. 5.* Niſi forſan actuarius aut curſor judicii modum conſuetum exceſſerit, imputet ſibi victor, quod eis non contradixerit & in exceſſu moderationem ſuſtinere debeat, Speculator. *tit. de expenſis.* §. *poſtremo. num. 9.* Carpzovius. *in proceſſu. judic. tit. 24. art. 4. num. 22. & ſeq. Decis. 96. num. 5. 6.* poſt tractatum Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario.* Vel niſi cum victus teſtes examinari faceret, victor notarium adjunctum impetraſſet, quidquid enim ea de cauſa impendit, taxari non poteſt, quia neceſſarium non erat, licet ſibi forſan utile Gylmannus. *Symphorem. tom. 1. part. 2. tit. 16. §. primo in hoc judicio.* Hiltrop. *in proceſ. jud. part. 4. tit 19. num. 44.* 24

Illi verò ad calculum non admittuntur, quos nullâ exigente neceſſitate victor profuſius expendit, quos delicatos & voluntarios dicere ſolemus, veluti ſi cui eſculentorum quid præſentaſſet, arrham vel ſalarium quoddam munificentius dediſſet, textus eſt in. *c. cum veniſſent. 3. in fine. ext. de eo qui mit. in poſſ.* Gloſſa. *in c. finem litibus. verb. expenſas. ext. de dolo. & contum.* textus in *l. properandum.* 13. §. 2. *Cod. de judicijs.* ibi: *ſed etiam in omnes expenſas, quæ conſueto modo circa lites impenduntur*, & ibi. *expenſis tantummodo litis quas reus legitimè ſe expendiſſe.* Abbas Panormitanus. *d. c. finem. num.* 28. Gailius. *lib. 1. obſ. 151. num. 1.* Sed in Curia Romana non ita exactè obſervatur, videre eſt apud Zacchiam. *d. decis. 43. num. 12.* quod admiſſa ſint ad taxam ea, quę annuatim in feſtis natalitiis data ſunt advocatis & 25 26

procuratoribus, ex quo ſit ibi conſuetum in omni curia dicto anni tempore labores advocatorum & procuratorum aliquo munere recompenſare, ut diligentius patrocinio cauſarum incumbant.

27 Advocatorum honoraria ita moderabitur judex, non ut ſalariorum annuè erogatorum rationem habeat, ſed in quantum fuerint neceſſaria ſecundum eorum ſcripta & producta Klockius. *votor. Cameral. relat.* 1. *numer.* 44. licet quandoque victor pro ſe utiliter fecerit, ut quia plures habuit advocatos, cum ſufficeret unus; Utile quidem fuit litiganti, quia lis cautius à pluribus dirigitur, & conſilia plurium ſolent eſſe maturiora, tamen ſumptus hi pro ſuperfluis habentur, Paulus de Eleazariis *d. c. finem litibus numer.* 45. Ideo æſtimantur ſecundum qualitatem perſonarum & cauſæ magnitudinem, non etiam ut foliorum ratio habeatur & loquacitatis, cum paginę phraſibus oratoriis & catervatis Doctorum allegationibus turgeſcunt, ſed doctrinæ & ingenii potior ratio conſiderari debet, an pertinentia, quid, & non quantum ſcripſerint, quia non verba ſed res ponderari debent Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 2. labor quoq; attendendus erit ſi caſus ſit rarus intricatus, & multa antiqua documenta fuerint ruminanda Klockius, *d. n.* 44. In Camera Imperiali etiam folia productorum conſiderari, refert Gylmannus *Symphorem. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 16. ut pro quolibet folio dimidius aureus, aliquando aureus aſſignetur à Referente, ſi cauſa ſuccinctè & quidem allegatis juribus ad rem facientibus abſoluta eſt, quod etiam Coloniæ obſervatum ſcio;

Conſilia

Conſilia Doctorum ab altero litigantium productа non admitti ad taxam quidam putant, Lauterbach *diſput. de expenſis victoriæ theſ.* 56. Ummius *diſput.* 22. *theſ.* 5. *num.* 18. quod eo caſu concedere poſſum, quando ultra neceſſitatem exhibita ſunt, ut quia advocatus præter ea cauſam ſatis inſtruxerat; Quod ſi producatur conſilium in quo res ipſa ſuccinctè demonſtrata eſt loco deductionis probatoriæ, nec aliter advocatus cauſam deducat, non video cur minus ac ſalarium advocati attendi debeat, Ideo juxta Gylmannum *d. tit.* 16. Hiltrop. *in proceſ. judic. part.* 4. *tit.* 19. *n* 44. non taxantur illa reſponſa, quæ non judicialiter exhibentur, nec puto Ummium ab hac explicatione alienum fuiſſe, dum pro ratione deciſionis ſuæ dicit, expenſam in conſilio obtinendo factam ideo non refundi, quia judicialis non eſt, quaſi dicere vellet, ſi conſilium fieret de actis & loco deductionis exhiberetur, ſumptus in id erogatos tanquam judiciales refundendos fore. 28

Procuratorum ſalaria in pleriſque tribunalibus ad certum modum taxata eſſe ſolent, certum quid pro quolibet termino, idcirco diminutioni judicis non ſubjacent, modò termini fuerint neceſſarii, ſuperfluos autem & non neceſſarios, qui contra ordinationem ſunt, ut quia cum prorogatio termini petitur quæ denegari non poteſt, alter non proteſtando ſimpliciter eam concedit ſemper attendere fas non erit, Gylmannus. *d. tit.* 15. 29

 Si

Si quid etiam victor pro ſollicitatura extrajudiciali procuratoribus ultra terminos exſolvit, conſideratâ cauſâ, ſi judex invenerit eam neceſſariam fuiſſe, maximè in judiciis, ubi procuratorum ſalaria anguſta ſunt, in modica & tollerabili ſumma admittere poterit Cœlius Bichius. *decis.* 73. *num.* 3.

30 Id quoque, quod in examen teſtium legitimè expenſum docetur pro ſalario Commiſſarii, teſtibus pro victu & damno, juxta dicta. *cap.* 3. *ſect.* 2. *n.* 114.
31 *& ſeq.* & quæ incidente quæſtione de finibus prædii pro acceſſu ad locum queſtionatum erogata ſunt, in moderatione conſiderare oportet *decis.* 96. *n.* 7. *poſt tract.* Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario.* juvat enim plurimum inſpectio loci & rei evidentia. *l. ſi irruptione.* 8. *ff. fin. regund.* maximè ſi judex prævio decreto mandaſſet acceſſum, velut. *in d. l. ſi irruptione.* aut ſi ad inſtantiam partis, tamen per inſpectionem judex ſe informare potuerit; Quocirca infructuoſus acceſſus victori non prodeſt ut expenſas recipiat, temerarie enim petiit illum ex quo nulla deciſio vel informatio haberi poterat.

32 Sed & expenſæ computantur, quas fecit victor in itinere & hoſpitio, cum propter litem ad judicium ivit, Innocentius. *in c. finem litibus. num.* 5. *ext. de dolo. & contum.* Lanfrancus de Oriano. *in c. quoniam contra. n.* 700. *ext. de probat* Paulus de Caſtro. *in l. properandum.* §. *ſive autem alterutra. num.* 11. *Cod. de judiciis.* Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *num.* 5. Hartmannus Piſtoris. *obſerv.* 139. Meichſnerus. *tom.* 3. *decis.* 7. *num.* 1. Berlichius. *part.* 1. *concluſ.* 78. *num.* 45. & juxta Carpzovium. *in proceſ. judic. tit.* 24. *art.* 4. *num.*

n. 112.quas etiam advocatus & procurator victoris in itinere fecerunt; Etiam eæ, quas in cauſa feudali, cum pares Curiæ ad decidendam cauſam convocarentur, victor in eos ratione victus impendere coactus fuit, Gylmann.*d.tit.16.in fine.*

Oportet tamen eas moderatas eſſe & mediocres non delicatas, *l. ſi ſervos pignoratos 25. in fine ff. de pignorat. act.* & tales quę evitari non potuerunt. Quare non repetit victor, ſi pro ſollicitanda ſententia iter aggreſſus ſumptus fecit, idque per nuncium aut literas æq; explicari potuiſſet; Quod ſi tamen circa litis initium, cum de probatoriis agitur, & cauſa primùm inſtruenda eſt, quaſdam in itinere feciſſet, hæ pro neceſſariis reputari poſſunt, licet res per procuratorem minori ſumptu effici potuiſſet, quia cura & diligentia efficacior reperitur, quæ à vero domino adhibetur, quàm à procuratore, Klockius *d.relat.1.n.51.* 33

Hæc non videntur convenire cum dictis ante de pluribus advocatis ad unam cauſam; Illæ ſane ſunt neceſſariæ & inevitabiles, quas victor fecit cum ex mandato judicis in perſona comparere debuit, ſicut in cauſa Baronis de M. contra Baronem de B. obſervatum eſt.

In his expenſis habenda eſt ratio perſonarum, & ſecundum modum victoris hactenus conſuetum, Gloſſa *in l.idemq; 10.§.idem labeo. verb.eum oportere.ff.mandati.* in quo judex moderatior & exactior eſſe debet, ut minutiſſimas etiam circumſtantias perpendat, & quantùm poteſt, ventris delicias ſupprimat, ne cuilibet in diverſoriis lautius, quàm con- 34

& victus ea reſarcire teneatur, dubium facit, *l. properandum.* 13. §. *ſive autem alterutra. Cod. de judic.* ubi litis expenſarum ſola ſi mentio, & quod nomine expenſarum non veniant damna, *c. in noſtra.* 8. *extr. de injuriis & damno dato.* ideo Paulus de Caſtro *in l. non ignoret. n.* 3. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* negat rationem habendam eſſe, ſi victor lite impeditus dereliquiſſet poſſeſſiones ſuas, vel omiſiſſet artificium ſuum exercere. Ummius *diſput.* 22. *n.* 36. opinatur, ceſſationem artificii conſiderandam, vel ſi victori ad judicium eunti à latronibus in via ſurripiatur, quo litem inſtruere volebat, non ſi equi ſurrepti ſunt vel mortui. quia pedes ire potuerat, quę ratio debilis eſt conſiderando talem, cui ire non convenit, & videbis ex iis, quæ de damno teſti in itinere illato cum diſtinctione dixi *cap.* 3. *ſect.* 2. *in fine.* Alii propter §. 1. *inſt. de pœn. tem. litig.* ibi *ut & improbus litigator & damnum & expenſas litis inferre adverſario ſuo cogatur.* diſtinctionem faciunt inter damna reſpicientia perſonam victoris, puta, ſi victor, qui ſe alere conſuevit ex artificio, aut ex diurna mercede operis manualis, ob litem non potuit laborare, & inter ea, quæ in cæteris rebus ejus contigerunt, illa victo adhuc imputari volunt, non hæc Speculator *tit. de expenſis.* §. *poſtremo. num.* 9. & ibi Joannes Andreæ *in notis.* Bartolus *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de alienat. jud. mut. cauſa.* Jaſon *in dict.* §. *ſive autem alterutra. num.* 13. & *in dict.* §. *hoc judicium. num.* 14. Guido Papæ. *deciſ.* 625. *in addit.* Gailius *lib.* 1. *obſerv.* 151. *nu.* 18. Plotus *de in litem jurand.* §. 37. *n.* 6. 37

Berli-

Berlichius *d.concluſ.*78. *n.*49. & Treutlerus *vol.* 2. *diſp.*23.*th.*2.*lit.a.*dicit,temerarium litigatorem prę ter expenſas teneri ad intereſſe & lucrum ceſſans, modò certum id ſit,& *vol.*1.*diſput.*12.*theſ.* 16.*lit.d.* licet damna non computentur inter expenſas victoriæ, venire tamen lucrum ceſſans. Diſſentit Scaccia *de ſent.& re judicata gloſſa* 15.*num.*24. qui neque lucrum ceſſans conſiderari voluit, ſed eſt ſingularis opinio contra communem, debet tamen de lucro ceſſante liquidò conſtare.

38 Inde advocatum in propria cauſa victorem à condemnato ſibi in expenſas honorarium advocaturæ ſuæ non petere, neque id taxari poſſe aliquorum eſt ſententia,inter quos & Baldus eſt,*in leg.fi. n.*12.*Cod.de fruct.& lit.expenſ.* Lanfrancus de Oriano *in d.c.quoniam contra. n.* 702. & Jacobus Cagnacenus *in d.c.quoniam. n.*110. quod munus quaſi perſonale geſſerit abſque patrimonii ſui jactura. Ne

39 tamen fruſtretur labore ſuo, cum & damna perſonæ victoris,quę ex artificio lucrari ſolitus erat,in conſiderationem veniant, ſi patrocinium hoc impedimento fuit,quo minus aliis clientum ſuorum cauſis advocando præeſſe potuerit,aliis ſupereſſe ſolitus, per modum damni & intereſſe adhuc juſtè exigere, idque taxari ſtatuerunt, Bartolus *in l.ſtipulatus.* 45. *n.*3.*ff.de fidejuſſor.* Jaſon.*in d.§.ſive autem alterutra n.*14. Gaili.*lib.*1.*obſ.*151.*n.*6.Mynſing.*cent.*1.*obſ.*2. Menochius *de arb. jud quæſt. caſu* 154.*n.*5.6. Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.*5.*§.*6. Lancellottus *de attentatis part.*3. *cap.*31.*n.*164. Schraderus *de feudis* 2.*part.nona partis princip.ſect.*2.*n.*35. Zoëſius

ad

ad ff. tit. de re judicata. n. 120. quod minus dubii habet, ubi conſortem litis haberet, utpote quod pro ſe & cohæredibus ſuis egiſſet, & pro eorum quota ſibi taxari inſtaret, Boërius *deciſ.* 210. Mynſing. *dict. obſ.* 2. *n.* 4. Græv̨us ad Gail. *d. obſ.* 151. *conſid.* 1. *n.* 18 Quod & circa procuratorem eâdem militante ratione ſtatuendum erit.

Neceſſe tamen eſt, ut advocatus damnum hoc non deſignet tantum, dicendo ſe tantundem lucrari potuiſſe eo tempore, quo liti huic vacare debuit, ſed ut exprimat & probet cauſas ipſas, quas hac lite impeditus agere neglexit, vel recuſavit, quia intereſſe certum & liquidum eſſe debet, priuſquam veniat in condemnationem. *leg. quemadmodum* 29. *§. item labeo. ff. ad leg. aquil.* ita voluit Burgundus *tractatu de evict. c.* 93. *in fin.*

Aliter placuit Gailio *d. obſ.* 151. *n.* 19. quod judex ex magnitudine cauſæ & qualitate perſonarum rem conſiderare debeat, an gravis ſit, quæ longâ & difficili inſtructione opus habeat, in qua multum laboris inſumendum, & an ob eam litem alia negotia poſtponenda fuerint, quod ex actorum relatione perſpicuum eſſe poteſt, quod tunc damna advocati in conſiderationem veniant, non autem ſi cauſa ſit minoris momenti parumque difficilis, ita ut veriſimiliter ob eam nihil ſit neglectum. 40

Adhuc tamen taxari non poſſe voluit Scaccia *de ſent. & re judic. gloſſ.* 15. *n.* 16. niſi victus ſimul ad intereſſe condemnatus eſſet, quia non viderit contrarium unquam obſervari, & licet ceſſaverit à lucro alterius advocationis, non tamen dici poſſit ex- 41

ſol-

ſolviſſe,ſed non acquiſiiſſe, ſiquidem damni & expenſarum diſpar ſit ratio; Ideoque quia intereſſe lucri ceſſantis eſt difficilis probationis, tolerari quandoque, ut una pars ſit in damno, & alter in lucro, niſi mercator & negotiator in cambiis eſſet, qui condemnatus eſt, qui ſolvere teneatur advocato, quia ſervanda ſit juſtitia commutativa, & alteri faciendum,quod quis vellet ab altero ſibi fieri; Non video quid Scaccia per hanc limitationem velit, forſan quod ſicut mercator lucrum ex mercatura quærit,ita etiam is advocato victori lucrum ceſſans advocaturę ſolvere teneatur; Nunquid mercator aliter quàm labore & induſtriâ lucrum quærit itinerando periculis ſe ſuaque ſupponendo ut victum habeat, ac ſutor vel ſartor ex artificio ſuo honeſtè ſe alere curat; Quid ſi mercator condemnatus cum advocato nihil unquam negotiatus fuit, nec ullum lucrum habuit ab eo ? ſic reſpectu ejus ſaltem illa juſtitia commutativa ceſſat.

42 Tandem cum Alvaro Valaſco *conſult.* 25. *n.* 21. concludit Lanfr.Zacchias *de ſalario q.*109.*n.*16.advocatum in propria cauſa victorem petere poſſe honorarium, non ſecus, acſi pro alio patrocinium præſtitiſſet, tum quod litigantium æqualis eſſe debeat conditio,*l.*1.*& tot.tit.ff. quod quis juris in alt. c.in judiciis.* 12. *de reg. jur. in* 6. & ſi advocatus victus fuiſſet, deberet reddere victori ſalarium advocaturæ & procuratorii, ideo non debeat eſſe victus melioris conditionis, in cauſa agitata cum advocato,quam ipſe advocatus fuiſſet ſi vinceretur, tum quod æquitas non ſuadeat advocatum ſui laboris

præmio

prẹmio fraudari,& eſſe deterioris conditionis advocando in cauſa propria quam in aliena,eſſeq; ſibi officium ſuum damnoſum contra *l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.57.ff.quemadm.teſtam.aper.* tum etiam quod victus non debeat abſolvi ab expenſis ex eo, quod litigaverit cum advocato, cum ea condemnatio fiat ipſi in pœnam ṭemerarii litigii, §. 1.*inſt.de pœn. tem. lit.d.§.ſive autem alterut.l.eum quem temerè.*79.*ff.de judic.* Arridet hæc ſententia Grævæo ad Gail.*lib.*1. *concl.*151.*conſid.*1.*n.*5. 7. Oporteret tamen & hic conſiderare diſtinctionem Gailii,& ſi cauſa modica fuerit & abſq; labore ſingulari peracta, advocatum non audire,

De expenſis victoriæ hactenus intelligenda ſunt, 43
alia ſiquidem ratio habetur earũ, quæ propter contumaciã comiſſam refici debent;&quidem inter eas ultra præmiſſa computantur etiam damna quẹ cæteras res victoris concernunt,in quib. altere docet damnificatũ,eò quod abfuit à negotiis ſuis.per *l.ſancimus.*15.*C.de judic.* gloſſ.*in l.un.§.hoc judicium: verb. non ad id quod intereſt.ff.ſi quis jus dicenti non obt.* ibi *ad litis ſumptus quos fecit in advocatis & in aliis,itẽ propter damna rer.ſuarum,quæ eſt paſſus ex eo, quod adverſarius non paruit.* ſolent etiam allegare gloſſam *in l.*1.*ff.de alien.jud.mut.cauſ.verb.tenebitur.* ibi *ſed ibi dicitur tantum de damnis litis, hic autẽ de aliis quæ paſſus ſum in aliis meis rebus.*Bartol.*ad d.l.*1.*n.*1 & *in d.§.hoc judiciũ.n.*2. Jaſ.*in d.l.ſancimus.n.*8. & *in d.§.ſive aut.alterut.n.*13.& *in d.§.hoc judiciũ. n.* 13. Paul.de Caſt.*d.l.ſancimus.n.*5. Carpz.*in proc.jud.tit.*8.*art.*1.*n.*47.Ummius *diſput.*22. *theſ.*6.*n.*23.*in fin.* ut

ut quia non potuit interim agros ſuos colere, vincas amputare & cultivare, & ſimilia. Paulus de Eleazariis *in cap. finem litibus. num.* 24. *extra de dol. & contumacia.*

44 Contra hos Berlichius, qui *d.conc.*78.*n.*45. etiam expenſas vecturarum & victus in itinere in caſum victoriç conceſſit, & *n.*97. addit in expenſas contumaciæ non venire ſolum, quæ litis & proceſſus retardati causâ factæ ſunt, ſed & damna & intereſſe, demum *n.fin.* negat damna merè extrinſeca conſiderari, quovis etiam modo, etiam ob contumaciam refundi debeant, veluti ſi in itinere à latronibus depredatus, equus mortuus eſſet; Inde adverto eum victori tantum expenſas concedere, & contumacem in damna ſolum intrinſeca, quç perſonam reſpiciunt, condemnare, in hoc ſecutus Baldum, *in d. leg. ſancimus.n.*14. *Cod.de judiciis.* dicentem, quod contumax non reficiat damna extrinſeca, v. g. ſi in abſentia latrones domum ingreſſi multa furto ſubtraxerint, quod factum non eſſet, ſi domi manſiſſet, & aliquo modo Teſſaurum *deciſ.*67. qui diſtinctionem inter damna & expenſas non admittit, quomodolibet ſive ob victoriam vel contumaciam debeantur, quia nec legiſlator diſtinctionem fecerit cum *in d. l. ſancimus.* de reo contumace, *in l.non ignoret.*4. *Cod. de fruct. & lit.expenſ.* & §. 1 .*inſt.de pœn.tem.litig.* de victo præſente, & ubique idem ſtatuatur; Hoc tamen addit, quod ſi in ſententia mentio damnorum non fiat, inter expenſas victoriæ nequidem ſoleat Senatus Pedemontanus admittere damna intrinſeca, ut quia artifex ceſſavit à labore, pro hac opinione

Teſ-

ſeſſauri eſt apoſtilla ad Gloſſam *in d. l. ſancimus. verb. damna. ad lit. g.*

Certum eſt, quod is, qui attentaſſe probatus eſt, reſtituere debeat omnia damna quæ ex deterioratione rei attentatæ provenerunt, de quo vide Lancellottum *de attentatis.* Refertur in *decis.* 97. *num. post tract.* Lanfranci Zachiæ *de ſalario*, quod in ſimili caſu moderata ſint damna deteriorationis vineæ & poſſeſſionis ad 135. ſcuta; In cauſis pignorationum Imperii res deciſa per Receſſum deputationis de anno. 1600. §. ob allen Schaden. 55. ubi præter expenſas & alimenta etiam damna lucri ceſſantis ex artificio aut negotiatione in puncto parationis reſtituenda eſſe mandatur, vide Gailium. *de pignorationibus. obſ.* 17. *per tot.* 45

Conſiderantur etiam damna extrinſeca circa res victoris in taxatione expenſarum retardati proceſſus, per. *l. non ignoret.* 4. *C. de fruct. & lit. expens.* Bartolus. *in d. l.* 1. *num.* 1. Jaſon. *d. §. hoc judicium. num.* 11. qui ibidem. *num.* 12. extendit eadem ad expenſas temeritatis commiſſæ ante ſententiam definitivam, quem de temeraria citatione loqui puto, Berlichius etiam *d. concluſ.* 78. *num.* 99. de expenſis temeritatis idem quod de contumacialibus & retardati proceſſus ſtatuendum ait, Bartolus tamen, *in l. eum quem temere.* 79. *n.* 3. *ff. de judiciis.* temerè citantem in ſola viatica & litis ſumptus condemnat, deducto eo quod citatus domi conſumpſiſſet, Hoc rationem habet, cum in temeraria citatione ſola temeritas, in contumacia verò & retardatione dolus & inobedientia conſiderentur, niſi de manifeſto 46 47

 dolo

dolo citantis vel reſcriptum impetrantis palam fieret,quod & Pariſius ibidem in notis advertit; Interim qui ex artificio dietim vivens per citationem temerariam ceſſare debuit, is damnum hoc taxat pręter ſumptus alios non minus ac de teſte *c.* 3.*ſect.* 2. *n.*128.dictum,Taliter intelligi poteſt.*dec.*98.*poſt tract.* Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario.* quæ habet, quod is qui cauſam ad forum Eccleſiaſticum ſpectantem ad judicem laicum trahit, reficere debeat præter expenſas etiam omnia damna inde paſſa.

48 Quidquid ſit damna merè extrinſeca parcius ſunt admittenda,eſt enim damnum emergens & lucrum ceſſans difficilis probationis,ideo ne lites ex litib. generentur,jus noſtrum quandoq; tolerat,ut alter in aliquali damno remaneat,&de damno extrinſeco rara conſideratio habetur in jure,argumento,*l. ſi ſterilis.* 21. §. *cum per venditorem.ff.de act.empti.l. inter.* 26. §.*non omnia.ff.mandati*,idcirco non diſplicet ſententia Berlichii & ſtylus curiæ Pedemontanę à Teſſauro relatus.

49 Hoc tamen ſingulariter ſtatuunt de contumacia Lanfrancus de Oriano.*in d.c.quoniam contra.n.*701. & Jaſon. *in d.§.hoc judicium.n.*15.Ummius.*d.n.*23. quod ſaltem de expenſis hoſpitii & itineris non deducantur ea,quæ comparens alias domi conſumpſiſſet, diſſentit ab iis,Paulus de Eleazariis.*d.c.finem litibus. n.* 25. *ext. de dolo & contum.* & allegat Innocentium.*in d.c.finem.n.*5.qui tamen ibidem loquitur de expenſis victoriæ.

50 Sed illud obſervandum eſt in moderatione expenſarum contumaciæ & retardatæ litis, ulteriores

non

non attendi, quam quæ concernunt contumaciam & articulum ex quo proceſſus retardatus eſt, de contumacia eſt textus in *c.* 1. *de dolo & contum. in 6.* ibi: *propter hoc factis. l. ſancimus.* 15. ibi: *hujusmodi vitio. C. de judiijs.* de retardato proceſſu eſt textus in *c.* 1. *de reſtitut. ſpoliat. in 6.* ibi: *quas actor ob hoc fecerit.* Paulus de Caſtro. *in d. l. ſancimus. n.* 6. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 15, Hiltrop. *in proceſ. judic. part.* 4. *tit.* 19. *n.* 17. nec conſideratur damnum quod abſq; eo eveniſſet. Hinc controvertunt, an expenſas advocatorum refundat contumax, quod affirmat Cagnacenus. *in d. c. quoniam contra. n.* 110. hiſce verbis, abſens qui tenetur ad expenſas, tenetur ad omnes expenſas advocatorum & procuratorum quos adhibuit ipſe actor in præparatoriis circa conſultationem litis, & acriter defendit Carpzovius. *in proceſ. judic. tit.* 8. *art.* 1. *n.* 44. *& ſeq.* ſe maxime fundans in. *d. l. ſancimus.* & Gloſſa. *ibidem.* in qua honorarii advocatorum fit mentio; Sed cavendum eſt à generalitate, diſponit enim dicta lex in verbis *hujusmodi vitio*, quod expenſę quomodolibet etiam in advocatos erogatæ eatenus refundantur, in quantum contumax eas per inobedientiam cauſavit majores, quam eo præſente & obediente actor facere debuiſſet, Hinc concludo, non refundi quidpiam pro advocati labore, quo merita cauſæ deduxit, quę ſeparata ſunt à contumacia, niſi forſan receſſum quendã contumacialem concepiſſet, aut nõ comparente parte ad miſſionẽ ex primo decreto proceſſum eſſet, hoc etenim caſu antequã recipiat tenutam omnes retro expenſas reficiet. Ideo Paulus de Caſt. antecitatus dicit, quod 51

actor non recipiat illas expenſas, quas etiam facere debuit ſi contumax comparuiſſet, videatur Ummius. *diſput. 22. theſ. 6. n. 23. circa fin.*

52 Cum victor jurare debeat ſe verè tantum & non minus expendiſſe, vel adhuc expendere debere, Doctores variant, quid de eo ſtatuendum ſit qui advocatum vel procuratorem gratis habuit; Alii quidem nullum jus ei nullamque actionem competere volunt pro conſequenda in taxatione expenſarum mercede advocati & procuratoris, qui gratis patrocinium exhibuerunt, Bartolus. *in l. fin. num. 7. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Baldus. *in addit. ad* Speculatorem. *tit. de ſententia, verſ. quidam nobilis.* per *d. l. fin.* Jaſon. *in d. §. ſive autem alterutra. n.* 14. per rationem, quod non poſſit dici factam eſſe expenſam, dum advocatus gratis cauſam defendit, & conſequenter non ſit illius ſalarium redigendum ad taxam, ad quam non niſi expenſæ realiter factæ venire debent *d. l. ſancimus.* 15. *C. de judicijs.*

53 Alii diſtinguunt, an advocatus fecerit animo remunerandi beneficium præſtitum vel præſtandum, quod tali caſu poſſit victor petere ſalarium, quod alteri advocato dediſſet, ſi verò ex mera liberalitate advocatus ſalarium remittat, non poſſit in taxa expenſarum ſalarium non ſolutum apponi, Speculator, *tit. de expenſis,* §. *poſtremo. n. 7. verſ. quod ſi victor.* per textum in. *l. idemque.* 10. §. *fin.* & *l. ſi vero non remunerandi.* 12. *ff. mandati judicata. num.* 120. ubi habetur, quod ſi creditor remunerandi causâ creditum fidejuſſori remiſit, tunc concedatur ipſi fidejuſſori actio mandati contra illum pro quo fidejuſſit,

juſſit, perinde ac ſi pro eo ſolviſſet, ſi verò non remunerandi causâ ſed principaliter donando creditor fidejuſſorem à debito liberavit, tunc ceſſet actio mandati, quæ definitio quaſi in terminis huic quęſtioni applicabilis à pluribus recepta eſt, Boërius. *decis.* 210. *num.* 5. Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſu.* 154. *n.* 6. Zoëſius. *tit. ff. de re judicata. n.* 120. Perez. *tit. C. de fruct. & lit. expenſ. n.* 11.

Tandem alii, ſalarium advocati licet non ſolutum eſſe in calculo expenſarũ indiſtinctè recipiendum, & hoc firmarunt Bartolus. *ſibi contrarius. in l. quod ſi. domus.* 31. *ff. de locat.* Zacchias *de ſalario. quæſt.* 110. *n.* 7. *& ſeq.* Tiberius Decianus. *volum.* 1. *reſpons.* 9. *n.* 32. Schraderus. *de feudis. parte.* 2. 9. *part. princ. ſect.* 2. *n.* 40. Scaccia. *de ſent. & re judicata. gloſſa.* 15. *n.* 31. Frantzkius. *de laudemijs. cap.* 16. *n.* 221. habentes pro fundamento antidoralem obligationem, qua adſtrictus remanet advocato is, qui patrocinium gratis accepit. *l. veluti. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jure. l. ſed et ſi lege.* 24. *§. conſuluit. ff. de petit. hæred.* ideo quod ipſi tantum abeſſe cenſeatur, in quantum obligatus eſt. *l. ſi quis mandatu.* 28. *ff. de negot. geſt.* & licet hæc obligatio nullam pariat obligationem in foro contra obligatum, producat tamen exceptionem contra eum quando repeteret ſolutum indebite Covarruv. *in c. cum inofficioſis.* 7. *n.* 10. *ext. de teſtamentis.* Scaccia. *d. loco. n.* 32. Tiraquellus. *de retract. lignager.* §. 29. *gloſſ.* 4. *n.* 6. per. *l. ſi non ſortem.* 26. §. *libertus. ff. de condict. indebit.* ubi in ſimili etiam concludit, quod conſanguineus retrahens teneatur emptori reſtituere laudemia ſolita, ſi ea à 54

55

domino ipſi remiſſa eſſent, non attento quo animo an donandi, vel remunerandi, an obligandi remiſiſſet, idem Frantzkius. *d.c.16.n.*219. Non obſtat ſi dicatur, agi de refectione expenſarum, ideo attendendum eſſe id, quod verè expenſum eſt. Quia loco realis ſolutionis ſuccedit obligatio; quæ creditore volente habet vim ſolutionis realis. *l.fin.Cod.ad leg. falcid.l fin.C.de dote promiſ.* Pariſius. *volum.*4.*conſil.*33. Nec adverſatur cit. *l.idemq́ §.fin.*& *l ſi vero non remunerandi.* quia in caſu iſto idem creditor remiſerat fidejuſſori actionem, in caſu noſtro advocatus non eſt creditor litigantis contra quem patrocinium præſtitit, ſic reſpectu hujus extraneus eſt, quando autem extraneus ſolvit pro fidejuſſore & liberat eum à creditore, indiſtinctè datur fidejuſſori actio mandati. *d. l. ſi remunerandi.* 6. §. *ſi paſſus.l.qui fide.*53. *l.ex mandato.*20.§ 1. *ff.mandati.l. ſi fidejuſſor. C. eodem.* §. *penult. inſt. eod.* Magonius. *decis.lucens.* 92. *n.* 14. nec valet argumentatio ab advocato in propria cauſa, cui ſecundam quoſdam non taxatur ſalarium, ſecundum eos adhuc reſponderi poteſt, quod in illum non cadat antidoralis obligatio, nemo enim ſibi ipſi manet obligatus, & ita in Curia Pariſienſi judicatum refert Paponius. *arreſt.lib.*18.*tit.*2. *art.* 14. quia non cogitur victor liberalitatis ſibi ab advocato vel procuratore factæ victum participem
56 facere. Fundamentum hujus ſententiæ ut inevitabile deprædicat, &, ſi detur obligatio antidoralis audacter ſequitur Zacchias. *dicto loco.* Sed dari eam negat. Pinellus. *in l.*1.*part.*3.*n.*60.*C.de bonis maternis* Treutlerus. *volum.*1.*diſput.*22.*theſ.*9.*lit.t.* Zoëſius.

tit.

*tit. de condict. indebiti.n.*8. quia donatarius ex donatione naturaliter obligatus dicatur tantum impropriè ex honeſtate & affectu naturaliter indito ei, qui munus accepit, qui ſi honeſtus eſt, inclinat in remunerationem. Videtur econtra Gloſſa *in cap. cum inofficioſis.extr. de teſtament.* & ibi Covarruv. *num.* 10. Hunnius ad Treutlerum *d.theſ.*9. cum dicatur *in l. ſed & ſi lege.*25. §. *conſuluit.* 11. *ff. de petit. hæred.* hiſce verbis: *Plane antidora, id eſt remunerationes acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos quatenus acceperunt, velut genus hoc eſſet quoddam permutationis*, ubi id quod donatum eſt remuneratoriè confertur cum eo, quod ex permutatione datum eſt, at ſi quid ex permutationis cauſa datur, ſupponit obligationem, & ejus tanquam indebiti non eſt repetitio, facit *l. ſi pignore.*54 *§.*1. *ff. de furtu.* ubi dicitur, *ſpecies enim lucri eſt ex alieno largiri, & beneficii ſibi debitorem acquirere*, ex qua infertur, quod qui beneficium accepit, debitor ſit beneficii, licet non civiliter ſaltem naturaliter, facit etiam *l. ſi non ſortem.*26. §. *libertus.* 12. *& ſeq. ff. de condict. indeb.* ubi libertus non poteſt repetere operas obſequiales & officiales, quas patrono præſtitit, putans ſe ad eas teneri, poteſt tamen repetere fabriles eodem errore præſtitas, quia operæ obſequiales ſeu officiales remunerationem præ ſe ferunt, non ſic fabriles. Pro hac ſententia adducere poſſum Abb. Panor. *in c. finem litib. n.*29. *ext. de dol. & contum.* qui dicit taxari ſalarium advocati gratis patrocinantis eâ ſolum ſpe, ut ſibi aliquando à cliente remuneretur, quia illum naturaliter obligaverit

ſolviſſe,ſed non acquiſiiſſe, ſiquidem damni & expenſarum diſpar ſit ratio; Ideoque quia intereſſe lucri ceſſantis eſt difficilis probationis, tolerari quandoque, ut una pars ſit in damno, & alter in lucro, niſi mercator & negotiator in cambiis eſſet, qui condemnatus eſt, qui ſolvere teneatur advocato, quia ſervanda ſit juſtitia commutativa, & alteri faciendum,quod quis vellet ab altero ſibi fieri; Non video quid Scaccia per hanc limitationem velit, forſan quod ſicut mercator lucrum ex mercatura quærit,ita etiam is advocato victori lucrum ceſſans advocaturę ſolvere teneatur; Nunquid mercator aliter quàm labore & induſtriâ lucrum quærit itinerando periculis ſe ſuaque ſupponendo ut victum habeat, ac ſutor vel ſartor ex artificio ſuo honeſtè ſe alere curat; Quid ſi mercator condemnatus cum advocato nihil unquam negotiatus fuit, nec ullum lucrum habuit ab eo ? ſic reſpectu ejus ſaltem illa juſtitia commutativa ceſſat.

42 Tandem cum Alvaro Valaſco *conſult.* 25. *n.* 21. concludit Lanfr. Zacchias *de ſalario q.*109.*n.*16.advocatum in propria cauſa victorem petere poſſe honorarium, non ſecus, acſi pro alio patrocinium præſtitiſſet, tum quod litigantium æqualis eſſe debeat conditio,*l.*1.*& tot.tit.ff. quod quis juris in alt. c.in judiciis.* 12. *de reg. jur. in* 6. & ſi advocatus victus fuiſſet, deberet reddere victori ſalarium advocaturæ & procuratorii, ideo non debeat eſſe victus melioris conditionis, in cauſa agitata cum advocato,quam ipſe advocatus fuiſſet ſi vinceretur, tum quod æquitas non ſuadeat advocatum ſui laboris

præmio

prę mio fraudari,& eſſe deterioris conditionis advocando in cauſa propria quam in aliena,eſſeq; ſibi officium ſuum damnoſum contra *l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.*57.*ff.quemadm.teſtam.aper.* tum etiam quod victus non debeat abſolvi ab expenſis ex eo, quod litigaverit cum advocato, cum ea condemnatio fiat ipſi in pœnam temerarii litigii, §. 1.*inſt.de pœn. tem. lit.d.§.ſive autem alterut.l.eum quem temerè.*79.*ff.de judic.* Arridet hæc ſententia Grævæo ad Gail.*lib.*1.*concl.*151.*conſid.*1.*n.*5. 7. Oporteret tamen & hic conſiderare diſtinctionem Gailii,& ſi cauſa modica fuerit & abſq; labore ſingulari peracta, advocatum non audire,

De expenſis victoriæ hactenus intelligenda ſunt, 43
alia ſiquidem ratio habetur earũ, quæ propter contumaciã comiſſam refici debent;&quidem inter eas ultra præmiſſa computantur etiam damna quę cæteras res victoris concernunt,in quib. altere docet damnificatũ,eò quod abfuit à negotiis ſuis.per *l.ſancimus.*15.*C.de judic.*gloſſ.*in l.un.§.hoc judicium.verb. non ad id quod intereſt.ff.ſi quis jus dicenti non obt.* ibi *ad litis ſumptus quos fecit in advocatis & in aliis,itẽ propter damna rer.ſuarum,quæ eſt paſſus ex eo, quod adverſarius non paruit.* ſolent etiam allegare gloſſam *in l.*1.*ff.de alien.jud.mut.cauſ.verb.tenebitur.* ibi *ſed ibi dicitur tantum de damnis litis, hic autẽ de aliis quæ paſſus ſum in aliis meis rebus.*Bartol.*ad d.l.*1.*n.*1 & *in d.§.hoc judiciũ.n.*2.Jaſ.*in d.l.ſancimus.n.*8. & *in d.§.ſive aut.alterut.n.*13.& *in d.§.hoc judiciũ. n.* 13. Paul.de Caſt.*d.l.ſancimus.n.*5.Carpz.*in proc.jud.tit.*8.*art.*1.*n.*47.Ummius *diſput.*22.*theſ.*6.*n.*23.*in fin.* ut

ut quia non potuit interim agros ſuos colere, vineas amputare & cultivare, & ſimilia. Paulus de Eleazariis *in cap. finem litibus. num.* 24. *extra de dol. & contumacia.*

44 Contra hos Berlichius, qui *d. conc.* 78. *n.* 45. etiam expenſas vecturarum & victus in itinere in caſum victoriꝙ conceſſit, & *n.* 97. addit in expenſas contumaciæ non venire ſolum, quæ litis & proceſſus retardati causâ factæ ſunt, ſed & damna & intereſſe, demum *n. fin.* negat damna merè extrinſeca conſiderari, quovis etiam modo, etiam ob contumaciam refundi debeant, veluti ſi in itinere à latronibus deprędatus, equus mortuus eſſet; Inde adverto eum victori tantum expenſas concedere, & contumacem in damna ſolum intrinſeca, quę perſonam reſpiciunt, condemnare, in hoc ſecutus Baldum, *in d. leg. ſancimus. n.* 14. *Cod. de judiciis.* dicentem, quod contumax non reficiat damna extrinſeca, v. g. ſi in abſentia latrones domum ingreſſi multa furto ſubtraxerint, quod factum non eſſet, ſi domi manſiſſet, & aliquo modo Teſſaurum *deciſ.* 67. qui diſtinctionem inter damna & expenſas non admittit, quomodolibet ſive ob victoriam vel contumaciam debeantur, quia nec legiſlator diſtinctionem fecerit cum *in d. l. ſancimus.* de reo contumace, *in l. non ignoret.* 4. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* & §. 1. *inſt. de pœn. tem. litig.* de victo præſente, & ubique idem ſtatuatur; Hoc tamen addit, quod ſi in ſententia mentio damnorum non fiat, inter expenſas victoriæ nequidem ſoleat Senatus Pedemontanus admittere damna intrinſeca, ut quia artifex ceſſavit à labore, pro hac opinione Teſ-

Teſſauri eſt apoſtilla ad Gloſſam *in d. l. ſancimus. verb. damna. ad lit. g.*

Certum eſt, quod is, qui attentaſſe probatus eſt, reſtituere debeat omnia damna quæ ex deteriatione rei attentatæ provenerunt, de quo vide Lancellottum *de attentatis*. Refertur in *decis.* 97. *num.* 7. *poſt tract.* Lanfranci Zachiæ. *de ſalario*, quod in ſimili caſu moderata ſint damna deteriorationis vineæ & poſſeſſionis ad 135. ſcuta; In cauſis pignorationum Imperii res deciſa per Receſſum deputationis de anno. 1600. §. **ob allen Schaden.** 55. ubi præter expenſas & alimenta etiam damna lucri ceſſantis ex artificio aut negotiatione in puncto paritionis reſtituenda eſſe mandatur, vide Gailium. *de pignorationibus. obſ.* 17. *per tot.* 45

Conſiderantur etiam damna extrinſeca circa res victoris in taxatione expenſarum retardati proceſſus, per. *l. non ignoret.* 4. *C. de fruct. & lit. expens.* Bartolus. *in d. l.* 1. *num.* 1. Jaſon. *d.* §. *hoc judicium. num.* 11. qui ibidem *num.* 12. extendit eadem ad expenſas temeritatis commiſſæ ante ſententiam definitivam, quem de temeraria citatione loqui puto, Berlichius etiam *d. concluſ.* 78. *num.* 99. de expenſis temeritatis idem quod de contumacialibus & retardati proceſſus ſtatuendum ait, Bartolus tamen, *in l. eum quem temere.* 79. *n.* 3. *ff. de judiciis.* temerè citantem in ſola viatica & litis ſumptus condemnat, deducto eo quod citatus domi conſumpſiſſet; Hoc rationem habet, cum in temeraria citatione ſola temeritas, in contumacia verò & retardatione dolus & inobedientia conſiderentur, niſi de maniſeſto 46 47

dolo citantis vel reſcriptum impetrantis palam fieret, quod & Pariſius ibidem in notis advertit; Intèrim qui ex artificio dietim vivens per citationem temerariam ceſſare debuit, is damnum hoc taxat prçter ſumptus alios non minus ac de teſte *c.* 3.*ſect.* 2.*n.*128. dictum, Taliter intelligi poteſt.*dec.*98.*poſt tract.* Lanfranci Zacchiæ. *de ſalario.* quæ habet, quod is qui cauſam ad forum Eccleſiaſticum ſpectantem ad judicem laicum trahit, reficere debeat præter expenſas etiam omnia damna inde paſſa.

48 Quidquid ſit damna merè extrinſeca parcius ſunt admittenda, eſt enim damnum emergens & lucrum ceſſans difficilis probationis, ideo ne lites ex litib. generentur, jus noſtrum quandoq; tolerat, ut alter in aliquali damno remaneat, & de damno extrinſeco rara conſideratio habetur in jure, argumento, *l. ſi ſterilis.* 21. §. *cum per venditorem.ff.de act.empti.l. inter.* 26. §.*non omnia.ff.mandati*, idcirco non diſplicet ſententia Berlichii & ſtylus curiæ Pedemontanę à Teſſauro relatus.

49 Hoc tamen ſingulariter ſtatuunt de contumacia Lanfrancus de Oriano.*in d.c.quoniam contra.n.*701. & Jaſon. *in d.§.hoc judicium.n.*15. Ummius.*d.n.*23. quod ſaltem de expenſis hoſpitii & itineris non deducantur ea, quæ comparens alias domi conſumpſiſſet, diſſentit ab iis, Paulus de Eleazariis.*d.c.finem litibus. n.* 25. *ext. de dolo & contum.* & allegat Innocentium.*in d.c.finem.n.*5. qui tamen ibidem loquitur de expenſis victoriæ.

50 Sed illud obſervandum eſt in moderatione expenſarum contumaciæ & retardatæ litis, ulteriores non

non attendi, quam quæ concernunt contumaciam & articulum ex quo proceſſus retardatus eſt, de contumacia eſt textus in *c.* 1. *de dolo & contum. in 6.* ibi: *propter hoc factis*, *l. ſancimus*. 15. ibi: *hujusmodi vitio. C. de judiijs.* de retardato proceſſu eſt textus in *c.* 1. *de reſtitut. ſpoliat. in 6.* ibi: *quas actor ob hoc fecerit.* Paulus de Caſtro. *in d. l. ſancimus. n. 6.* Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 15. Hiltrop. *in proceſ. judic. part. 4. tit.* 19. *n.* 17. nec conſideratur damnum quod abſq; eo eveniſſet. Hinc controvertunt, an expenſas advocatorum refundat contumax, quod affirmat Cagnacenus. *in d. c. quoniam contra. n.* 110. hiſce verbis, abſens qui tenetur ad expenſas, tenetur ad omnes expenſas advocatorum & procuratorum quos adhibuit ipſe actor in præparatoriis circa conſultationem litis, & acriter defendit Carpzovius. *in proceſ. judic. tit.* 8. *art.* 1. *n.* 44. *& ſeq.* ſe maxime fundans in *d. l. ſancimus.* & Gloſſa. *ibidem.* in qua honorarii advocatorum fit mentio; Sed cavendum eſt à generalitate, diſponit enim dicta lex in verbis *hujusmodi vitio*, quod expenſę quomodolibet etiam in advocatos erogatæ eatenus refundantur, in quantum contumax eas per inobedientiam cauſavit majores, quam eo præſente & obediente actor facere debuiſſet. Hinc concludo, non refundi quidpiam pro advocati labore, quo merita cauſæ deduxit, quę ſeparata ſunt à contumacia, niſi forſan receſſum quendã contumacialem concepiſſet, aut nõ comparente parte ad miſſionẽ ex primo decreto proceſſum eſſet, hoc etenim caſu antequã recipiat tenutam omnes retro expenſas reficiet. Ideo Paulus de Caſt. antecitatus dicit, quod

51

actor non recipiat illas expenſas, quas etiam facere debuit ſi contumax comparuiſſet, videatur Ummius. *diſput.* 22. *theſ.* 6. *n.* 23. *circa fin.*

52 Cum victor jurare debeat ſe verè tantum & non minus expendiſſe, vel adhuc expendere debere, Doctores variant, quid de eo ſtatuendum ſit qui advocatum vel procuratorem gratis habuit; Alii quidem nullum jus ei nullamque actionem competere volunt pro conſequenda in taxatione expenſarum mercede advocati & procuratoris, qui gratis patrocinium exhibuerunt, Bartolus. *in l. fin. num.* 7. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.* Baldus. *in addit. ad* Speculatorem. *tit. de ſententia, verſ. quidam nobilis.* per *d. l. fin.* Jaſon. *in d. §. ſive autem alterutra. n.* 14. per rationem, quod non poſſit dici factam eſſe expenſam, dum advocatus gratis cauſam defendit, & conſequenter non ſit illius ſalarium redigendum ad taxam, ad quam non niſi expenſæ realiter factæ venire debent *d. l. ſancimus.* 15. *C. de judicijs.*

53 Alii diſtinguunt, an advocatus fecerit animo remunerandi beneficium præſtitum vel præſtandum, quod tali caſu poſſit victor petere ſalarium, quod alteri advocato dediſſet, ſi verò ex mera liberalitate advocatus ſalarium remittat, non poſſit in taxa expenſarum ſalarium non ſolutum apponi, Speculator, *tit. de expenſis, §. poſtremo. n.* 7. *verſ. quod ſi victor.* per textum in. *l. idemque.* 10. *§. fin. & l. ſi vero non remunerandi.* 12. *ff. mandati judicata. num.* 120. ubi habetur, quod ſi creditor remunerandi causâ creditum fidejuſſori remiſit, tunc concedatur ipſi fidejuſſori actio mandati contra illum pro quo fidejuſſit,

juſſit, perinde ac ſi pro eo ſolviſſet, ſi verò non remunerandi causâ ſed principaliter donando creditor fidejuſſorem à debito liberavit, tunc ceſſet actio mandati, quæ definitio quaſi in terminis huic quæſtioni applicabilis à pluribus recepta eſt; Boërius. *decis.* 210. *num.* 5. Menochius. *de arb. jud. quæſt. caſu.* 154. *n.* 6. Zoëſius. *tit. ff. de re judicata. n.* 120. Perez. *tit. C. de fruct. & lit. expenſ. n.* 11.

Tandem alii, ſalarium advocati licet non ſolutum eſſe in calculo expenſarũ indiſtinctè recipiendum, & hoc firmarunt Bartolus. *ſibi contrarius. in l. quod ſi domus.* 31. *ff. de locat.* Zacchias. *de ſalario. quæſt.* 110. *n.* 7. *& ſeq.* Tiberius Decianus. *volum.* 1. *reſpons.* 9. *n.* 32. Schraderus. *de feudis. parte.* 2. 9. *part. princ. ſect.* 2. *n.* 40. Scaccia. *de ſent. & re judicata. gloſſa.* 15. *n.* 31. Frantzkius. *de laudemys. cap.* 16. *n.* 221. habentes pro fundamento antidoralem obligationem, qua adſtrictus remanet advocato is, qui patrocinium gratis accepit. *l. veluti. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jure. l. ſed et ſi lege.* 24. *§. conſuluit. ff. de petit. hæred.* ideo quod ipſi tantum abeſſe cenſeatur, in quantum obligatus eſt. *l. ſi quis mandatu.* 28. *ff. de negot. geſt.* & licet hæc obligatio nullam pariat obligationem in foro contra obligatum, producat tamen exceptionem contra eum quando repeteret ſolutum indebite Covarruv. *in c. cum inofficioſis.* 7. *n.* 10. *ext. de teſtamentis.* Scaccia. *d. loco. n.* 32. Tiraquellus. *de retract. lignager.* §. 29. *gloſſ.* 4. *n.* 6. per. *l. ſi non ſortem.* 26. §. *libertus. ff. de condict. indebit.* ubi in ſimili etiam concludit, quod conſanguineus retrahens teneatur emptori reſtituere laudemia ſolita, ſi ea à domino 55

54 (margin, beside "Tandem alii")

domino ipſi remiſſa eſſent, non attento quo animo an donandi, vel remunerandi, an obligandi remiſiſſet, idem Frantzkius. *d.c.16.n.*219. Non obſtat ſi dicatur, agi de refectione expenſarum, ideò attendendum eſſe id, quod verè expenſum eſt. Quia loco realis ſolutionis ſuccedit obligatio; quæ creditore volente habet vim ſolutionis realis. *l.fin.Cod.ad leg. falcid.l fin.C.de dote promiſ.* Pariſius. *volum.*4.*conſil.* 33. Nec adverſatur cit. *l.idemq; §.fin.*& *l ſi vero non remunerandi.* quia in caſu iſto idem creditor remiſerat fidejuſſori actionem, in caſu noſtro advocatus non eſt creditor litigantis contra quem patrocinium præſtitit, ſic reſpectu hujus extraneus eſt, quando autem extraneus ſolvit pro fidejuſſore & liberat eum à creditore, indiſtinctè datur fidejuſſori actio mandati. *d. l. ſi remunerandi.* 6. §. *ſi paſſus.l.qui fide.*53.*l.ex mandato.*20.§ 1.*ff.mandati.l.ſi fidejuſſor. C. eodem.* §. *penult. inſt. eod.* Magonius. *decis.lucens.* 92. *n.* 14. nec valet argumentatio ab advocato in propria cauſa, cui ſecundam quoſdam non taxatur ſalarium, ſecundum eos adhuc reſponderi poteſt, quod in illum non cadat antidoralis obligatio, nemo enim ſibi ipſi manet obligatus, & ita in Curia Pariſienſi judicatum refert Paponius. *arreſt.lib.*18.*tit.*2. *art.* 14. quia non cogitur victor liberalitatis ſibi ab advocato vel procuratore factæ victum participem
56 facere. Fundamentum hujus ſententiæ ut inevitabile deprædicat, &, ſi detur obligatio antidoralis audacter ſequitur Zacchias. *dicto loco.* Sed dari eam negat. Pinellus. *in l.*1.*part.*3.*n.*60.*C.de bonis maternis* Treutlerus. *volum.*1.*diſput.*22.*theſ.*9.*lit.t.* Zoëſius.

tit.

*tit. de condict. indebiti.n.*8. quia donatarius ex donatione naturaliter obligatus dicatur tantum impropriè ex honeſtate & affectu naturaliter indito ei, qui munus accepit, qui ſi honeſtus eſt, inclinat in remunerationem. Videtur econtra Gloſſa *in cap. cum inofficioſis.extr. de teſtament.* & ibi Covarruv, *num.*10. Hunnius ad Treutlerum *d.theſ.*9. cum dicatur *in l. ſed & ſi lege.*25. §. *conſuluit.* 11. *ff. de petit. hæred.* hiſce verbis: *Planè antidora,id eſt remunerationes acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos quatenus acceperunt, velut genus hoc eſſet quoddam permutationis*, ubi id quod donatum eſt remuneratoriè confertur cum eo, quod ex permutatione datum eſt, at ſi quid ex permutationis cauſa datur, ſupponit obligationem, & ejus tanquam indebiti non eſt repetitio,facit *l. ſi pignore.*54 *§.*1. *ff. de furtu.* ubi dicitur, *ſpecies enim lucri eſt ex alieno largiri, & beneficii ſibi debitorem acquirere*, ex qua infertur,quod qui beneficium accepit, debitor ſit beneficii, licet non civiliter ſaltem naturaliter,facit etiam *l. ſi non ſortem.*26. §. *libertus.* 12. *& ſeq. ff. de condict. indeb.* ubi libertus non poteſt repetere operas obſequiales & officiales, quas patrono præſtitit,putans ſe ad eas teneri, poteſt tamen repetere fabriles eodem errore præſtitas,quia operæ obſequiales ſeu officiales remunerationem præ ſe ferunt,non ſic fabriles. Pro hac ſententia adducere poſſum Abb.Panor.*in c. finem litib.n.*29. *ext. de dol, & contum.* qui dicit taxari ſalarium advocati gratis patrocinantis eâ ſolum ſpe,ut ſibi aliquando à cliente remuneretur, quia illum naturaliter obligaverit

ad tantundem,quamvis purum gratuitum ſit & dono factum,ex quo nulla remuneratio niſi à Deo expectetur,ad taxam admitti non debeat.

Sequor ſub hac diſtinctione,an advocatus fecerit gratis intuitu clientis ſui, animo ſive remunerandi, ſive donandi ſive gratificandi, an fecerit gratis nullâ reflexione factâ ad litigantes, quia otii evitandi gratiâ advocaturæ ſtuduit,vel ut meritum à Deo vel inter homines laudem inde haberet,ut priori caſu ſalarium advocati ſolutũ refici debeat, hoc verò neutiquam,rationes ex præmiſſis patent; Facit Schraderus *de feudis 2.part.nonæ part.princip.ſect.2.n.4.* dicens, quod vaſallus amiſſo feudo abſque delicto repetat melioramenta in feudum facta, licet quis materiam, operam vel ſumptus in melioramenta erogatos vaſallo donaſſet, etiam abſque animo remunerandi. In ſumma,tota quæſtio dependet ex declaratione advocati & procuratoris, quo animo inſervierit,& quæ ejus intentio ſit, utrum labor clientis ſui bono cedere debeat an non, non enim de animo cujuſquam cognoſcere poſſumus, niſi facto aliquo declaretur.

Ex hac diſtinctione infertur, cum plerique judiciis inſervientes ex conſuetudine quadam partem aliquam jurium gratis habeant, nec eam exſolvere teneantur, ubi eos cum alio lite contendere contingit,ſicut ex Concepto Ordin. Cameral. renov. patet *part.1.tit.61.§.fin.* quod jura Cancellaria eis ex inveterato more pro medietate remittantur exceptò ſalario nunciorum, quod & hic in quibuſdam jurib. obſervatur, quod talia jura remiſſa ad taxam admitten-

tenda ſint abſque diminutione, quia judex & alii ea reſpectu horum non reſpectu adverſarii donando remittunt in finem, ut tanto promptiores & diligentiores de cæterùm ſe exhibeant, Concidit etiam ex eadem diſtinctione opinio Jaſonis *in l. properandum. 13. §. ſive aut. alterutra, n. 14. C. de judic.* ſi notarius ſalarium noluit recipere ob reverentiam partis quæ obtinuit, quod illud ad taxam non ſit recipiendum; Sibi ipſi Jaſon contradicit *d. loc.* dum ſtatuit, quod ſi notarius fecerit gratis in remunerationem beneficii præteriti vel futuri, ejꝰ ſalarium ad taxam redigatur, certè notarius, ſi gratis facit ob reverentiam vincentis, ſperat remunerationem aut ſaltem favorem aliquem, qui pretio æſtimari poteſt. 57

Inde hæc ceſſare putat Zacchias *dict. loc. n.* 14. in pauperibus & perſonis miſerabilibus, qui nullam contrahant obligationem antidoralem, quia ex debito tenebatur advocatus ipſis patrocinari, *l. 1. §. aut prætor. ff. de poſtulando. l. providendum. 7. Cod. eod.* & quod idcirco, ſi pauper obtineat, non repetat ſalarium advocati, quod verè non fecit, & hunc caſum notabilem eſſe, in quo dives litigans cum paupere gaudeat privilegio pauperi conceſſo, quia privilegiatus faciat gaudere privilegio non privilegiatum ratione communionis & connexitatis, ſed aliter eſſe, jam *cap.* 4. remonſtratum eſt.

Uſus habet, quod ſententiæ concipiantur ad ſimilem verè modum, & victum in expenſas deſuper factas ſalvo noſtro judiciali moderamine victori refundendas condemnamus; Inde dubitari poſſet, an ſub illa condemnatione contineantur etiam eæ, quæ 58

poſt ſententiam latam emergunt, v. g. in puncto executionis,& an judex earum refuſionem injungere poſſit, quia prolatâ ſententiâ judicis officium ceſſat, & ſententia de factis expenſis meminit non de faciendis, & verba ſententiæ ſtrictè ſunt intelligenda,*l.2.Cod.ſi plures unâ ſent.condem.*Bartolus *in l. ſi expreſſim* 19. *n.* 16. *ff. de appellat.* quia ſententia eſt ſtricti juris. *l.Paulus reſpondit eos.* 43. *ff. de re judic.* Jaſon *in l.centeſimis*.46.§ *ſi ita ſtipulatus. n.* 14. *ff. de verb. oblig.* ideo ſententia in dubio interpretari debet potius in favorem condemnati, quàm victoris, ut minus cenſeatur condemnatus quam fieri poteſt Cravetta *conſil.* 188.*n.*2. Huic ferè concordat,quod
59 Berlichius *part.*1.*concl.*78.*n.*95. habet, quod expenſas factas in termino moderationis pro ea obtinenda non teneatur victus refundere, ut lis tandem finem habeat, quæ alioquin in infinitum tenderet, cum & ſine moderatione nullæ debeantur expenſę, & nulla moderatio ſine expenſis fieri poſſit,ſicut nec debeantur illæ expenſæ, quas quis pro conſequendis expenſis adjudicatis taxatis & non ſolutis fecit, niſi ſpeciatim in termino moderationis petatur ut eæ taxæ adjungantur.
60 Sententia tamen ita interpretari debet, ut juri communi correſpondeat, & ſi judex condemnat reum ſimpliciter in petitis, cenſetur eum condemnaſſe prout de jure debebat, *l.miles.*6.§.*decem.ff.de re judic.* Bartolus *in l. ſi fundus.*16.§.*in vendicatione,num.*4. *ff. de pignoribus,* & ſententia intelligitur ſecundum intentionem & mentem judicis, quæ talis eſſe judicatur qualis debet eſſe de jure,*l.ſi ex teſtamento.* 20. *in fin.* & *leg. ſi*

cum

cum argentum 21. *in fine princip. ff. de except. rei judic.* Modò ſi jus commune reſpiciamus, non eſt dubitandum, quod ſemel & ſimpliciter in expenſas condemnatus in eas quoque condemnatus eſſe cenſeatur, quæ in eandem cauſam poſt latam ſententiam impendi debent, argumento *leg. properandum.* 13. §. *ſive autem alterutra. Cod. de judiciis.* uti & habemus annotatum in concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 59. quas non minus judex taxare poterit, quam ſi ante ſententiam factæ 61 fuiſſent, quia & judicis officium eo uſque extenditur, & durat tam diu, donec ſententia ab ipſo lata effectualiter executa ſit, eſſet enim ſententia fruſtranea niſi mandaretur executioni, *c. cum aliquibus.* 6. *ext. de ſent. & re judic.* videatur Meichſnerus *deciſ. Cameral. tom.* 3. *deciſ.* 7. Quod Berlichius habet aliter demonſtrat praxis, quin & uſuras expenſarum præſtare cogitur victus ex mora ab eo tempore quo moderatæ ſunt, velut *c.* 13. *n.* 6. videbimus, cur non etiam expenſas in exigendo & extorquendo cauſatas. Ideo contrarium ſtatuit Carpzov. *in proceſſ. jur. tit.* 24. *art.* 2. *n.* 21. victum nempe omnes ſumptus tam in termino moderationis, quam pro executione expenſarum jam taxatarum & non ſolutarum factos neceſſariò refundere.

Quod ſi victus per taxationem immoderatam 62 ſenſerit ſe gravatum, ab ea provocare licitum eſt. Innocentius *in cap. fin. n.* 4. *extr. de his qua vi metuſve.* quem ſequitur Baldus *in l. properandum.* 13. §. *ſive autem alterutra. num. fin. Cod. de judiciis.* Bichius *deciſ.* 123. *num.* 1. Maranta *in ſpeculo. actu ultim. num.* 22. Jaſon. *in leg. properandum.* §. *ſive autem alter-*

alterutra.n.25.Cod.de judic. Hiltrop.*in proceſſ.jud. part.4.tit.6.n.*12. etſi verus fuerit contumax, qui licet non audiatur niſi refuſis expenſis, ab exceſſu tamen taxationis appellare poteſt. Scaccia *de appellationib.q.17.limit.*21.*n.*62. ubi dicit,non dari caſum in mundo, in quo non poſſit appellari ab exceſſu, quamvis eſſet cum juramento promiſſum non appellare. Ideo Ordinatio Civitatis Oſnabrugenſis *part.2.tit.*29 ubi inter cauſas cæteras, à quibus non licet appellare, recenſet moderationem expenſarum litis,judicio meo intelligenda eſt, quod ſimpliciter ab ipſa taxatione non poſſit provocari, ſi forſan condemnatione factâ judex ad expenſarum moderationem ſe accingeret, quia lex mandat taxationem, non prohibeatur tamen taxatione factâ gravatus appellare,ſi judex moderando excederet, & ſecundum hunc ſenſum eſt accipiendus Bartolus *in l. fin. n.*2. *Cod. quando provoc.non eſt neceſſ.* qui per illam legem putat non poſſe appellari à taxatione expenſarum; Quod confirmo per rationem mox ſequentem *n.* 65. ubi ab actu, quem lex mandat præcisè fieri,non datur appellatio, ſcilicet ſi fiat juxta debitum modum & legis intentionem, ſecus eſt, ſi modus & legis intentio excedatur.

Sed cum tres quaſi actus interveniant,taxatio judicis,juramentum partis, & ultima condemnatio, *auth.poſt jusjurand.C.de judic.*quæri poteſt,à quo a-
63 ctu appellatio interponi debeat? Innoc. *d.c.fin.n.*4. arbitratur ſufficere appellationem interpoſitam eſſe ab actu ultimo, quia juramentum hoc ſit loco probationis tantum, ex quo nulla actio detur vel exce-

ptio, ſed contra eum ſentire Imolam *in d.c.fin.* refert Jaſon *in l.ſi quando.nu.* 56. *Cod.unde vi.* quod victus ſibi imputare debeat, quod à taxatione non appellaverit, & obſtat Innocentio, quod actus ultimus ſit 64
tantum ſententia declaratoria, Maranta *part.6. actu 9. num.* 33. & pars executionis cauſæ per taxam anteriorem jam judicatę, quę non interpoſitâ appellatione vires obtinuit, quod ex dictis ejuſdem Innocentii *in c.ſæpe.43.n.3. extr.de appellationib.* confirmo, ubi docuit, ſi judex aliquem contumacem declararit, vel exceptiones litem retardantes rejecerit nihil de expenſis pronunciando, non poſſit contumax vel litis prolongator appellare à condemnatione expenſarum poſt lapſum decem dierum lata, quod hæc ſit executio prioris ſententiæ, ut qui contumax declaratus eſt, jam tum ex diſpoſitione legis in expenſas condemnatus cenſeatur.

Sed & hęc eſt ratio, quod lex ſimpliciter mandet 65
judici taxatione à ſe factâ & ſubſecuto juramento in illam ſummam condemnare victum, & vel minimum detrahere vetet. Quando autem lex mandat in caſu aliquo certo & determinato aliquid faciendum eſſe, appellationi deſuper factæ non defertur, quia videtur iſte caſus ab ipſa lege determinatus & declaratus ex ſententia ab ipſa lege lata, ideo quando in tali caſu appellatur, potius ab ipſa juris diſpoſitione cenſetur appellari, quod utique non permittitur, *leg.fin.§.1.ff.de appellat.recip. leg.ſi quâ pœna.244 ff.de verb.ſignif.* Bartolus *in leg.omnes populi. verſ. ultimo quæro utrum appellatio. num.* 53. *ff. de juſtitia & jure.* & nihil novi facit judex, qui legi man-

mandanti paret, & ſententiam determinatè à lege latam exequitur; ſicut ergo ab ipſa ſententia legali & determinatione *authent. poſt jusjurandum.* non eſt licita appellatio, ita nec ab ejus executione; Sciebat etenim condemnatus, ſi victor juraret, eſſe jam calculum factum, nec aliter licere judici declarare, de ſimili aliquo caſu ſcripſit Salgado *de regia protectione part.* 3. *c.* 6. *n.* 14. *& ſeq.*

66 Ideo Innocentius in ſententiam ſuam pervenit, quòd putarit, licere judici juramento præſtito, ſi videat ſe iniquè taxaſſe, taxationem ſuam revocare, & condemnare victum in minus quàm juratum eſt per *l. quod juſſit.* 14. *ff. de re judicata.* & eſſe Novellam *de judicibus* 82. *cap.* 10. & authenticam *poſt jusjurandum. Cod. de judiciis.* intelligendam, ſi legitimè taxatum ſit. Eum ſequitur Speculator *tit. de expenſis.* §. *poſtremò.num.* 3. Berlichius *part.* 1. *concl.*

67 78. *n.* 67. Sed iſta explicatio verbis ipſis authenticę & Novellæ contrariari videtur, quia adimitur judici omnis licentia taxandi in minus juramento præſtito, ex ratione, quam poſt Gloſſam *in d. authentic.* Doctores afferunt, ne judex videatur notare de perjurio jurantem de veritate, ſe verè tantum expendiſſe, & Gloſſa habet *in dict. Novella cap.* 10. *verb. neq; videri.* quod, quia lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debeamus, & *in c. fin. verb. taxatione. extr. de his quæ vi metuſve.* quòd pręcisè in id, quod juratum eſt, condemnare debeat, & non in minus. Aliud eſt de juramento in litem affectionis, quo præſtito judicis moderatio ſupereſt, ex magna tamen cauſa, & probationibus evidentibus repertis, cum per eam ſola affectio immoderata refrenetur, quæ in aliqui-

bus

bus quandoque verum pretium excedere ſolet. *l. videamus 4. §. penult. ff. de in lit. jurand.* Facit *l. ſi quando 9. Cod. unde vi.* ubi Doctores dicunt, quod verbum *oportet* importet judici neceſſitatem condemnandi juxta juramentum præſtitum, Jaſon *ibid. n. 25.* argumento gloſſ. *in c. 2. verb. oportebit. de lit. conteſt. in 6.* ut ſi in minus vel majus condemnaret judex litem faceret ſuam, Bald. *ib. n. 1.* & quod Bartol. tradit *in l. admonendi. 31. n. 9. & 10. ff. de jurej.* quod ſententia lata ex juramento præſtito ſecundum *d. l. ſi quando.* non retractetur ob inſtrumenta noviter reperta.

Eo minus licebit in caſu noſtro taxationem juratam corrigere, cum lex non tantum dicat oportere, ſed expreſsè ſtatuat, non licere judici in minus condemnare, nec debere eſſe judicem in hoc clementiorem lege. Quod forſan aliqui putant taxationem 68
eſſe interlocutoriam ſententiā, quam judici ſemper revocare licet, *l. quod juſſit. 14. ff. de re jud.* id procedere poteſt in interlocutoria ſubjacente voluntati
judicis, non verò cui de neceſſitate legis determina- 69
tè mandantis judex inſiſtere cogitur, juxt. ante dicta.
Jaſon quidem *in d. l. ſi quando n. 32.* agnoſcit eſſe hac 70
in re magnā difficultatē, & mediam quaſi viam amplectendo putat, non licere judici ex officio & motivo proprio de novo taxare poſt juramentū, idq; quaſi corrigere, poſſe tamen ad inſtantiam partis adducentis probationes ſufficientes taxationis injuſtæ diminuere taxationem ſuā juram. victoris confirmatā. Sed hereo an ſatisfecerit Authenticæ & Novellæ generaliter loquentibus, ubi *in dict. verb. neq; videri.* Gloſſa dicit, quod ſit verbis Novell. ſtandum, nec à nobis diſtinguendum. Interim tantorum Dd. au-

authoritati protervè non refragabor, & judicium cuique ſuum relinquo, Abb. Panormitanus ſaltem *in c. fin. extr. de his quæ vi metuve n.* 10. dubitat, an ſit vera opinio Innocentii, & expreſsè contra eam ſtatuit, Ummius *diſput.* 22. *n.* 38. *in fin.* cui etiam ſine vitio me adhærere poſſe arbitror.

71 Sed an judex à quo poſſit appellatione pendente moderari expenſas? affirmat Maranta *in ſpecul. p.* 6. *act.* 2. *princ. n.* 197. per rationem, quòd judex taxando expenſas nihil dicatur innovare, ſed pronunciata declarare; Rectius alii ſtatuunt non poſſe judicem taxare expenſas, donec cauſa fuerit finita per tres inſtantias, aliàs ſi fieret taxatio, judex ad quem revocaret per modum attentati niſi in continenti poſt interpoſitam appellationem fieret, Lancellottus *de attentatis part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 11. Scaccia *de appellation. quæſt.* 3. *n.* 55. Interim etiam ante ſententiam judex expenſas taxare poteſt, & unà eademq; ſententia victum in expenſas & rem ipſam condemnare, maximè ſi tales ſint quas judex ex actis cognoſcere poteſt. Ummius *diſput.* 22. *num.* 38. *in fine.*

CAP. XI.

Quando expenſæ repetantur ab aliquo qui extra litem fuit.

SUMMARIA.

1 Creditor immiſſus recipit à concreditoribus æq; privilegiatis partem expenſarum.

2. idem

2. *Idem eſt in deponentibus.*
3. *Socius expenſas in lite factas repetit à ſocio.*
4. *Declaratur, ubi etiam de altera ex ſororibus expugnante teſtamentum matris.*
5. *Tutor ſumptus litis repetit à pupillo.*
6. *Declaratur.*
7. *Adminiſtratores quatenus repetant expenſas litis à civitate.*
8. *Uſufructuarius repetit à proprietario expenſas in lite factas.*
9. *Declaratur.*
10. *Hæredes vaſalli quando repetant expenſas in lite factas à ſucceſſore feudi?*
11. *Fidejuſſor repetit expenſas in lite factas à debitore.*
13. *Declaratur.*
12. *Non à confidejuſſore.*
14. *Canonicus contra Prælatum agens repetit expenſas ab Eccleſia.*
15. *Hæres expenſas litis an detrahat ex hæreditate ante omnes creditores?*
16. *Hæres repetit expenſas litis à fideicommiſſario.*
17. *Declaratur.*
18. *Poſſeſſor majoratus an repetat expenſas litis à ſucceſſore?*
19. *Pater defendens bona adventitia filiorum quatenus expenſas repetat.*
20. *Mater defendens bona minorennis filii repetit expenſas.*
21. *Emptor ſuccumbens in lite evictionis repetit expenſas à venditore.*
22.23.24. *Declaratur.*

25. *Sed ubi contrà evincentem litem obtinet compenſatis expenſis, an adhuc repetat eas à venditore?*
26. *Negant alii.*
27. *Alii affirmant.*
28. *Reſpondetur negantibus.*
29. *Et ſi emptor fuit advocatus, repetit etiam ſalarium advocaturæ.*
30. *Actio evictionis ubi non datur, ibi ceſſat repetitio expenſarum.*

1 SAncitum eſt *leg. fin. Cod. de bon. auth. jud. poſſid.* quod ſi quis creditorum ſe mitti petat ex primo decreto in bona debitoris ex formidatione ſeverioris exactionis ſe occultantis, & obtineat, miſſio illa proficiat etiam cæteris ejuſdem qualitatis creditoribus certo tempore creditum ſuum manifeſtantibus, modò expenſas in miſſionem factas pro quantitate crediti refundant primo immiſſo.

2 Similis ferè caſus eſt *in l. quod privilegium. 8. ff. depoſiti.* ubi ſi nummularius bonis ceſſerit, primum & æquale eſt privilegium eorum, qui pecunias apud ipſum abſque uſuris depoſuerunt, ſumptus interim quos expoſuit qui primò poſſeſſionem petiit, recipit ab aliis quibuſdam vi hujus privilegii poſſeſſionem communicare debet, vide gloſſ. *ibid. verb. ſumptus cauſa.* videtur enim ſumptus feciſſe gratiâ omnium.

3 Sicut etiam ſocius expenſas in lite factas pro aqua vel molendino, prædio, aliâve re vel jure communi defendendo, in quantum neceſſariæ & probabiles ſunt, repetit à ſocio actione negotiorum geſtorum, text. eſt *in l. liberto, 31. §. fi. ff. negot. geſt.* Specula-

culat. *in add. poſt tit. de expenſ. verſ. nota quod ſi ſint.* Bald. *in d. l. liberto. d.* §. *uno. n.* 1. Quod ſi tamen ſocii certas & determinatas inter ſe partes rei communis haberent, nec is, qui litem proſecutus eſt, oſtendat, idcirco plus à ſe erogatum eſſe, ut ſocii quoq; partes defenderentur, & quam pro ſuæmet partis defenſione neceſſum erat, actione contra ſocium deſtituitur, per tex. *in l. ex parte.* 39 *in princ. ff. famil. erciſcun.* Bichius *deciſ.* 644. *n.* 23. Deciſum teſtatur Brunneman. *cent.* 1. *deciſ.* 38. cum mater exhæredatis filiabus inſtituiſſet hæredem maritum, & filia natu minor moveret querelam, peteretque ut ſibi aſſiſteret ſoror, & ſportulas pro parte ſolveret, illâ utrumque recuſante, donec teſtamento expugnato vellet ſuccedere contradicente ſorore victrice, quaſi neglexiſſet quærelam, *leg.* 17. *ff. de inoffic. teſtam.* quod admiſſa fuerit per ſententiam, ſi ſumptus reſtitueret, & legitimam ſaltem ex bonis maternis peteret per *l.* 30. *C. de inoffic. teſtam.* 4

Ita tutor ſumptus in lite factos à pupillo repetit, & viatica, ſi oportuit ob eam aliquo excurrere, *l.* 1. §. 9. *ff. de tutel. & rat. redd.* & ibi Bartol. *in* §. *ſi pupillus.* Hartmann. Piſtoris *obſ.* 124. *n.* 3. etiamſi victoriam non reportet, modò litem bona fide egerit, *leg.* 3. §. *ſufficit. ff. de contrar. act. tuto.* ob litem enim non juſtè motam ſumptus ſperare non poteſt. *leg. non eſt ignotum.* 6. *leg. ſi bonam cauſam.* 11. *Cod. de adminiſt. tutor.* aut ſi malâ fide vel ſuperfluos & exceſſivos ſumptus impendat, ut ſi eques cum comitatu in cauſa pupilli iter aggre- 5

diatur, quo tamen in cauſa propria ſolus & pedes ire ſolitus eſt, Unde cum curatores alicujus virginis deſponſatę vellent reſcindere ſponſalia, & ſuccumbentes in certam mulctam & ad reſtitutionem expenſarum condemnarentur, eaſque vellent imputare rationibus virginis curandę, hoc eis decreto negatum eſſe teſtatur. Brunneman.*cent.*3.*decis.*16. temere enim conabantur ſponſalia à virgine rite contracta infringere, maxime cum negotium nuptiarum non pertineat ad curatores, qui ſolam rei familiaris adminiſtrationem habent, *l.in copulandis.* 8.*Cod.de nuptiis.*

6 Ad litem juſtam refertur ea, ex qua, dum tutor diceretur non jure datus, vel ut ſuſpectus de mala adminiſtratione accuſaretur, ſententiam in ſuum favorem reportat, ut omnes expenſas in eam factas in rationibus reddendis imputare, vel etiam contrariâ actione tutelæ repoſcere poſſit. Bartolus. in *d.* *§. ſi pupillus. n.* 1. Menoz de Eſcobar. *de ratiocinijs. adminiſt.cap.*25.*n.*63. Illud tamen non placet, quod Bartolus addit mente tenendum, ſi tutor eſſet remotus tanquam ſuſpectus, & ipſe fecit multas expenſas ad defendendum ſe in illa lite in qua accuſatus fuit de ſuſpecto, quod poſſit eas à pupillo repetere. Certè tutor ex culpa, ob quam remotus eſt, præmium reportare non debet, argumento. *d. l. ſi bonam cauſam.* niſi forſan Bartolum intelligere malueris de eo tutore, qui remotus eſt de facto abſque cauſę cognitione, & lite ſe defendens tandem obtinuit.

Eâdem

Eâdem ratione adminiſtratores ſumptus in litem bona fide factos repetunt, niſi culpa eorum notari queat, quę liti cauſam dederit, quod judicatum refert Richter. *de privileg. creditorum. cap.4.ſect.1. n.* 103. in litibus neceſſariis expenſas inevitabiles & bona fide factas adminiſtratoribus à civitate reddendas eſſe, ſed cum iidem numeraſſent pecunias civitatis quibuſdam non ſatis probatę fidei hominibus; ut pro iis frumenta ad granarium publicum referrent, & exinde lites derivatæ fuiſſent, harum expenſas non jure repeti. Et Monoz de Eſcobar. *d.cap.* 25. *n.*48. adminiſtratorem repeterę à civitate quod in litem erogavit adverſus eum, qui ſe nobilem in contradictorio judicio declarari, & ab oneribus contribuendi ſe immunem haberi prætendebat. 7

Uſufructuarius in judicio agere poteſt nomine proprietarii, & rem in qua uſumfructum habet vindicare, & petere à quocunque poſſeſſore, eamque defendere à quovis impetitore. *l.* 1. §. *fin. ff. de oper. nov. nunc.* qui licet fructus rei percipiat, expenſas tamen in litem factas repetit à proprietario, Gomeſius. *verar. reſolut. tom.2. cap.*15. *n.7.* & hoc ſi lis utilitatem proprietarii concernat, non verò ſi uſufructuarius contra alium, partem uſusfructus, vel ſibi hunc magis competere prætendentem ſe lite tueatur, Colerus. *de alimentis. lib.* 1. *cap.* 14.*n.*65. nulla enim culpa hoc caſu proprietario imputari poteſt, in eo quod aliquis inquietet uſufructuarium, Arius Pinellus. *ad l.* 1. *Cod. de bonis maternis. part.*2.*n.*68. quia agitur de ſola uſufructuarii commoditate; non obſtat, *l.*1. *C. de bonis maternis.* quæ de uſufructu 8

legali diſponit patri competente ex diſpoſitione legis, de qua ad conventionalem inferri non poteſt, quia non tenetur uſufructuarius ad expenſas, quę perpetuam rei utilitatem concernunt. *l. hactenus.*7. *ff. de uſufructu.* imo nec pater ad ſimiles obligatur uti infra. *n.*19. dicetur,ſicut & expenſæ reſpicientes perpetuam fundi utilitatem non ad colonum ſed ad dominum pertinent,non habito reſpectu ad quantitatem earum magnæ ſint an exiguæ.Hect. Felicius. *de ſociet. c.* 27. *n.*44 confer huc.*c.*7.*n.*12.Adverte, quod Pinellus.*d.n.*68.neget,quod uſufructuarius in quæſtione tangente ſolam proprietatem audiri poſſit vel debeat, & quod ex judicio agitato cum eo præjudicium reſultet proprietario non citato,licet è
10 contra, vaſallus fundum quendam feudalem ab alio ceu allodium detinente lite vindicavit,vel contra alium quaſi allodium petentem ſumptuoſâ lite defendit,qui ſi filios non habeat,aut ſi alia de cauſa feudum citra delictum aperiatur domino, & dominus vel agnati mortuo eo feudum à filiabus avocent, hæ ſumptus factos in lite juſtè repetunt,Schraderus *de feudis.*2.*part.nona part.princip.ſect.*2.*n.*54.argumento. *c. hic finitur lex. §.ſi vaſallus.*2.*Feud.*28.*l.in fundo.* 38.*ff.de rei vindicat.*& uſque eorum reſtitutio fiat retentionis jus uſurpare poſſunt. *ibidem. n.* 30. per textum in. §.*ex diverſo.* 31. *verſ.certe illud. inſt. de rer. diviſ.* quod tamen ad modicas expenſas extendendum non erit, quæ magis cum fructibus compenſandæ erunt. *l. omnino.*12.*ff.de impens.in res dot.* ęſtimabit judex, quę modicæ vel magnæ ſint ſecundum fructus & onera feudi.

Fide-

Fidejuſſor expenſas factas in lite probabili contra creditorem repoſcit à debitore, ſicut omnia damna & intereſſe, opponendo forſan ei exceptionem de mandato debitoris ex perſona ejuſdem provenientem. *c. pervenit. 2. c. conſtitutus. 3. ext. de fidejuſſ.* Bartolus. *in l. exceptione. 68. n. 10. ff. de fidejuſſor.* Hering. *de fidejuſſoribus. cap. 26. n. 66.* Fruſtra tamen eas à confidejuſſore ſuo petit, quia contra eum agere non poteſt niſi ex jure ſibi ceſſo. *l. ut fidejuſſor. 39 ff. de fidejuſſor.* creditor verò nullum aliud jus cedere poteſt, quam quod penes ipſum eſt, Bartolus. *in l. modeſtinus. 76. n. 10. ff. de ſolutionib.* & ille jus non habuit repetendi expenſas, quas fidejuſſor contra ſe fecit, conſequenter neque hic ex actione ſibi ceſſa harum expenſarum nomine confidejuſſorem convenire poteſt. Hartmannus Piſtoris. *obſ. 79.* ubi: *n. 11.* ſubjungit, quod contrarium hodie ſervetur negligentiâ partium magis de eo non opponentium, quam certo judicio. 11 12

Quod ſi fidejuſſor temere ſe creditori oppoſuiſſet, uſque in expenſas condemnaretur, harum nulla ratio etiam contra debitorem habenda foret, de quo Pariſius. *volum. 3. conſil. 104. per tot.* Hering, *d. c. 26. n. 69.* ſicut nec earum, quas ipſe in litem talem impendit, idcirco diſtinguitur in. *l. jam tamen. 2. §. quid tamen 6. ff. judicatum ſolvi.* fidejuſſorem ſine ſpeciali mandato, ſe opponentem creditori eatenus repetere expenſas à debitore, ſi vicerit, quod ſi vincatur, repetat quidem quod ob rem judicatam pręſtare debuit, ſumptus autem litis minimè petat, cui obſtare videtur, *l. ſed an ultro.* 13

10. *ff.de negot. geſt.* ſed ibi negotiorum geſtor utiliter cœpit, & in. *l.etiam ſi* 4.*C.mandati.* procurator mandatū habuit,& in priori.§.*quid tamen.*fidejuſſor abſque mandato judicium ſuſcepit & inutiliter quidem; Qui ſi allegaret, ſe ab initio habuiſſe juſtam ignorantiam,non ideo utiliter cœpiſſe dicendus eſt, debuit enim prius rem penitus conſiderare,& informationem petere à debitore Bartolus. *ibidem.*

14 Canonicus ſufficientes habens redditus Eccleſiaſticos agens contra Prælatum ſuum ratione dilapidationis vel ſimoniæ, vel contra electionem dicendo, electum non eſſe idoneum, vel formam non eſſe ſervatam, litem obtinuit compenſatis expenſis, an expenſas factas ab Eccleſia repetere poſſit? videtur quod non; tenebatur enim ad illud ut canonicus. *c. quapropter.* 47. *II. quæſt.* 7. & videtur feciſſe paterno affectu vel filiali, ſic repetitio ceſſat. *l. ex duobus fratribus.*27.§.1 *ff.de negot.geſt.* Cum tamen negotium Eccleſiæ utiliter geſſerit, expenſas repetere poteſt ex redditibus prælaturæ. *l. ſed an ultro.* 10. §.1. *ff.de negot. geſt.* Bartholom.Brixienſis. *quæſt. vener.*20.*n.*3. quia nemo tenetur propriis ſtipendiis militare, ergo nec propriis expenſis pro Eccleſia litigare, ſiquidem & juſtè litigans in diſſenſione electionis Epiſcopalis ſumptus de Epiſcopatu recuperat. *c. ut præterita.*45.*ext.de electione.* Gloſſa finalis *in c.cupientes.*16.*eod.in 6.*quæ hunc caſum & ſimiles de expenſis electionis repetendis recenſet.

15 Quod ſi hæredi ſcripto ſe opponat quis, æque ſe hæredem aut teſtamentum nullum prætendens, victus tamen ab expenſis abſolvatur,an contra eum

in

in litigium factas deducere poſſit heres ex hereditate ante omnia in diminutionem creditorum & legatariorum? negante Baldo in *l. ſancimus*, 22. *§. in computatione. n.* 3. *C. de jure deliberandi.* affirmat Jaſon. *ibidem. n.* 3. Peregrinus. *de fideicommiſſis. art.* 50. *n.* 11. Lanfrancus Zacchias *poſt tract. de ſalario. decis.* 82. *n.* 13. ſi hereditas ſolvendo non eſſet, quod eas in utilitatem ſuam licet principaliter factas non minus illis deducat, quas in inventarii confectione erogavit, cujus etiam utilitas primariò concernit heredem, argumento. *d. c. ut præterita.* niſi aliqua culpa hæredis redargui poſſet, ex qua litis origo derivata eſſet, vel quod adverſarium in expenſas condemnari non petierat, hæc creditorib. obeſſe non debet; Interim opinio Baldi quo ad creditores non videtur improbabilis, ſiquidem alia eſt ratio inventarii, quod etiam bono creditorum conficitur, alia hujus litis, quæ legatariis proficere poteſt ut ſuſtineantur legata, non autem creditoribus, qui non minus teſtamento nullo, quam valido jus ſuum proſequuntur. Sed & caſu illo, quo tertius ſe hæredem ſcriptum contendens litem vero hæredi facit, ſuccumbit tamen, nullum eſt commodum aut intereſſe legatariorum ſed ſola cauſa, ſola utilitas hæredis agitur, ergo juxta citatum Baldum ejus erit expenſarum onus, aliud, eſt in inventario, quod ſaltem ſecundariò etiam bono legatariorum conficitur, facit Bichius. *n. ſequenti.* citandus, & Garſia. *de expenſis & meliorat. cap.* 16. *n.* 36. qui de poſſeſſore majoratus agit, quod expenſas litis ſuam utilitatem concernentes non imputet ſucceſſori ſive magnæ

ſive modicæ ſint, imputet tamen ſi lis ad utilitatem majoratus fiat.

16 Idemque de expenſis ſtatuit Peregrinus. *d.n.* 11. Knipſchildt. *de fideicommiſſis. cap.* 12. *n.* 179. per. *l. ubi pure* §. *qui in diſtrahendis. ff. ad S. C. Trebell.* quas fecit hęres ſuſtinendo litem pro tuitione rerum hæreditariarum, quod illas repetat ab eo, cui hęreditatem reſtituere rogatus eſt, quamvis hæres in cauſa ſuccubuiſſet, cum non debuerit partes hęreditatis indefenſas relinquere. *l. illud.* 40. *ff. de petit. hæred.* ſunt enim neceſſariæ, nec patitur æquitas, ut ſucceſſor cujus bono defenſio fideicommiſſi cedit, locupletior fiat cum jactura prædeceſſoris, dummodo pro utilitate fideicommiſſi non pro hæredis propriâ fuerit lis inſtituta, vide caſum apud Bichium *decis.* 583. *n.* 2. & litem evidenter calumnioſam non habuerit. *l. non eſt ignotum.* 6. *l. ſi bonam cauſam.* 11. *Cod. de adminiſt. tut.*

17 Sed cum dicatur, quod qui fructus ex titulo lucrativo percipiunt, impenſas cum fructibus compenſare debeant, ſicuti de expenſis factis pro cauſa beneficii, quæ fructibus beneficii accepto feruntur. *d. c. ut præterita.* & ſicut de patre cui fructus bonorum adventitiorum filii reſervati ſunt, dixi *cap.* 7. *n.* 10. & infra. *num.* 19. & quod idem de hærede concludi poſſet, ideo ſemper ſibi placuiſſe diſtinctionem illam inter modicam & magnam impenſam, de qua uberius. *d. c.* 7. *n.* 6. cum de exactione nominum dotalium agerem, refert Peregrinus. *d. art.* 50. *n.* 12. *verſ. mibi ſemper placet.*

Eandem

Eandem diſtinctionem applicando ad poſſeſſo- 18
rem majoratus, ex aliis refert quidem Garſia *de expenſ. & meliorat. cap.16.n.36.* ſubjungit tamen ab ea diſcedendo, ſibi videri admittendam eſſe rationem Ulpiani *in l. 1. in princip. ff. ad S.C. Trebell.* ibi. *cum eſſet æquiſſimum in omnibus fideicommiſſariis hæreditatibus, ſi qua de his judicia penderent, ex his eos ſubire, in quos ius fructusq; transferetur.* ut qui majoratus fructus majores percipit, litium quoque magnarum expenſas ſuſtineat, ſi fructus his ſumptibus & expenſis ſufficiant, non de uno anno ſolo ſed de toto tempore quo litigatum eſt computando, nec pro his quidquam à ſucceſſore expectandū ſit ab eo, idque magis ſi finitâ lite fructus adhuc perceperit ipſe, qui litigavit, qui ſoli vel etiam cum præteritis conjuncti expenſis factis ſufficiant.

Patrem, qui defendit bona adventitia filiorum, in 19
quibus uſumfructum habet, litis expenſas non repetere, ſed eas cum fructibus compenſare jam dixi *cap.7. num.*10. niſi de proprietate bonorum ageretur, lis tantum expenſarum abſumens, ut quantitatem fructuum excederent, hunc exceſſum ex proprietate deſumendum; ſicut nec tenetur ex fructibus facere ſumptus, qui perpetuam rei utilitatem concernunt, ſeu meliorationem adventitiorum, ut ideo filius eorum bonorum dominus talium expenſarum valorem fratribus conferre teneatur, Pinellus *in l.1.C.de bonis maternis part.2.n.68.* argum. *l. fin. §. ſin autem æs alienum. Cod. de bonis quæ liberis* qui in eo

eo differentiam dat ab uſufructuario, quod pater omnia filii penes ſe habeat ut legitimus adminiſtrator, magis quam fructuarius, interim non litis anni ſolummodo computabuntur, quia ex cauſa merè lucrativa fructus percipit ex proviſione legis, ſed quidquid ex iſtis percepit annis etiam præcedentib. & litem ſubſequentibus, ut tamen & ſumptuum aliorum in exactione fructuum factâ ratio habeatur, faciunt optimè quæ de uſufructuario paulò ante ex Gomeſio retuli, nam & Emphyteutam à ſolutione penſionis non liberat unius alteriusve anni damnum, quod cum cæterorum annorum ubertate
20 compenſare debet.

Quod ſi mater bona filiorum in minorennitate exiſtentium defendens expenſas in litem feciſſet, quod eas quaſi animo donandi & pietate maternâ factas repetere non poſſit, videtur quidem ex *leg.* 1. *Cod. de negot. geſt. l. Nenſenius.* 34. *ff. eod.* Dicunt tamen iſtę leges de expenſis, ad quas mater de neceſſitate tenebatur; Unde concluditur ex *l. alimenta* 11. *Cod. de negot. geſt.* quod ſumptus litis circa res & bona filiorum cenſeantur erogati animo repetendi, Bartolus *in d. l. alimenta, in fine.* idque procedere affirmat Ruinus *vol.* 3. *conſil.* 1. *n.* 23. etiamſi mater eſſet tutrix filii, ejusque bona adminiſtret per *l. ſumptus.* 3. *Cod. de adminiſtr. tut.* non ſolum ſi mater victoriam reportaſſet, ex qua filius locupletior factus ſit, *l. ſi pupilli.* 6. *in princ. ff. de negot. geſt.* ſed & ſi ſuccubuiſſet, ex juſta tamen cauſa litem cœptam continuaſſet, *l.* 3. *§. ſufficit. ff. de contr. act. tut.*

Quid de expenſis factis circa bona dotalia uxoris ſit ſtatuendum, diſtinctione data *cap.* 7. *num.* 6. ſa-

tis

tis explicavi, quam hic ſi repeterem, agerem actum.

21 Emptor vel alius poſſeſſor ex cauſa oneroſa, ſi in lite à tertio ſibi mota de re empta vel poſſeſſâ ſuccumbat, à venditore vel auctore ſuo non tantum pretium rei evictę, ſed & litis expenſas repetit, *leg. ſi in venditione.* 60. *leg. evicta.* 70. *ff. de evictionibus.* ſiquidem litis expenſæ continentur in eo quod intereſt. *l. ſi procurator.* 18. *ff. rem ratam haberi. leg.* 3. §. *penult. ff. de alienat. jud. mut. cauſa.* non eas tantum, quas emptor in litem impendit, ſed etiam quas adverſario præſtare debuit ex condemnatione. Nicolaus Burgundus *de evict. c.* 93. *n.* 6.

22 Quocunque tamen caſu evictâ re denegatur evictionis actio, eodem ceſſat repetitio expenſarum, ceu in emptore hæreditatis eſt, evictâ re quapiam particulari, ex ea modò ſpeciatim non convenerit, *l.* 1. *Cod. de eviction.* ubi emptori hæreditatis non præſtat evictionem cujuſque rei hæreditarię, nec ſumptus ad litem evictionis præbet, quia hæreditas vendita reputatur talis qualis eſt. Ceſſat etiam repetitio expenſarum, ſi per imprudentiam vel injuriam judicis emptor victus eſſet, *l. ſi per imprudentiam.* 51. *ff. eodem.* vel ſi emptoris culpa repetitionem impediat, ut quia contumax fuit, & ad primum ſeu ſecundum edictum ſui copiam non fecit, vel aliquid exhibere juſſus litem protelavit, vel aliquam incidentem quæſtionem perperam movit, & plectatur in expenſas, culpa enim ejus accidit quæ venditorem non onerat, *leg. ſi rem quam* 29. §. 1. *ff. eodem.* Vel ſi imperitos ad litem adhibuerit, argumen-

mento *l.utiq; 16.§.culpa.ff. de rei vindicat.* Sichardus *in l.emptor fundi.*8.*num.*19. *Cod.de evictionibus* vide ſuperius *cap.* 8. *ſect.*5.*num.* 3. vel ſi venditori non denunciavit litem eſſe motam, *l.emptor.*8. *leg.ſi parentes.*20.*Cod.de evict.*

23 Sed ubi venditor denuntiatus liti ceſſerit, emptor nihilominus litigare pergat, & probabilem cauſam habeat credendi ſe eſſe dominum, quamdiu de jure petitoris non conſtat, nocere non debet ipſi ad regreſſum & repetitionem expenſarum, quod litem proſequatur invito venditore; Econtra ſi manifeſtum eſſet rem petitoris eſſe, imputare ſibi debet, quod à lite non deſiſtat, Molinæus *tract.de eo quod intereſt.num.*155. Burgundus *dict.cap.*93.*n.*3. Unde eſt, quod ſi emptor in fine tantum litis auctorem ſuum laudaverit, & cum probabilem habeat cauſam litigandi, in lite ſe geſſerit, quemadmodum ipſe venditor feciſſet, ex æquo & bono non ſit denegandus regreſſus ad expenſas factas quoad de jure actoris conſtare cœpit. Molinæus *dict. tract. num.*152. Burgundus *d.c.*93.*n.*4. diverſum eſt, ſi jus petitoris compertum habuit vel habere potuit, meritò enim reponitur emptori dolo malo feciſſe, quod liti non ceſſerit, vel de juſtitia evincentis non inveſtigaverit ſedulò.

24 Si tamen ad finem denunciatus venditor compareat, & inſtrumenta vel teſtes exhibeat & cauſam inſtruat, æquum eſt, ut emptor expenſas retardatę litis inaniter à ſe factas repoſcat, cùm ejus culpa factæ ſint, qui ſuo tempore non denunciavit; Ideo ſi emptor non prius quam in cauſa appellationis venditori

ditori denunciaverit, meritò prioris inſtantię expenſas non repetit à venditore, qui unicâ ſententia contentus eſſe potuerat; Quod ſi tamen lis adeo dubia & perplexa fuerit, ut venditor ipſe appellaturus fuiſſet, hoc caſu ex æquo & bono ſuccurrendum eſſet emptori, Burgundus *dict. cap. 93. num.* 6. niſi forſan venditor in appellatione comparens cauſam novis allegationibus & probationibus inſtruat, ſed hæc omnia judicis arbitrio decernenda ſunt.

Cæterùm ſi emptor vel poſſeſſor tandem obtineat adverſario ab expenſis abſoluto, an is a venditore vel auctore ſuo expenſas in lite factas repetat? 25
dubium non eſt, ſi venditor vel auctor in contractu promiſit ſumptus, expenſas & omnia damna, quæ incurrit emptor ratione litis motæ vel movendæ, per textum expreſſum *in l. venditores. 102. ff. de verbor. oblig.* Sed dubitatur ubi de expreſſa promiſſione expenſarum non conſtat.

Pro negativa eſt gloſſa *in leg. 1. verb. ſumptu,* & *in* 26
leg. ſi ſtatus. 18. verb. non poſſe. Cod. de eviction. & *in l. cum teſtamento. verb. quaſi puram, in fine Cod. de teſtament. manumiſſ.* quia de evictione eo tantum caſu agi poteſt, quando ipſa res verè & actualiter eſt evicta per ſententiam definitivam, & ab eo abdicata, ergo dum emptor vel poſſeſſor obtinuit, & res non eſt evicta, non ſupereſt actio quâ tales expenſas conſequi poſſit. *dict. leg. ſi ſtatus.* ibi. *quod ſi fuiſſe ſervum ſententia declaravit, intelligis ad venditorem te reverti*

non

non poſſe. hæc verba de expenſis intelligenda ſunt, non autem de ſervo vendito, dubium enim eſſe non poterat de eo, qui evictus non erat; Sed & poſitâ deſtructione antecedentis obligationis ſequitur & deſtructio conſequentis. *c. acceſſorium.* 42. *de Reg. jur. in 6.* & ubi unum competit propter aliud, eo ceſſante removetur & illud. *l. petitor.* 30.*ff.de liberat.legata.*ubi ſi rei principalis legatum non valet, etiam propter ſumptus litis non valebit.

Imo emptor vel poſſeſſor dum vicit,vel recuperavit expenſas ab actore injuſtè litigante,ergo habet eas, nec ab auctore ſuo ſecundâ vice petere poteſt, vel ſi non recuperavit,quod in eas condemnatus non ſit propter imperitiam judicis, ea emptori, non auctori nocet. *l. ſi per imprudentiam.* 51.*ff.de eviction.* vel propter culpam emptoris quod eas non petierat,vel ineptis obmotionibus litem protelando cauſam compenſationi dederat, id negligentiæ & culpæ ſuæ emptor acceptum feret, vel propter juſtam litigandi cauſam quam actor habuit, quæ nec venditori obeſt, quia tales expenſæ non cenſentur factę culpâ ſeu facto venditoris, ſed ex nova cauſa ſuperveniente in perſona tertii,quæ caſui adſcribenda eſt; Accedit, cum actor condemnatus ſit,quod videatur egiſſe de facto & non de jure, ſi ergo de facto, non tenetur venditor.*l.ſtipulatio iſta habere.*38.*ff.de verb. oblig.*

Has Gloſſas ſequitur Baldus. *in l.ſi ſtatus.*18.*n.*1. *C. de eviction.* & in.*d.l.cum teſtamento.n.*4.Speculator.*tit. de empt. & vendit.* §.1.*n.*36.Treutlerus.*vol. 2.diſput.2.theſ.8.lit.d.*

Verio-

Veriorem ſententiam, quod expenſæ à venditore 27 nihilominus repeti poſſint, defendunt Bartolus *n.* 1. & Jaſon *n.*2.*in l. venditores.*102.*ff. de verb. obligat.* Abbas Panormitanus *in c.fin.extr.de empt. & vendit.* Gomeſius *reſolut.juris tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 47. Fachinæus *controverſ. lib.*2. *cap.* 39. Burgundus *de evict.cap.*94. & pro his eſt additio ad citatam gloſſ. contrariam *in l.ſi ſtatus.* 18. *verb. non poſſe. Cod. de evict.*tuentur ſe his rationibus, quod qui ad evictionem tenetur, ad duo æque principaliter obligatus ſit; (1.) evictâ re ad intereſſe *l.non dubitatur.* 6. *C. de evict. l. venditor hominis.* 8, *ff. eod.* (2.) ad defendendam litem *l. ſi plus.* 74. §. *motâ. ff. eodem.* ſuis ſumptibus.*l.ſuo victu.*18.*ff. de operis libert.* & ſi non defendat, teneatur ad id quod intereſt emptoris. *leg. cum quærebatur.* 13.*ff.judicatum ſolvi. l.ſtipulationes non dividuntur.*72.*verſ.celſus.ff.de verb.oblig.*

Hoc poſito facilè reſpondetur ad contraria, verum quidem eſſe, quod non teneatur venditor de 28 evictione quoad ipſam rem, donec illa verè & actualiter ſit abdicata ab emptore, tenetur tamen ex altera obligatione principali, quâ defendere debebat, ob emptorem non defenſum, qui tales expenſas non feciſſet defenſus à venditore; Unde corruit argumentum, quod de deſtructione conſequentis aſſertur, ſicut & *in leg. ſi petitor.* veniunt expenſę litis in conſequentiam legati, hic autem reſtitutio expenſarum non eſt acceſſoria evictionis, ſed obligationis ad defendendum, quæ durat etiam abſque illa; Hoc ipſum ad *cit. leg. ſi ſtatus.* reſponderi poteſt, quod Imperatores in ea ſolum determinave-

rint, emptorem ad venditorē reverti non poſſe quo ad ipſum ſervum qui evictus non erat, Sed explicat Fachinæus ante citatus, quod, cum olim cauſa ſtatus ad tertiam vicem uſque examinari ſoleret, Imperatores reſponderint, latâ ſententiâ ſtatim evictioni locum eſſe vel ceſſare eam, licet cauſa iterum examinari poſſit, & quod ea ſola ratio dubitandi fuerit, cum videbatur non prius agi poſſe, quam cauſa iterum cognita fuiſſet.

29 Et ſi emptor advocando vel procurando ipſemet cauſam egiſſet, poterit â venditore ſalarium exigere ceu lucrum ceſſans. *l. ſi commiſſa.* 13 *.ff. rem ratam haberi.* ut quia ob eam defenſionem cæteris clientum ſuorum patrociniis vacare non potuit, cęterum jacturam illam liquidò probare debet, nec ſatis eſt ſi dixerit eo tempore quo huic vacavit tantundem ſe potuiſſe lucrari, ſed exprimere & remonſtrare debet ipſas cauſas, quas propter hoc impedimentum vel agere neglexit vel recuſavit, quid enim ſi alienis negotiis rarò implicetur? vel implicetur quidem, ita tamen, ut ſuis quoque ſupereſſe poſſit? Burgundus *d. tract. cap.* 93 *. in fin.* Poſſet tamen rectius videri etiam quandocunque emptorem advocatum repetere à venditore id, quod alteri advocato dare debuiſſet, quamvis à lucro per id non ceſsârit, per ea quæ *cap.* 10 *. n.* 42. ex Alvaro Valaſco & aliis retuli, Diſſentire videtur Bartolus *. in l. quod ſi domi.* 28 *. num.* 1 *. ff. locati conducti.* tamen ita ſtatuit Speculator, *titul. de expenſis. §. poſtremo. n.* 8. modo fideliter cauſam egerit, ut de imperitia vel negligentia notari non queat, argumento, *l. utiq;*

16.

16. §. *culpa. ff. de rei vind.* idemque videtur Baldus ſentire ſi ſtipulatio interceſſerit, in additionibus ad Speculatorem. *d.tit.verſ.an emptor.* non obſtat. *l. ſtipulatus es opus. 44. ff. de fideiuſſ.* quia ſupponitur ibi non fuiſſe factam quod in ſtipulationę comprehenſum erat.

Ceſſat tamen repetitio expenſarum quando ipſa evictionis actio denegatur evictâ re, ut ſi emptor non petierit actorem in expenſas condemnari. *l. idque & 45. §. 1. ff. de act. empt.* vel ſi condemnatio ſumptuum ſequi debuiſſet nec ſecuta eſt, quia per errorem, malitiam vel imprudentiam judicis eſt omiſſa, debet enim appellare vel auctori denunciare ut appellet ſi videatur, nullum alias remedium habet quo eas conſequatur, quam ut congrediatur cum judice, qui ſumptuum nomine hoc caſu tenetur *l. ult. Cod. de pœn. jud. qui mal. judic.* de quo capite ſequenti, eo magis ſi conſtaret actorem in ſolam vexam emptoris litem inſtituiſſe per ea quæ dixi, *cap. 7. num. 25.* 30

CAPUT. XII.

Quando ii qui expenſas acceperunt, teneantur ad reſtitutionem earum.

SUMMARIA.

1. *Judex tenetur litigantib. ad refuſionē expenſarum &*

& intereſſe malè judicando.
2. *Etiam per imprudentiam.*
4. *Per ignorantiam juris.*
5. *Limitatur in Magiſtratu municipali.*
6. *Vel quando caſus controverſus eſt valde dubius.*
36. *Sive ordinarius ſit ſive delegatus.*
37. *Etiam arbiter.*
38.39. *Limitatur.*
40. *Quid in arbitratore?*
3. *Imprudentia lata dolo comparatur.*
7. *Judex contra communem judicans facit litem ſuam.*
8. *Limitatur.*
9. *Judex qui vult in caſu inter Doctores controverſo amico gratificari, non eſt in conſcientia tutus.*
10. *Judex tenetur parti ad expenſas & intereſſe eam iniuſtè gravando.*
12. *Admittendo exceptionem non admittendam.*
13. *Non audiendo partium probationes.*
14. *Non examinando teſtes productos.*
15. *Judex proferens ſententiam nullam, vel contra ius abſolvens ab inſtantia an teneatur parti.*
16. *Judex non condemnando victum in expenſas tenetur victori ad eas.*
17. *An etiam ad illas ad quas victori actio ſupereſt.*
18. *Committendo magis delinquitur quàm omittendo*
19. *Judex per imperitiam omittendo an gravius delinquat quàm committendo.*
20. *Judex motu proprio mittens acta ad referentes, ſi ij malè judicent, tenetur partibus ad intereſſe?*
21. *Etiam ſi partes in tranſmiſſionem conſenſiſſent.*

22. *Niſi*

22. *Niſi ita conſenſiſſent vel ſtatuto caveretur, ut ſententia feratur juxta conſilium.*
23. *Quid tempore moderno dicendum.*
24. *Judex remiſſam ſententiam mutare vel corrigere non poteſt.*
25. *Tenetur parti ſi in tranſmiſſione non fideliter egerit.*
26. *Judex qui litem ſuam fecit, & parti læſæ intereſſe ſolvit, an poſſit ab altera parte repetere? alii affirmant.*
27. *Negantium opinio verior eſt.*
28. *Reſtringitur.*
29. *Judex iniquè judicando tenetur parti læſæ, etſi illa non appellaſſet.*
30. *Vel deſeruiſſet interpoſitam appellationem.*
31. *An etiam ſi appellationi expreſsè renunciaſſet.*
33. *Tenetur, quamvis ſententia iniqua à ſuperiore confirmetur.*
32. *Renuncians appellationi non approbat ſententiã.*
34. *Appellatione pendente an poſſit judex à quo in Syndicatu conveniri.*
35. *Judex non tenetur ſi notarii vel pedelli circa eorum officia deliquerint.*
41. *Judex non tenetur parti ex condictione ad reſtituendam pecuniam, quam accepit, ut injuſtam ferat ſententiam.*
42. *Vel ut juſtam pro dante ferat ſententiam.*
43. *Judex tenetur parti ad reſtituendam pecuniam quam accepit, ut juſtam ferat ſententiam, vel juſtitiam celeriter adminiſtret.*
44. *Dans judici pecuniam ut juſtitiam celeriter adminiſtret, non amittit cauſam.*

45. *Judex vel aſſeſſor immoderatas ſportulas exigens tenetur ad reſtitutionem.*
46. *Fumivenditores quinam ſint, & an teneantur ad reſtitutionem accepti.*
47. *Notarius falſum ſcribens tenetur parti ad intereſſe, etiam ſi errore vel negligentia, vel ita ſcripſiſſet ut legi non poſſit.*
48. *Notarius occultando protocollum vel amittendo tenetur parti ad intereſſe.*
49. *Notarius tenetur reſtituere quidquid ultra ordinariam taxam extorſit.*
50. *Vel ſi acta ultra modum dilatavit.*
51. *Pedelli ſi falsò aſſerant ſe mandatum intimaſſe, aut minus rectè intimaverunt, tenentur ad intereſſe.*
52. *Pedelli an hodierno tempore teneantur in quadruplum ejus, quod ultra taxam partibus extorquent? negat Faber.*
53. *Affirmant alij.*
54. *Diſtinctio Zaſii.*
55. *Advocati tenentur clientibus, ſi ſub ſpe victoriæ extorquent ampla ſalaria, aut proponunt ſententiam dubiam tanquam juſtam.*
56. *Si colluſerint cum adverſario.*
57. *Si revelaverint ſecreta clientis.*
58. *Si dimittant clientes indefenſos in ſtatu periculoſo*
59. *Advocatus tenetur ad reſtitutionem ſalarii accepti, ſi reperiatur indoctus.*
60. *Si patrocinium non præſtitit.*
61. *Si per imprudentiam vel negligentiam cauſam amiſit.*

62. *Ad-*

62. *Advocatus an teneatur reſtituere ſalarium acceptum excedens centum aureos? affirmatur.*
63. *Negatur.*
64. *Maximè ſi juramentum acceſſerit.*
66. *Reſpondetur affirmantibus.*
65. *Juramentum an ſemper reguletur ſecundum naturam actus cui apponitur.*
67. *Advocatus paciſcens de quota litis, vel informans clientem negare verum, tenetur adverſario ad intereſſe.*
68. *Procurator falſus ſine mandato litigans tenetur adverſario ad intereſſe.*
69. *Et contra eum facienda eſt executio judicati.*
70. *Limitatur.*
71. *Procurator immiſcens ſe advocaturæ, ſi cauſam confundit, tenetur ad intereſſe.*
72. *Teſtis falſum deponens aut ſe ſubtrahens tenetur parti ad intereſſe.*
73. *Recipiens pecuniam ut veritatem deponat, tenetur eam reſtituere.*
74. *Niſi data eſſet ut veritatem pro producente deponat.*

JUdex quandoque ad reſtitutionem expenſarum tenetur, vel malè judicando, pecuniam acceptando, vel immoderatas ſportulas extorquendo. Et quidẽ cum malè judicat, non ſolum ad expenſas litis, ſed & ad intereſſe tenetur parti læſæ, ſive per ſordes ſive per inimicitiam, odiũ aut gratiam judicârit, ſive precibus inductus à juſtitiæ tramite deviaverit, injuſtam proferens ſententiam, *leg. filiusfamilias.* 15. a

 ff. de

ff. de judiciis. ibi, *judex tunc litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit, dolo autem videtur hoc facere, ſi evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, ut veram litis æſtimationem præſtare cogatur. c. 1. de ſent. & re judic. in 6.* ibi. *ſi quis autem judex Eccleſiaſticus ordinarius aut etiam delegatus famæ ſuæ prodigus, & proprii perſecutor honoris, contra conſcientiam & contra juſtitiam in gravamen partis alterius in judicio quidquam fecerit per gratiam, vel per ſordes, ab executione officii per annum noverit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, nihilominus condemnandus*, Gloſſa *in cap. ſacro. 48. verb. intereſſe. ext. de ſent. excomm.* ſive pecuniâ corruptus id fecerit, *l. fin. Cod. de pœn. jud. mal. jud.* ibi. *de eo qui pretio depravatus aut gratia perperam judica-*
2 *verit.* vel etiam per imprudentiam *l. fin.* & ibi gloſſ. *verb. per imprudentiam. ff. de var. extraord. cognit.* nec refert an cõmittendo vel omittendo damnum parti ingeſſerit, quamvis Bartolus *in l. non quidquid 40. §. judex. ff. de judiciis.* per verba illa *dolo malo.* de omittente per imprudentiam dubioſè ſcrupuletur, niſi eum de negligentia levi accipere malis, quæ excuſationem mereri poteſt, juxta Paridem de Puteo *de ſyndicatu verb. carcer. verſ. an ſi plures. n. 11.*
3 Zacchiam *de ſalario quæſt. 72. num. 28.* Imprudentia tamen lata vel negligentia ſupina dolo comparatur. *leg. quod nerva 32. ff. depoſiti. l. 1. ſub fin. ff. ſi menſor falſ. mod.* & conſiderabilis eſt textus *in leg. ſi quando. 19. in fine Cod. de teſtibus.* & *in leg. ſi quis in conſcribendo. 29. Cod. de pactis*, ibi. *ſcituri quod ſi negle-*

neglexerint, etiam litem ſuam facere intelligantur. Gloſſa *in cap. quoniam contra. verb. negligentiam. extra de probation.* Gloſſa *in cap. Dominus noſter. 2. XXIII. quaeſt. 2. verb. civitas.* idcirco dicit Abbas Panormitanus *in cap. cum cauſam. 37. num. 7. extra de teſtibus.* quod judex omittens examinare teſtem de cauſa ſcientię poſſit per partem lęſam conveniri ad intereſſe.

Etiam juris ignorantia judici imputatur, quod functioni ſe immiſcuerit, cui par non erat. *leg. imperitia.* 132 & ibi gloſſa *ff. de reg. jur.* Wameſius *conſil.* 161. quare Magiſtratus municipales, qui etiam in- 4
viti & recuſantes id officii munus obire tenentur, 5
in cauſis parvis & pecuniariis excuſantur, ſi per imperitiam malè judicant ſine dolo, Gloſſa *in l. 1. verb. novi juris. ff. quod quisque juris.* quod & ſtatuit Wurmſerus *obſerv. pract. tit. de judicib. obſ. 2.* hiſce verbis: tamen unum dicendum eſt, quod iſti judices, qui ſe non ingerunt, ſeu ex ſtipendio judices non ſunt, ſed coguntur inviti eſſe judices, ut fit hodie in civitatibus & villis, ubi cives & ruſtici coguntur eſſe judices, ſi per imperitiam & non dolo malè judicant, non dicuntur litem facere ſuam, nec parti tenentur ad intereſſe.

Tunc quoq; imperitia judici imputari non poteſt, 6
quando caſus controverſus eſt dubius, & ſuper eo Doctores inter ſe diſcrepant, ut de communi opinione non conſtet, ex iis alteram tenendo judex non facit litem ſuam. Abbas Panor. *in c. 1. n. 16. extra de conſtit.* ubi *n. 14.* plenius explicat, quid judici faciendum in caſu dubio & deciſione inter Dd. controverſa.

7 verſa. Aliàs contra communem judicans litem ſuam facere dicitur, & tenetur parti læſæ ad intereſſe, licet multi contrariam opinionem, quæ vera non eſt, ſecundum quam judex pronunciavit, jam ante ſecuti fuiſſent. Abbas Panormitanus *in c.* 1. *n.* 10. *extra de*
8 *ſent. & re judic.* Gailius *lib.* 1. *obſ.* 153. *num.* 5. Modò communis etiam veritati congrua ſit, quæ ſi eſſet evidenter falſa, & rationibus manifeſtis convinci
9 poſſet, judex ab ea diſcedendo non peccabit; confer huc ea quæ *cap.* 9. *ſect.* 3. *n.* 58. *& ſeq.* vide Menochium *de arb. jud. quæſt. caſu* 339. ubi *num.* 22. opinatur, quod, qui vult in caſu inter Doctores controverſo amico gratificari, non ſit tutus ſaltem in foro ſpirituali, ſiquidem non conſtaret judicem hunc adverſus animi dubietatem pronunciare, & exponere ſe periculo lędendi alterum, & quod ſecundum D. Thomam *I. II. qu.* 19. *art.* 5. conſcientia etiam erronea liget, vel ad ſui depoſitionem, vel ad faciendum id, quod illa ſuadet, quia etiam *in c. paſtoralis* 8. *extr. de fide inſtrum.* ſcriptum ſit, judicem non debere judicare ſecundum decretalem de qua meritò dubitat, an ſit juri conſentanea, & debere ſaltem judicem firmiter opinari, eſſe in caſu illo dubio taliter pronunciandum, facit *c. per tuas.* 35. *extr. de ſimonia.* quo ſancitum eſt, illum, qui opinatur Epiſcopum ſimoniacum eſſe, non debere ordines ab eo ſuſcipere, licet ex ſcrupuloſitate in difficultatem & opinionem talem collapſus ſit, niſi prius erroneam hanc opinionem deponat. Innocentius quidem *in cap. ne innitaris.* 5. *extra de conſtitut.* ait, poſſe aliquem ad libitum quam velit opinionem ſequi, etiam

iam propriam, quando magnus eſt opinionum conflictus, ſed eum intelligendum puto, quando ille arbitratur eſſe ſuam vel alteram opinionem veriorem.

Non ipſa ſententia ſolùm judicem reſtitutioni obnoxium facit, ſed etiam cum aliter litigantes injuſtè gravantur ab eo, ita ut damnum vel præjudicium inde habeant, veluti ſi malè inquirit abſque ſufficientibus indiciis & fama. Baldus *in rubric. num.* 1. *Cod. de pœn. jud. mal. jud.* Plotus *de in litem jur.* §. 30. *num.* 7. *l. ſeveriter.* 14. & ibi Gloſſa prima. *Cod. de excuſat. tut.* Si exceptionem admittit de jure non admittendam, Baldus *in dict. leg. ſi quis in* 12
conſcribendo. num. 1. ut quia admittit exceptionem fori declinatoriam, & ideo reum excipientem abſolvit ab obſervatione judicii contra jus, & ſe incompetentem pronunciat, tenetur in æſtimatione litis ſeu ad emendandum damnum illatum actori, quamvis enim remaneat actori jus agendi ſalvum, cum hæc abſolutio ſit ſententia interlocutoria, facit tamen judex litem ſuam, æquè ac definitivè pronunciaſſet, Scaccia *de ſentent. & re judic. gloſſ.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 49. Si juxta conſtitutionem *cap. quoniam contra* non facit conſcribi acta, Gloſſ. *ibid. verb. negligentiam. ext. de probat.*

Si non vult audire partium probationes, *l. argentarius.* 10. §. *cum autem. ff. de edendo.* & ibi Bald. *n.* 2. 13
Jaſon. *n.* 4. Baldus *in l. obſervare.* 4. §. *proficiſci. n.* 18. *ff. de offic. procon. & leg.* intellige de probationibus facti, quia ſi advocatos partium eorumq; allegationes juriũ rejiceret, quod non faciat litem ſuam, docuit

docuit Baldus.*d.n.*18.*in notis.lit.a.*& in *Margarita. vers. judex ſi non vult.* cum judex præſumatur ſcire jura, & ſi cauſa ſit clara inde non gravare partem; Arbitratur tamen Lanfrancus de Oriano. *in clem. ſæpe. n.* 28. *de verb. ſignif.* Baldus. *d. l.a.*quod licet cauſa ſit clara in judicijs ordinariis judex per hoc ſe reddat ſaltem aliqualiter ſuſpectum, ex cauſa, quod videatur judex non velle bene informari, quia vulgato, curia novit jura, uſque quoque fidendum non eſt, Cruſius.*ad ſtatuta Mindenſia.lib.*4.*tit.*2.*deciſ.*1. idcirco per Receſſum Imperii. *de anno.* 1654. *§.* zu Vermahliger. 96. admittuntur allegationes jurium modicæ & pertinentes, licet immodicæ & ad protelationem & confuſionem cauſæ tendentes ſub ar-
14 bitraria pœna vetentur; Si per judicem ſteterit, quo minus teſtes fuerint examinati quos recepit. *l. ſi qando.* 15. *in fine.* & ibi Gloſſa.*verb. jacturam. C. de teſtib.* Baldus. *in l.mancipia.* 5 *.n.*1.*Cod.de ſerv.fugit.* modo à producente debitè interpellatus fuerit, & conſtet quod propter hos teſtes non examinatos ſuccubuerit in cauſa. Paris de Puteo. *de ſyndicatu. verb.negligentia.verſ.infra.n.*20. Si juſtitiam facere negligat. *c.* 1. §. *judices.* 2. *feud.* 53. Gailius. *lib.* 1. *obſ.* 28. *num.* 7. Si facit executionem injurioſam Baldus.*in d.§.proficiſci.num.*21. ubi diſtinguens rem examinat.

15 Judex proferens ſententiam nullam non facere litem ſuam, habet Gloſſa.*in l.fin. verb. ſi judex litem. ff. de var. extraord. cogn.* & ibi Bartolus; Si tamen ab inſtantia contra jus abſolvit, llitem ſuam facere ſtatuit

ſtatuit Bartolus *d.l.ſi quis in conſcribendo.n.*7.Baldus *ibidem. n.* 7.rationem diverſitatis dat Bartolus.*in d. l.fin.*quod per ſententiam nullam nullum fiat prçjudicium parti,neque in jure neque in inſtantia, cum ex iiſdem actis alia ſententia dici poſſit, per abſolutionem autem fiat præjudicium quo ad inſtantiam; Advertendum tamen, tunc judicem non teneri, quando nullum fit præjudicium parti,Baldus.*d.n.*7. hinc ſecurè infertur, judicem, qui dedit ſententiam nullam, ſaltem teneri ad expenſas pro nova ſententia concipienda neceſſarias, ſcilicet eas quas litigantes propter hanc ſententiam nullam majores facere debuerunt, quam ſi valida & çqua pronunciata fuiſſet, nec ad plures, quia judex ſemper non ad totale intereſſe tenetur,ſed pro eâ parte in qua læſit, Bald. *ibidem.n.*8.Maximè litem ſuam facit judex ſi partem 16
victam ſine cauſa in expenſas condemnare prætermiſit. *l.properandum.* 13. *§. ſive autem alterutra. l. ſancimus.*15.*C.de judicijs.*Gloſſa.*in c.fin.verb.expenſis & damnis. ext.de reſcriptis.* Ut tamen hoc caſu judex ad refuſionem expenſarum compelli poſſit, neceſſe eſt,ut eæ petitæ fuerint, ſaltem implicitè juxta veriorem ſententiam, ſicut annotavi. *cap.* 8. *ſect.*4.*n.*37. Hoc ſaltem verum eſt,de expenſis quæ 17
judicis officio debentur,de illis verò, ad quas ſeparata actio competit ceu in conventionalibus eſt, diſcrepant, ſiquidem Jaſon. *in d. §. ſive autem alterutra. n.*28.Berlichius.*pract.concluſ.part.*1.*concl.*78.*n.* 57. volunt, quod judex ad eas non obligetur,quamvis victum in cauſa principali ad refuſionem earum non condemnaverit, quia victor eas viâ ordinarâ

conſe-

conſequi poſſit etiam latâ ſententiâ, niſi inde cauſatâ morâ victus tandem factus fuerit non ſolvendo, ut judex in ſubſidium teneatur. Contrarium ſtatuit Græyæus ad Gailium *lib. 1. obſ. 151. conſid. 2. n. 4.* quod judex etiam illas victori reſarcire debeat, ſi victum in eas non condemnaverit; Videtur judex eſſe in culpa lata, quod victor novam actionem pro expenſis intentare debeat, pro qua opinione eſt textus *in d. l. ſancimus.* ubi judex omittens contumacem condemnare in expenſas tenetur eas præſenti de proprio reſarcire, venire autem expenſas contumacię non ſolum officio judicis mercenario, ſed etiam jure actionis ſuperius demonſtravi *cap. 8. ſect. 6. n. 1.* videatur Pariſ. de Puteo *de ſyndicat. verb. lis ſua. verſ. an judex. n. 1.*

18 Hic nota, licet magis quis delinquere cenſeatur committendo quàm omittendo, Gloſſ. *in l. ſi mora 9. verb. ne facto ff. ſolut. matrim.* ut etiam minoribus non ſuccurratur in committendo. *l. auxilium. 37. §. in delictis. ff. de minorib.* quibus ſuccurritur in omittendo. *l. 2. Cod. ſi adverſ. delict.* Judex tamen per imprudentiam vel imperitiam malè judicans, & contra jus condemnans tenetur in quantum religioni judicantis videtur æquum, *l. fin. ff. de var. extraord. cogn. §. 1. inſt. de oblig. quæ ex q. delicto.* Si verò judex condemnationem expenſarum omittit quam facere debebat, in ſolidum & ad totale intereſſe expenſarum tenetur. *d. §. ſive aut. alterut. d. l. ſancimus.* unde dicit

19 Viv. *deciſ. 365. n. 3.* judicem gravius delinquere per imperitiâ omittendo quam co͞mittendo; Ratio aliqualis datur apud Bart. *ad d. l. fin. in not. ad verb. quæro* quod

quod negligens facere juſtitiam non videatur habere aliquam excuſationem, ſed ille qui malè judicavit per imperitiam, juſtitiam facere non denegaverit, licet per inſcitiam erraverit, ideo teſtem gravius delinquere qui veritatem omittit, quam qui falſitatem exprimit, voluit Vivius. *ibidem. num.6.* allegans Gloſſam quę ne vel verbo de teſte loquitur; Ego non video cur magis juſtitiam deneget is qui per imperitiam omiſit condemnare in expenſas, putans ob cauſam quę ſufficiens non eſt condonationem decerni oportere, præ eo, qui per imperitiam malè judicat verum debitorem abſolvendo.

Sed poſito quod judex acta ad juris peritos transmiſerit pro conſilio, vel ſententia concipienda, an eos ſecutus ex ſententia iniqua faciat litem ſuam & parti ad intereſſe teneatur? Hic attendendum, an judex motu proprio acta referentibus commiſerit, an verò partes conſenſerint in tranſmiſſionem, aut ſtatuto vel ordinatione ita diſponente tranſmiſſio fieri debuerit; Conſilium ſiquidem Doctoris à judice motu proprio electi non excuſat ſi injuſtum fuerit. Speculator. *tit. de requiſit. conſilij.* §. 1. *numer.* 13. Baldus. *in l.obſervare.*4. §. *proficiſci. num.* 25. *ff. de offic.proconſ.& leg.*& in. *l. mancipia.* 5. *nu.* 3. *Cod. de ſerv. fugit.* & ſi partes in tranſmiſſionem conſenſiſſent, aut Ordinatione judex neceſſitetur tranſmittere, nondum excuſari judicem injuſtam ferendo ſententiam facereque litem ſuam docet, Speculator. *d.n.* 13. Bartolus. *in l.ſi convenerit.* 26.*n.*3.*ff.de re judicata.* Jaſon. *ibid.n.* 19. Baldus 20 21

Baldus. *d. num.* 25. Niſi tamen injuſtitia non ſit
22 evidens, cum juſtam cauſam habeat judex ſequendo conſilium approbari Doctoris Jaſon. *d. num.* 19. vel niſi inter partes actum ſit, aut ſtatuto expreſsè mandetur, ut feratur ſententia juxta conſilium, Speculator, Bartolus, Baldus, Jaſon. *citatis locis*. tamen Bartolus videtur ſibi contrariari *in l.* 1. §. *ſi plures, in* 3. *quæſt. num.* 10. *ff. de exercit. act.* ubi per *l. titium. & mevium.* 47. *in princ. ff. de admin. tut.* putat, judicem per conſenſum partium aut ſtatutum, ut juxta conſilium pronuncietur non arctari, ut injuſtam proferat ſententiam, ſed nihilominus ex ea teneri, quia intelligatur de conſilio ſano & dato juxta arbitrium boni viri. Ad quid ergo facit conſenſus aut ſtatutum neceſſitans?

23 Interim cum hodiedum in Germania tranſmiſſionis uſus adeo inoleverit, ut etiam inrotulatione prævia acta in conſpectu partium quandoque conſignentur, eaque à conſultoribus remiſſa non reſignentur aliter, quam utroque litigatore præſente & agnoſcente ſigillum; eo ipſo dici poteſt tacitè actum, ut juxta conſilium pronuncietur, & judicem, ex tali ſententia quamvis iniqua ſit, non teneri, quaſi tacitè compromiſſum & conſultoribus judicandi munus per tranſmiſſionem delatum ſit. Inde etiam eſt, quod Sereniſſimus Elector Saxoniæ conſtituerit, non annullari ſententias prælectas & publicatas de conſilio Doctorum, quamvis omiſſo nomine judicis, coram quo cauſa ventilata eſt, non attento quidquid de ſententia conſultoris utrimque di-

diſputetur, & addit Rennemannus. *de tranſmiſſione actorum. cap.* 13. *theſ.* 26. quod hodierno tempore judex remiſſum reſponſum juriſprudentum emendare, corrigere mutare vel ei abrogare non poſſit ſine vitio nullitatis, quod nedum per appellationem infringi neceſſe ſit, ſequitur Hiltrop. *in ſcuto licita defenſionis. quæſt.* 3. *in opin.* 2. §. 7. eò magis tutus erit judex ne patti ex ſententia iniqua teneatur. 24

25 Non inde excuſabitur judex, ſi pro ſua informatione tantum conſilium requiſiiſſet, & illud ſecutus injuſtam evidenter dicat ſententiam, vel ſi in tranſmiſſione non ſe geſſerit fideliter dirigendo ad eum acta, quem ad certum modum ſentire aut alteri partium ſecretò addictum eſſe præноſcit, taceo de illo, qui per literas recommendatitias falſis perſuaſionibus ad ſenſum iniquum referentes ſeducit. An autem judex referatis actis, ſi ſententiam remiſſam evidenter injuſtam cognoſcat, eam tutò & ſine læſione conſcientiæ publicare poſſit, Theologis reſtat decidendum.

26 Quod ſi ergo judex iniquam tulerit ſententiam vel omiſerit condemnare in expenſas eum, quem condemnare debebat, & ex hoc quod litem fecerit ſuam conventus expenſas & litem ſolverit, an eas repetere poſſit à victo vel eo, in cujus favorem injuſtè pronunciavit? Affirmat Speculator. *tit. de expenſis.* §. *poſtremo. n.* 5. & ibi Baldus. *in notis. verſ. item judex qui non condemnat.* per. *l. miſſi opinatores.* 7. *Cod. de exact. tribut.* Negant, ècontra Baldus. *in d. l.*

Hh ſanci-

27 *ſancimus. n. 22. §. proficiſci. n.* 20. Jaſ. *in d. §. ſive aut. alterutra. n.* 35. Niconitius. *in c. quoniam contra.* 11. *part. 2. n.* 1080. *ext. de probat.* Paris de Puteo. *de ſyndic. verb. lis ſua. verſ. vide. n.* 5. & *verſ. an judex. num.* 1. Berlichius. *pract. concluſ. part.* 1. *concl.* 78. *n.* 65. Lauterbach. *diſput. de expenſis victoria. theſ.* 27. ut nec judici jus aliquod eas exigendi cedi poſſit, cum quo ad ipſum mera ſit pœna, argumento. *l. mancipia.* 5. *Cod. de ſervis fugit.* & Gloſſæ. *ibidem. verb. nec venditione.* quorum ſententia verior eſt, quia terminato judicio de expenſis nulla quæſtio ſupereſt, & in. *l. miſſi opinatores* datur regreſſus judici exequenti contra eos, qui vere ad certum jam obligati erant, ideo diſtinguitur in notis ad Bartol. in. *l. fin. ff. de var. extraord. cognit. verb. ſi judex.* inter judicem meræ executionis, qui ex negligentia exequendi litem ſuam fecit, ut in. *d. l. miſſi.* & judicem cognitionis, qui non condemnando victum liberavit eum ab expenſis, quas repetere non valeat;

28 Ergo ſi judex reſtituere debuit expenſas tales, quæ ſeparatâ actione peti poſſunt, velut contumaciales & ex ſtipulatione debitas, poterit illas repetere à victo, qui per omiſſionem liberatus non fuit ab iis remanente actione ſpeciali. Paris de Puteo *d. verſ. an judex. numer.* 1. diſſentit Jaſon. *d. numer.* 35. quia etiam contrarium opinatur ejus ſententiæ ex qua hæc reſultat, *ſupra n.* 17.

29 Sed an teneatur is contra quem judex iniquè judicavit à ſententia appellare, ut à judice malè judicante expenſas recipiat? quod ſecundum Felinum

linum. *in cap. ſignificaverunt. numer. 2. extra. de exceptionibus* videri poſſet, cum dicit, quod, ſi judex abſolviſſet victum expreſsè ab expenſis, oporteat victorem appellare, alias propter tranſitum in rem judicatam non poſſit ei ſuccurri; Sed ille intelligendus eſt, ut poſſit à judice ſuperiori ſententia reformari, & victus abſolutus condemnari, nec alias intermiſſa appellatio oberit, quin expenſæ à malè judicante repetantur, ſive cauſa fuerit non appellandi propter inopiam, ſive nulla, & ſolum quod appellare noluerit. Gloſſa. *in leg. 1. verb. novi juris. ff. quod quiſque juris* ibi Bartolus. *verſ. quæro an imputetur parti. numer. 9.* Baldus. *ibidem. numer. 10.* Jaſon. *ibidem. numer. 14. & ſequent.*

Abbas. *in c. ad hac. 6. num. 6. ext. de appellat.* Nerutius. *in repetit. rubr. ext. de appell. n. 39.* non enim videtur ita culpabilis, qui litis moleſtiam execratur. *l. item ſi res. 4. §. non tamen. ff. de alienat. jud. mut.* & poſito, quod culpabilis eſſet, judex per dolum vel quaſi commiſit ſaltem per ignorantiam committendo, & litigans fuit in culpa omittendo appellationem, quæ cum delicto judicis compenſari non debet, argumento Gloſſæ. *in l. 1. verb. quamvis. ff. de eo per quem factum erit. l. item ſi obſtetrix. 9. §. ult.* & ibi Gloſſ. *verb. tenebitur. ff. ad leg. aquil.* nec illa negligentia omittentis appellationē tollere poteſt delictum vel quaſi delictum judicis, ergo nec tollere remedium aut actionem adverſus eum proditam, nedum judex excipere poteſt, quod non appellando

conſenſerit in ſententiam juxta. *c. quod ad conſultationem.* 15.*ext.de ſent. & re iud.* quia ille conſenſus non eſt verus, ſed tantum interpretativus juris ad illum ſolum effectum, ut ſententia vires judicati obtineat; Nec objicere, quod intermiſsâ appellatione ſententia in judicatum iverit, quia illa exceptio inter partes valida eſt, non inter gravatum & judicem. Abbas. *in c. paſtoralis.* 28. §.*quia vero.n.*5.*ext. offic.jud.deleg.*

30 Ex iiſdem rationibus ſtatuunt Doctores præfati, quod nihilominus judex teneatur, licet appellatio
31 interpoſita ex curſu temporis deſerta eſſet; Poteſt tamen dubitari, an is, qui appellationi interpoſitæ expreſsè renunciat, ad huc regreſſum contra judicem à quo poſſit habere, videtur enim approbare
32 ſententiam per renunciationem. Sed cum etiam ille, qui non appellat quodammodo approbare videatur juris fictione, & renunciatio partes litigantes concernat non judicem; Idcirco Nerutius.*d.loco.n.* 41. tunc demum ſibi præjudicare renunciantem docuit, quando in renunciatione hanc cauſam exprimit, ſe ſententiam latam approbare. argumento, *c.ſcienti.*28.*de Reg.jur.in.6.* Quod ſi quis replicaret, approbationem non appellantis eſſe præſumptam ex interpretatione juris, approbationem verò renunciantis eſſe veram & expreſſam, ſeu conſenſu vero & expreſſo factam; Reſpondet Nerutius ultimum membrum eſſe falſum, cum eſſe poſſit, quod tædio litigandi affectus aut expenſis oneratus, vel potentiâ adverſarii territus renunciaverit appellationi, ne ſumptibus & laboribus gravioribus oneretur,

retur. *d. §. non tamen.* Unde malè infertur appellans renunciavit appellationi, ergo abſoluto & ſimplici conſenſu approbat ſententiam â qua.

33 Imò Doctores præfati & Abbas. *in rubr. de appellat. numer.* 14. dicunt, licet ſententia iniqua à ſuperiore confirmata eſſet, & ulterius provocare non liceat, quod judex adhuc tenecatur, quia judex â quo in ipſa ſua pronunciatione ſtatim deliquit, & fuit fundamentum & cauſa iniquitatis, quæ per ſuperioris imperitiam excuſari non poteſt. Certè miſerum eſt ſolatium gravato, qui hoc caſu conſultius faciet ulteriori ſumptui parcens acquieſcere, quia judex ſuperior vix revocabit ſuam ſententiam confirmatoriam, Limitat hæc Baldus in. *d. §. proficiſci. n.* 23. quando judex â quo ad appellationis inſtantiam fuiſſet citatus & ſententiam ſuam juſtificaſſet.

34 Hoc amplius addunt Bartolus in. *l. ſi minoris.* 25. *verſ. ſed ego diſputavi. num.* 4. *ff. de adminiſt. & peric. tut.* Bartolus. *in d. §. proficiſci. num.* 19. Crotus. *in repet. rubr. num.* 19. *ext. de appellat.* quod judex qui male judicavit, quamvis ab ejus ſententia appellatum ſit, poſſit adhuc pendente appellatione conveniri in ſyndicatu ſaltem ad ſumptus litis, licet non ad intereſſe totale, quos videre licet.

35 Non tenetur interim judex, ſi non ipſe ſed notarius vel pedelli ejus circa officia eorum deliquerint, argumento. §. *fin. inſt. de ſatiſdat. tutor.* Paris de Puteo. *de ſyndicatu. verb. negligentia. verſ. contra. n.* 9. qui de hac materia videri poteſt, maxime

quomodo formetur & concludatur libellus contra judicem qui litem ſuam fecit. *in verb. libellus.*

36 Non Ordinarius ſolum judex, ſed etiam delegatus ſi iniquè ſententiaverit, aut gravaverit, ad reſtitutionem gravato obſtrictus eſt, textus, *in c. 1. de ſent. & re jud. in. 6* Gloſſa. *in c. fin. verb. expenſis & damnis. ext. de reſcriptis.* quæ dicit, quod debeat coram judice ordinario delegante conveniri talis delegatus conditione ex *d. l. ſancimus.* interim delegans non tenetur de imperitia delegati, quia ſi teneretur non poſſet ad eum appellari, ita Baldus, *in rubr. n. 12. Cod. de pœn. jud. mal. jud.*

37 Tenetur etiam arbiter litemque ſuam facit malè judicando, Gloſſa. *in l. fin. verb. de ea re. ff. de var. extraord. cognit. l. ſi quis in conſcribendo. 29. in fin. Cod. de pactis.* & ibi Gloſſa, *verb. intelligantur.* quæ dicit, quod teneatur actione in factum ex quaſi maleficio. *§. 1. inſt. de oblig. quæ ex q. del.* Bartolus,
38 *ibid.* & in. *d. l. fin.* Niconitius. *d. loco. num.* 1090. Non obſtat. *auth. decernit. Cod. de recept. arbit.* pro ut ibi Gloſſa declarat, cum deliquerint partes compromittendo contra jus & legem, eo quod arbitrum juramento adſtrinxerint juſtè judicaturum, ut inde eis non teneatur, ſed ſolum Deum ultorem habeat, quem textum authenticæ mirabilem dicit Jaſon. *in l. non dubium. 5. num. 21. Cod. de legibus.* Niconitius. *dicto. loco. n.* 1097.

39 Modicam tamen læſionem non nocere arbitro docuit idem Niconitius, *n.* 1091. quaſi videatur ſuper hoc data poteſtas, vel ut Wameſius. *conſil.* 161. *num.* 3. dicit, levem culpam non præſtare arbitrum,

qua m-

quamvis ex ignorantia ſeu imperitia deſcendat; Modo doloſè non egerit, argumento. *l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi menſ. fals. mod. dix.* Gloſſæ. *in c. quia indicante.* 9. *verb. agrimenſoris. ext. de præſcript.* cum ſibi imputare debeant, qui imperitum ad controverſiam determinandam adhibuerunt, *d.* §. 1. aut niſi ad arbitrium ſe ingeſſiſſet arbiter, qui etiam de levi culpa tenetur *l. uxori.* 18. §. 1 *ff. ad leg. Cornel. de falſis.* argumento ſit depoſitarius qui de levi culpa non tenetur, niſi ſe ipſum depoſito obtulerit. *c. fin. ext. de depoſiti. l.* 1. *§. ſæpe. ff. eodem.* cenſetur enim promiſiſſe omnem diligentiam.

Arbitrator ex dolo & lata culpa ſolum tenetur, 49 cum ei ſatis ſit ad excuſationem ex æquo & bono judicaſſe, eſt enim velut pacis compoſitor & tranſactionis concinnator, in qua hoc naturale eſt, ut pro bono pacis conniventiâ quâdam velut ex conſenſu partium aliquid alterius juri detrahatur, maxime cum exacta juſtitia aut quid cujuſque verè ſit, vel non ſit, apertè & evidenter deprehendi nequit, vel ſicut Bartolus. *in l. fin. ff. de var. extraord. cognit.* dicit, eſt arbitrator velut proxeneta ad ſumptus ad componendas lites, argumento, *l. pomponius.* 13. *§. recepiſſe. ff. de recept. arbitr.* qui tenetur niſi ad dolum & latam culpam *l.* 2. *in fin. ff. de proxenetis.* Conſideratur autem dolus, ſi arbitrator immodicè læſit & in magna quantitate Baldus. *in l. fin. n.* 3. *Cod. de contrah. empt.* & in. *d. l. ſi quis in conſcribendo. n.* 10. Abbas. *in c. paſtoralis.* 28. §. *quia vero n.* 6. *ext. de offic. & pot. deleg.*

Hæc utcunque ſint de jure, experientia compertum eſt, quod læſus nunquam aut raro damni emendationem recipiat, Scaccia *de ſententia & re judicata. gloſſ. 4. quæſt. 1. n. 43.* qui *tract. de appellationib. quæſt. 19. remed. 4. num. 4. & ſeq.* atteſtatur, non ſervari in aliqua parte Italiæ nec in regno Franciæ, nec ſyndicari judicem de imperitia vel imprudentia, niſi de dolo & concuſſione, recens tamen præjudicium de anno 1669. adducit Brunnemann. *cent. 5. deciſ. 59.*

41 Viſo, quod judex propter dolum, culpam & negligentiam ad expenſas refundendas teneatur, reſtat annectere, quando pecuniam à litigante acceptam eum reſtituere oporteat; Et hoc quidem certum eſt, non dari litiganti repetitionem ejus, quod ad corrumpendum judicem datum eſt, ut injuſtam ferat ſententiam, ceſſat enim repetitio propter parem dantis & accipientis turpitudinem, *l. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & acceptum applicatur fiſco, *authent. nova jure. Cod. de pœn. jud. qui mal. jud.*

Hinc videri poſſet, quod illi, qui dedit judici, ut pro ſe in cauſa alioquin juſta judicaret, non ſit deneganda condictio dati, cum non ſit par turpitudo, & ex parte dantis crimen ſit tantum leve, procedens à zelo juſtitiæ, cui etiam favere videtur, *c. non ſanè. 15. XIV. quæſt. 5.* ubi ei condictio datur, qui juſtum judicium emit, & Gloſſa *ibidem verb. ille*, definit, quod dans judici, ut pro ſe ferat ſententiam in cauſa juſta animo corrumpendi, condictionem non habeat, dans tamen eodem caſu animo, ut jus & quietem ſibi conſervet, condictione non deſtituatur. Sed

Sed cum ſemper animus dantis inſpici nequeat, qui aliquo modo ſaltem ex præſumptione tendit ad judicis corruptionem, qui alioquin ſecundum ſuam conſcientiam & proprii judicii dictamen ex aliis forſan motivis contrarium foret pronunciaturus, contrarium communius ſtatuitur, Gloſſa ſatis clara *in cap. qui rectè 66. XI. quæſt. 3. verb. expectat.* Gloſſa *in l. 2. verb. ſed ſi dedi. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & unanimiter Doctores proximè citandi, *ad cit. can. non ſanè*. reſponderi poteſt, quod de eo ſit intelligendus, cui pecunia per vim judicis abacta eſt. 42

Si verò datum eſt judici, ut juſtitiam, quam celeriter adminiſtret, juſtamque indiſtinctè ferat ſententiam, quamvis de jure digeſtorum repetitio fuerit conceſſa, eam tamen de jure Codicis danti denegant, poſt dictam Gloſſam *in leg. 2. verſ. ſed ſi dedi.* Bartolus *in dict. leg. 2. num. 1.* & *in authent. d. novo jure. num. 3.* Baldus *in dict. leg. 2.* Boërius *deciſ. 153. num. 23.* per hoc fundamentum, quod per *l. 1. Cod. de pœn. jud. qui mal. jud.* amittat cauſam qui judici pecuniam dedit, ut judicet, ſic ex pœna illa concludendum ſit, quod turpiter egerit. 43

Verùm, etſi non ſit neceſſaria conſequentia, ut qui cauſæ diſpendium patitur repetere datam pecuniam nequeat, tamen penitius inſpectâ lege videmus eam diſponere de eo, qui ad corrumpendum judicem dedit, in verbis *amittat actionem is, qui diffidentiâ juſtæ ſententiæ in pecuniæ corruptelam ſpem negotii repoſuerit.* Jam non dicitur propriè corrumpere judicem, qui ſeclusâ recommendatione cauſæ 44

idcirco ſolum ei pecuniam dat, ut juſtitiam miniſtret, litemque ſecundum juſtitiæ tramites definiat, qui inde amiſſione cauſę multari non debet, ut ante citati male ſupponunt, in pœnalibus enim verba legis non debent extendi abſque ſufficienti ratione; Ideo veriorem habent ſententiam, qui hoc caſu dant locum repetitioni. Gloſſa *in dict. cap. qui rectè. verb. expectat.* Covarruvias *in cap. peccatum. part.* 2. §. 3. *num.* 1. *de regul. jur. in* 6. Jaſon *in dict. leg.* 2. *num.* 3. *verſ. tu tene contra eum.* Menochius *caſu* 343. *num.* 8. Treutlerus *volum.* 1. *diſp.* 22. *theſ.* 3. *lit. f.* Zoëſius *ff. tit. de condict. ob turp. cauſ. num.* 3. Scaccia *de commerciis & cambiis.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampl.* 19. *num.* 100. qui licet *num.* 107. videatur contrarium ſentire, tamen conſideratâ ratione ab ipſo adductâ loquitur de dante ut pro ſe juſta ſententia feratur, dum dicit, ſi liceret dare judici, quilibet cenſeret ſe juſtam habere cauſam, cum quiſque in propria cauſa ſit iniquus judex.

45 Si quid etiam judex vel aſſeſſor ſalarii aut ſportularum nomine immoderatum exegerit, ultra quam conſuetudo vel ratio permittit, id reſtituere cogitur Zacchias *de ſalario quæſt.* 56. *num.* 28. argumento *cap. ſtatutum.* 11. §. *ſi quid autem. de reſcriptis. in* 6. Novellæ *de judicibus.* 82. §. *nullo quoq;* & Gloſſæ *ibidem, verb. diſpoſita.* quæ dicit quod pœna quadrupli teneatur, Menochius *de arb. jud. quæſt. caſu* 514. *num.* 7.

46 Sunt qui judicibus ſe familiares eſſe mentiuntur, vel etiam dum tales reverà ſunt, ſimulato recommen-

mendationis officio eventum ſententiæ acceptâ pecuniâ vendunt litigatoribus, certum eſt eos graviter delinquere, tametſi judicem non corrupuerint, ac ne tentaverint quidem, quia etiam judicibus injuriam faciunt, quorum ſententiam venditant, ideoq; coërcendi, & olim fuſtibus caſtigati ſunt, *l. item apud* 15. §. *idem ait.* 30. *ff. de injuriis.* Hi apud veteres fumi venditores dicebantur, vide Duarenum *diſput. anniverſ. lib.* 1. *cap.* 25. *de fumorum venditoribus.* Menochium *de arbit. iud quæſt. caſ.* 344. *per tot.* qui hiſtoriam de Zotico & Thurino ſimili hominum fece referunt, aliaque exempla, quomodo in tales olim animadverſum ſit. Contra eos tamen nulla datur condictio danti ad repetendam pecuniam, cum & ille crimen non levius contrahat per intentionem corrumpendi judicem, de quo *in l. qui explicandi.* 10. *Cod. de accuſat.* ita reſcripſit Diocletianus, *qui explicandi negotii ſpem, cujus ſi. is in judicis poteſtate ac motu ſitus eſt, pollicetur, non minus ob illicitam ſponſionem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promiſſionis commercium contra diſciplinam publicam adſpirat,* quia ſi actor eſt, etiam litem perdit, cum ferè par ſit delictum juxta gloſſam *ibid.*

Notarius judicii falſum ſcribens præter expenſas tenetur parti læſæ in id quod intereſt, *l fin. C. de magiſt. conv.* quæ propter notarii dolum admittitur ad juram. in litem. Jaſon *in l. argentarius* 10. *§. cum aut. in fi.* & *in l.* 8. *n.* 2. *ff. de edendo.* Plot *de juram in lit. §.* 28. *n.* 3. & licet non doloſè falſum ſcripſerit, ſaltem ſi ſcripſerit erroneè, tenetur parti ad intereſſe Baldus *in leg. final. num.* 20. *Cod. de edendo.* veluti 47

ſi

ſi erravit in die vel teſtium nomine, vel ſi omiſeri
ex protocollo vel inſtrumento ſolemnitates ſub-
ſtantiales, vel ſi conſcribendo acta negligentiu
protocolla revidit, ut terminos quoſdam & exhibi-
tas materias omitteret, tenetur enim ad reſtitutio-
nem damni, quod partium altera inde patitur, Ber-
lichius *vol.1.concluſ.*8.*n.*40. quia etiam de imperi-
tia & negligentia tenetur, *d.l fin. Cod.de Magiſtrat*
conven. & ibi Bartolus *n.*1. Baldus *in rubr. num.*17
Cod. de pœn.jud. q malè jud. Ideo ſi adeo obſcur
vel vitioſè ſcripſerit, ut intelligi vel legi non poſſit
tenetur ipſe & hæredes ejus ad expenſas & intereſ-
ſe, Joannes Andreæ ad Speculatorem. *tit.de edit.in-*
*ſtrum.§.oſtenſo.num.*17.*verb. inſtrumentum.*. Jaſo
*in l. gallus.*29.*§.idem credendum.n.*25.*ff. de liber.&*
poſthum. Plotus *de juram.in litem.* §.28.*n.*4.hoc ta-
men intereſt, quod propter dolum notarii læſus ad-
mittatur ad juramentum in litem non propter cul-
pam, quia tunc oportet intereſſe plenè probari. Ja-
ſon *in l.*8.*n.*2.*ff.de edendo.*

48 Quin occultando protocollum, vel id lacerand
vel comburendo tenetur parti ad intereſſe, Plotu
*d.§.*28. *n.*5. quia notarius veritatem celans tenetu
adverſario ad intereſſe. Bald. *in l.fin. n.* 23. *Cod. de e-*
dendo. veluti ſi pars peteret tranſactionem vel actum
quendam judicialem, quem notarius denegaret do
losè dicendo, non eſſe eum ad acta receptum; ub
Baldus ſecutus Bartolum notabiliter diſtinguit, u-
trum notarius in totum ſupprimat protocollum ce
lando illud cuicunque vel comburendo, quod etian
crimine falſi teneatur, ſi autem alteri partium tan
tun

tum celet exhibens id aliis in publico, quod tunc ſolum ad intereſſe parti obnoxius ſit.

Quod commodè applicatur negligentibus & procraſtinantibus iis, qui actum, dum geritur, in privatam ſchedulam prius conjiciunt, & ad protocollum eum referre de die in diem differre ſolent, uſq; ſchedulâ tali amiſsâ res non ita vel difficulter redintegrari poſſit, tenentur enim ob negligentiam parti ad expenſas & intereſſe. *d. l. fin. Cod. de magiſtr. conv.* ſicut & ille, qui acta judicii negligenter cuſtodiens eorum partem amittit.

Tenetur etiam notarius reſtituere quidquid ultra quantitatem ſtatutis locorum taxatam aut rationabili conſuetudine obſervatam partibus extorſit. 49
Covarruvias *in c. peccatum. part. 2. §. 3. n. 2. de regul. jur. in 6.* qui ibidem carpit Innocentium quaſi in *c. quia pleriq́; n. 3. extr. immunit. Eccleſ.* falſo intellectu *c. non ſanè. XIV. quæſt. 5.* contrarium probare niſus fuerit; Idcirco in Concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part. 2. tit.* 34. *§.* 8. und nachdem ſich. mandatur, ut in fine actorum, quæ à judiciis inferioribus ad Cameram transferuntur, apponatur quantum pars appellans pro actis conſcribendis expenderit, ut ſi videatur immoderatè exactum eſſe, id quod metas excedit, reſtitui mandetur, quod ſuo tempore practicatum refert Schwanmannus *obſer. Cameral.* 178. *n.* 7.

Certè non excuſantur, qui non exigunt quidem pro folio quolibet actorum & copiarum ultra quam taxa permittit, lineas tamen requiſitas in qualibet pagina & ſyllabas in qualibet linea non ſcribunt, ſed 50

eas

eas variis verborum ſynonimis extenſas ſcribendo ita diſtendunt, ut dimidia pars vacua videatur, quos nec prava conſuetudo excuſpare poteſt, vide Zaſium *in §. tripli. num. 6. inſt. de action.* Habent variorum locorum ordinationes, quod viginti quinque lineę ad paginam, & duodecim circiter ſyllabæ ad lineam transferri debeant, cui qui non parent, etiam taxam ordinationibus iiſdem conceſſam exigere nequeunt, & ſi quid contrà extorſerunt, tenentur ad ejus reſtitutionem in ſyndicatu, Pariſ. de Puteo *de ſyndic. verb. nuncius. verſ. judex. n. 4.*

51 Executores ſeu pedelli & curſores, ſi mandatum vel citationem quandam, quam non intimarunt, ſe executos eſſe falſò referant munere corrupti, tenentur lege Cornelia de falſis, ſi vero ſuâ ſponte, actione in factum ad intereſſe, *l. qui nomine Prætoris. 25. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Lanfr. Zacchias *de ſalario quæſt. 79. n. 19.* Etiam ſi per imperitiam executionem citationis minus rectè faciant, tenentur ſuis ſumptibus abſque ullo partium damno eam reiterare & de novo exequi, Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part. 1. tit. 51. §. fin.* Ordinat. Civit. Oſnabrugenſis *part. 2. tit. 1. §.* zum fall die *citatio.* Gailius *l. 1. obſ. 54. n. 8.* Mynſingerus *cent. 6. obſ. 10. n. 11.* qui hoc ſæpius in Camera ſuo tempore judicatum teſtatur, nam & imperitia culpę adnumerari debet. *§. imperitia. Inſt. de leg. aquil. l. imperitia 132 ff. de reg. jur.*

52 Sed hic quæſtionis eſt, cum olim darentur iis ſalaria ſeu ſportulæ ſecundum quantitatem in libello

ex-

expreſſam,& ſtatutum eſſet, quod in quadruplum condemnarentur ejus, quod ultra licitam quantitatem partibus extorſiſſent,§.*quadrupli.* 25. *inſt. de action.* ex quo fiſcus haberet triplum & ſimplum is, qui damnum paſſus erat, *Novell.* 124. *cap.* 3. longis autem retro temporibus pedelli non quantitatem illam veterem,ſed certum quidpiam pro inſinuationis actu & itinere percipiant ex conſuetudine, an adhuc conſuetum ſalarium exigendo excedentes in pœnam illam condemnari debeant, ut quadruplum exceſſus reſtituant? Faber *in dict.* §. *quadrupli* eſt pro negativa, quia putat durum eſſe pœnas extendere, & legem pœnalem extra ſuum caſum trahere,*l.interpretatione.* 42.*ff. de pœnis.* quamvis extraordinariè judicis officio puniri debeant, cujus eſt illicitas exactiones coërcere, *leg. illicitas* 6. *ff. de offic. præſ.*

Sed contrarium ſtatuit Jaſon *in d.* §.*quadrupli. n.* 6. & ibi Sardus *in notis lit.a.* quod in ſalariis modernis & quę antiquitus exigebantur, eadem ſit ratio, idcirco idem de iis ſtatuendum ſit, cum grande ſit delictum in publicis officiis exercere quęſtum ex arbitrio proprio, & vix quidquam minus ferendum in republica, quàm furtū hoc manifeſtum. Sequitur Bachov.*d.*§.*quadrup.*& quantum adverto ex hac ratione,quod licet *in l.ult.C.de ſport.Nov.*8.*c.*6. *Nov.* 17.*cap.*3. *Novell.*124. *cap.*3. prohibeatur exceſſus ſportularum, referant ſe tamen illæ conſtitutiones ad alias, quibus iis certus modus definitus ſit, quæ cum non extent, debuerit ſtatuto,ordinatione, 53

vel

vel conſuetudine quantitas ſalarii declarari, & quod *l.omnes* 33 §.*executoribus.Cod.de Epiſc.& cler.* conſtitutionem particularem habeat, ut inde quaſi nihil
54 mutatum dici poſſit,ſed declaratum; Zaſius *d.§.quadrupli.num.*5. diſcordiam concordare voluit, ut Fabri ſententia locum habeat, quando alia pœna excedenti nuncio eſt ſtatuto expreſſa, quia derogetur generi per ſpeciem,*c. generi.*34. *de regul. jur. in* 6. Si verò ſpecialis alia pœna non ſit ſtatuto comprehenſa,maneat *§. quadrupli* in vigore, vide etiam Peckium *de jure ſiſtendi cap.*27. *num.*4. Unde videri poteſt, quod hęc pœna quadrupli in Camera Imperiali ceſſet, cum ibi propter extorſionem immoderatam & excedentem remotione ab officio, carcere, aliave pœna arbitraria puniantur nuncii & executores, Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ,*part.*1*.tit.*61. §. *penultim. & titul.* 69. *in princip.* Decretum Camerale *de Anno* 1653. 3. *Septembr.*

55 Advocati quandoque ſub certa promiſſione victoriæ clientibus ſuis ampla ſalaria & expenſas extorquent, quod ſi doloſè fecerint, & ſuccumbant in cauſa, datur clienti taliter decepto dati condictio, Bartolus *in lege* 7. *ff. mandati.* Felinus *in capit. tua nos. num.* 1. *extra de homicid.* Decius *in l. creditori* 5. *num.* 3. & Sichardus *ibidem num.* 6. *Cod. de pactis.* Græværus ad Gailium *lib.*1*.obſerv.*44. *n.* 11. ſicut & adhibitus conſultor ſi doloſe contra jus conſuluit, ex dolo ſuo tenetur parti læſę, Bartolus *in leg. idemq;* 10. *§. ſi quis ea ff. mandati.* facienti enim nequiſſimum conſilium ſuper ipſum devolvetur,

tur, Eccleſiaſt. *cap.* 27. Præſumitur autem dolus in eo, qui cauſam manifeſtè injuſtam defendere nititur, vel qui alteram ex opinionibus dubiis proponit clientulo ſuo veluti certam, affirmatque illam abſolutè fovere jus bonum, Fagnanus, *in c. ne innitaris.* 5. *n.* 382. *ext. de conſtit.* ubi videbis an etiam advocatus in caſibus dubiis ſecundum opinionem probabilem poſtulare poſſit.

Conceditur etiam repetitio contra advocatum 56 vel procuratorem, qui non fidele patrocinium præſtitit, forſan quod colluſerit cum parte adverſa, vel paſſus eſt ſe ab ea corrumpi in finem, ut adverſarius obtineat, tenetur enim ad reſtitutionem expenſarum, & intereſſe clienti ſuo. *l ſi procuratorem.* 8. *§. ſed & ſi per. ff. mandati.* & poteſt cliens adverſus eum in litem jurare propter dolum. Plotus *de in lit. jur. §.* 16. *n.* 5. Vel ſi advocatus revelavit adverſario ſecreta clientis ſui & inſtrumentorum tenorem, ex quo magnum præjudicium cauſatum eſt, hic enim ſalarium amittit, & quod accepit retradere tenetur cum omni damno & intereſſe, Speculator. *tit. de advocato.* §. *fin. n.* 18. Jaſon. *in rubr. n.* 2. *Cod. de procurat.* Zacchias. *de ſalario. quæſt.* 52. *n.* 138. Plotus. *d.* §. 16. *n.* 3. quin & infamiâ notatur, poteſtque puniri ut prævaricator. *l.* 1. §. *is qui depoſita.* & ibi Gothofredus. *in notis. lit. c. ff. ad leg. cornel. de falſ.* Bartolus. *ibidem.* quod & juris eſt ſi procurator cum adverſario domini ſui colluſerit & ſecreta communicaverit. *d l. ſi procuratorem.* §. *ſed & ſi per.* quem dominus etiam actione mandati deſuper convenire poteſt, Gloſſa *in rubr. Cod. de procurat.*

58 Quod ſi advocatus dimittit clientem ſuum indefenſum tempore ſubſtantiali in ſtatu cauſæ periculoſo, non exigit ſalarium, licet de eo conventum ſit, imo ad reſtitutionem cogitur accepti, Speculator. *tit. de ſalario.* §. 3. *numer.* 22. Baldus. *in. l. ædem.* 3. *numer.* 14. *Cod. locati.* Jacobus Gothofredus. *de ſalario. cap.* 6. §. 6. Zacchias. *d. quæſt.* 52. *n.* 131. Excuſatur tamen quando tempore deſertionis lis apparet injuſta, dummodo injuſtitia non apparuerit à principio, ut quia cliens prius negavit quod in progreſſu cauſę faſſus eſt, vel aliud quid emerſit, quod ab initio prævideri non poterat, Speculator Zacchias *dict. locis.*

59 Repetit etiam cliens ſalarium, quod initio proceſſus conventum advocato vel procuratori ſtatim ſolvit, ſi is poſtea reperiatur ignarus, indoctus & impar liti controverſæ, videtur enim ineſſe contractui tacita conditio, ſi doctus ſit, ut cauſam defendere queat, quę pro expreſſa habenda eſt, argumento *l. cum quid.* 3. *ff. ſi cert. petat.* ubi Bartolus. *numer.* 8. ſtatuit, quod ſi Abbas quidam dedit ex ſtudiis reverſo beneficium vel fructus annuos, ut eum in conſiliis adhiberet, poſſit detectâ ignorantiâ auferre beneficium & fructus datos, quia advocatus ſuſcipiens cauſam, & recipiens ſalarium pro docto ſe gerit & venditat, item cauſa finalis eſt propter quam movetur cliens ad dandum ſalarium, ut per eum in lite defendatur, quæ cum per advocatum adimpleri non poſſit, ſit locus repetitioni quaſi ceſſet cauſa finalis dationis, & quaſi non

60 ſecutâ causâ datorum Zacchias. *d. q.* 52. *n.* 141. Inde etiam condictio ſalarii ſoluti datur, ſi patrocinium omnino

mnino præſtitum non fuerit, & per advocatum ſteterit, quo minus ſuſceptam fidem adimpleat. *l. fin. C. de condict, ob cauſ. dat.* confer. *c. 3. ſect. 2. n. 55. & ſeq.* Sed & ſi advocatus vel procurator per imperitiam, imprudentiam, vel negligentiam cauſam alias bonam amiſit, tenetur clienti ſuo ad reſtitutionem ſalarii & intereſſe. *c. fin. ext. de injur. & damn. dat.* Speculator. *tit. de advo. §. fin. n. 17.* Abbas Panormitanus *in c. calumniam. n. 5. ext. de pœnis.* Felin. *in d. c. tua nos.* certè ſi procurator appellans negligit petere apoſtolos & acta & inde facit appellationem eſſe & decerni deſertam, tenetur parti ſuę ad intereſſe. Caſſadorus *de appellationib. dec. 5. n. 2.* etiam in foro conſcientię, arg. *c. 7. ext. de ætat. & qual. ordin.* Par. de Put. *de ſyndic. v. lis ſua. verſ. quæro. n. 3.* non tantum ad reſtitutionem ſalarii quod pro tempore negligentiæ percepit, ſed & quo diligenter patrocinatus eſt, etiamſi propter modicitatem ſalarii negligenter advocaſſet, Zacch. *d. q. 52. n. 130.* In hoc variant, an advocatus cui ſolutum eſt ſalariũ excedens centum aureos teneatur ad reſtitutionem exceſſus; Affirmat Zacchias. *d. q. 52. n. 93.* quod etiam teneatur in foro conſcientiæ, & ſi reſtituere nollet, debeat per judicem cogi, cùm indebitum acceperit, quia nulla poſſit ultra ſummam illam oriri obligatio naturalis; Imò Jacobus Gothofr. *de ſalar. cap. 7. §. 6.* adjicit, quod neque conventione juramento vallata obligatio naturalis oriatur, quin ultra ſummam legibus taxatam accipiens reſtitutioni obnoxius ſit; Sed non video quid impedimento ſit, cur ex promiſſione ultra ſumam memoratam propter conſenſum obligatio naturalis dari non debeat

Margin numbers: 61 (beside "ſeq. Sed & ſi advocatus…"), 62 (beside "ter advocaſſet…"), 63 (beside "ſummam legibus taxatam…").

 argu-

argumento, *l.* 1. *ff. de novat.* & ſolutione ultro factâ cliens a condictione indebiti non removeri, Guido Papæ. *decis.* 190. *n.*2. *& in fin.*cum naturaliter tantum debitum ſolutum condici nequeat. *l. naturaliter.* 13. *l. ſi quod.* 64. *ff. de condict. indeb.*Quia *l.* 1. §. *ſi cui.* 12. *ff. de var. extraord. cognit.* non ideo actionem denegat, quod illa promiſſio bonis moribus naturalibus aut bono publico ad publicam utilitatem directè & principaliter tendenti adverſetur; Sed privatorum utilitati & facilitati promittentium conſulens in favorem clientum, ne ii fallaciis advocatorum & timore litis circumveniantur ſummam
64 exceſſivam promittendo; Cur non accedente juramento efficax obligatio dabitur ex vi jurisjurandi? Guido Papæ. *d. decis.* 190. Trentacinquius. *variar. reſolut. lib.* 2. *de poſtulando. reſol.* 1. *n.*11. Ummius *diſput.* 2. *n.* 46. *circa med.* ne dicam ceſſabit condictio? Nunquid etiam pro utilitate mulierum conſtitutum eſt, dotes earum alienari non poſſe, quamvis ipſæ conſentiant, nec valere renunciationem hereditatis futuræ, ſervandum tamen erit juramentum, ſi mulieres juraverint non revocaturas ſe alienationem, *c. cum contingat.* 28. *ext. de jurejurando.* & valebit renunciatum quo filia accepta dote hæreditati paternæ cum juramento renunciat. *c.* 2. *de pactis. in.* 6.

65 Quidquid opponitur ex illo communi, quod juramentum reguletur ſecundum naturam actus cui apponitur per. *l. ſi. C. de non num. pecun.* non eſt perpetuum etiam de juri civili, videatur. *l. cum pater.* 77. *§. filius matrem.* 23. *ff. de leg.* 2. ubi valet actus cum

cum juramento omni meliori modo, qui alias ſine juramento invalidus erat, non obſtat *d. l. fin.* materia enim ſubjecta aliter ſuadet, cum ibi deficiat conſenſus, vide Everhardum. *in loc. legal. loc. 130. de vi juramenti.* Donatio ultra quingentos ſolidos invalida eſt, niſi actis inſinuata ſit, interim juxta veriorem ſententiam firmatur juramento Joannes Andreæ ad Speculatorem. *tit. de inſtrum. edit. §. porro. fol. 359. n. 7. verb. minus.* Antonius Corſetus. *in rubric. de jurejurando. n. 65.* qui refert, ita conſuluiſſe omnes Doctores Bononienſes, quia & illa non eſt adeo inimica juris, cum in minorem ſummam valeat, & quandoque ultra eam velut à Principe vel Principi facta.

Non diſceptabo, cum jam dudum. *d. §. ſi cui.* 66
extra uſum abierit de conſuetudine, & juxta communiorem ſententiam in cauſis arduis ſalarium ſummam 100. aureorum excedere poſſit, ſuperius *cap. 3. ſect. 2. n. 12. & ſeq.* nec contendam quo jure Gothofredus. *cit. loc.* canones eorumque authorem irrideat, hoc ſaltem ſcire cuperem, cur Gothofredus in cauſa infamiæ ultra ſummam legitimam exſolutum non repeti concedat, certè propter obligationem naturalem ex promiſſione natam, ergo eo ipſo fateri debet, non eſſe de naturâ & per ſe contra bonos mores vel principaliter contra utilitatem publicam promittere & ſolvere ultra 100. aureos, alias nec illo caſu licitum dici poſſet, quia ſaluti reipublicæ nihil magis decedit aliquem infamari quam bonos omnibus exui.

67 Tenetur advocatus vel procurator ad expenſas, damnum & intereſſe partis adverſæ, qui de quota litis cum cliente ſuo pactus eſt. Plotus. *de in litem jurando*. §. 16. *n.* 8. Vel qui docet clientem ſuum negare poſitiones veras, tenetur enim parti adverſæ ad expenſas factas in probatione poſitionum abnegatarum, & ad reſarciendum damnum cauſæ, ubi propter tales poſitiones cauſa fuit amiſſa. Abbas Panormitanus. *in c. paſtoralis*. 14. *n.* 8. *ext. de judicijs*. Felinus. *in c. tua nos*. 19. *ext. de homicidio*. Plotus. *d. tract*. §. 36. *n.* 3. Fagnanus. *in. c. olim. n.* 96. *ext. de litis conteſt*. Gloſſa. *in. c.* 1. *verb. ſtatuimus. verſ. ſcire tamen debes. de confeſſis. in* 6. ubi addit, ſolere advocatos clientibus dicere, ſi hoc confitearis perdidiſti cauſam, nec monere ſi negaveris perdes animam juxta. *c. Mathæus*. 23. *ext. de ſimonia*.

68 Procurator falſus qui aliquamdiu liti ſe immiſcuit, ſi mandatum & ratihabitionem non obtinet, ad omnes retro expenſas & intereſſe tenetur adverſario. Speculator, *poſt. tit. de expenſis. in addit. verſ. quod ſi proceſſus nullus*. Baldus. *in l.* 1. *n.* 2. *Cod. cred. evict. pign. non deb.* Plotus. *d. tract*. §. 16. *n.* 6. quem non juvat excuſatio, quod à principali ſuo formale mandatum obtinere non poſſit, & ad cauſam ſuſcipiendam privatim rogatus ſit, imputet ſibi, quod abſque ſufficienti mandato ſe immiſcuerit rei ad ſe non pertinenti; Poſſe interim dominum geſta ratificare tam ratione proceſſus quam ſententiæ in favorem falſi procuratoris communis eſt opinio, Jaſon. *in l. licet*. 24. *n.* 10. *C. de procurat*. Plotus. *d. n.* 6. per. *l. licet*. 56. *ff. de judicijs*, ubi Bartolus.

Hæc

Hæc notanter obſervent ii, qui citatorum nomine comparent litem negativè conteſtantur, ſe dominos litis efficiunt, etiam aliquam contradictionem ulteriorem exhibent, tandem ulterius agere detrectant, ex defectu mandati prętendentes actorem neceſſariò reum citaturum, ut procuratorem conſtituat. Certè illi in expenſas & intereſſe actori condemnabuntur, vel ſaltem ſuis expenſis principalem ſuum ad ratificandum cogi faciunt; Facit contra eos, *lex is qui ſe.* 25. *ff. de rei vindicat. l. ne ullam.* 13. §. 13. *ff. de hæred. petit.* ubi offerens ſe liti, licet rem non poſſideat, condemnandus eſt ac ſi poſſideret, quia per litis conteſtationem transfert procurator judicium in ſe, ut ipſe & non dominus poſt conteſtationem citari debeat, Abbas Panormitanus *in cap. ſæpe contingit.* 44. *num.* 2. *extra de appellationib.*

Imo contra procuratorem falſum, ſcilicet ſine 69
mandato ſe liti offerentem, facienda eſt executio ſententiæ contra eum latæ, Jaſon *in leg. ſi ſe non obtulit,* 4. *num.* 5. *ff. de re judicata,* quod tamen duobus
caſibus limitat, (1.) ſi procurator juſto errore pu- 70
taſſet ſe mandatum habere, quod etiam Bartolus jam ante approbat *in leg. de pupillo.* 5. §. *fin: ff. de op. nov. nunc.* textus eſt *in l. plautius.* 61. *verb. cum ſciret. ff. de procurat.* vel quando procurator juſto errore putabat ſe habere mandatum legitimum cum non eſſet, (2.) ſi adverſarius ſcivit offerentem ſe liti ultro & ex ſe agere nec haberę mandatum, quod tunc quoq; executio ſententię non ſit facienda contra eum per *d. l. is qui ſe, cum l. ſeq. ff. de rei vin. l. qui ſe liti.* 45. *ff. de hær. pet.*

71 Sunt etiam qui terminos ſuæ profeſſionis & capacitatis excedere, advocatum agere, non ſolum actiones intentare, libellum componere, ſed & in tota cauſa parrocinando quaſi perſeverare præſumunt, qui nec jura audierunt nec intelligunt quid ſit actio, in hoc ſibi blandientes, ſi quam materiam in alia & ſimili fere cauſa ab advocato conceptam utut applicare ſe poſſe au umenti, cum tamen ex levi circumſtantia aliud jus dici debeat, argumento *leg. ut reſponſum* 15. *Cod. de tranſactionibus.* & ni caute procedatur, vel cauſa alioquin juſta amitti vel ſaltem non ſine difficultate obtineri poſſit; Iſti clancularii ad omnes expenſas, damna & intereſſe tenentur clientibus ſuis, non ſolum ſi causâ cadant, ſed & ſi eam confundant, ut magno ſumptu reparari debeat, quod minimo ad finem deduci potuiſſet, ut quod ſe profeſſioni immiſcuerint, quam non intelligunt, *leg. ſi quis fundum.* 9. §. *celſus. ff. locati. leg. idem juris.* 8. *ff. ad leg. Aquil.* vide Scacciam *de commerciis, & cambiis* §. 7. *gloſſ.* 2. *num.* 98. Idcirco benè ſtatutum eſt Mindæ, *Statutorum lib.* 4. *art.* 20. ut procuratores non niſi adhibito conſilio advocati cauſas litigantium proponant vigore præſtiti ab eis juramenti.

Hoc nihil frequentius eſt, quam quod vulneratâ prius causâ tandem ad advocatos confugiant, non præmeditantes procuratorem ad omnem culpam etiam levem teneri, *leg. à procuratore.* 13. *Codic. mandati.*

Multa incommoda evitarentur, ſi ubique introduci

duci poſſet, quod in Camera Imperiali, Monaſterii & in aliis quibuſdam locis ſedulò obſervatur, ubi ſingulos libellos & materias ab advocato ſubſcriptas procuratores exhibent, nec aliter admittuntur.

Tenetur etiam procurator vel pedellus, qui extorquet fraudulenter pecuniam à cliente quaſi in uſum judicis vel aliorſum impendendam, quam tamen in ſuum uſum convertit, imo furtum eum committere oſtendit, Scaccia *de ſententia & re judicata gloſſ.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 5.

Teſtis doloſe falſum deponens, tenetur parti ad expenſas, damna & intereſſe, etiam interrogatus omittens dicere verum, hoc tamen caſu damna & expenſæ debito modo probari debent, illo verò læſus ad juramentum in litem admitti poteſt, Jaſon *in l. argentarius.* 10. §. *cum autem. n.* 5 *ff. de edendo.* Plotus *de in litem jurand.* §. 28. *num.* 3. & 6. Quod ſi teſtes ſe ſubtraxerint, ut non teſtificarentur, & idcirco producens causâ ceciderit, tenentur ad expenſas & intereſſe victo, ſi probetur eos ſciviſſe veritatem. Baldus *in d.* §. *cum autem. num.* 3. Plotus *a. num.* 6. de quo tamen Jaſon *dict. num.* 5. ex bono fundamento dubitat. 72

Si quid teſti ultra labores & expenſas datum eſt, ut veritatem deponat, id condictione ob turpem cauſam à producente repeti poteſt, Treutlerus *vol.* 1. *diſp.* 22. *theſ.* 3. *lit. f.* quia ex parte dantis nulla videtur turpitudo, Gloſſa *in c. qui recte XI. q.* 3. diverſum eſt ſi datum eſſet, ut pro ſe deponeret, argumento eorum, quæ hoc capite de judice pecuniam 73 74

acceptante explanata ſunt, Hunnius ad Treutlerum *dict. loco.* indiſtinctè conditionem denegat, cum & ipſe teſtem corrumpere intelligatur, qui ipſi dat aliquid, ut verum interponat teſtimonium, plura de teſte vide ſuperius *capite* 3. *ſectione* 2. *num.* 132. *& ſequent.*

Intermitto quæſtionem, an de damno & intereſſe refundendo, de quo hoc capite egi, debeatur intereſſe moræ, qui curioſus eſt conſultet Scacciam *de commerciis & cambiis.* §. 7. *gloſſ.* 2. *num.* 33. *& ſeq.* & videat an applicare poſſit.

CAPUT. XIII.

De juribus & prærogativis expenſarum.

SUMMARIA.

1. *Cauſa expenſarum ſummariè tractanda eſt.*
2. *Expenſarum probatio rigoroſa non exigitur.*
3. *Expenſæ probantur per quietantias actuariorum nunciorum & procuratorum.*
4. *Victus an citari debeat ad moderationem expenſarum?*
5. *Judex cavere debet, ne lites oriantur ſuper expenſis.*
6. *Acceſſiones acceſſionis non admittuntur.*
7. *Uſuræ debentur ab expenſis moderatis.*

8. Quod

8. *Quod ſi à moderatione appellatum & ſententia confirmata fuerit, à qua ſententia currant uſuræ.*
9. *Uſuræ propriè dictæ ſunt omni jure prohibitæ.*
10. *Intereſſe lucri ceſſantis an petere poſſit, qui non eſt ſolitus negotiari?*
11. *Victus an poſſit refundere expenſas in pecunia minuta?*
12. *Expenſæ litis in concurſu creditorum eodem iure gaudent, quo ſors ipſa.*
13. *Expenſæ ſubhaſtationis creditis omnibus præferuntur.*
14. *Salarium curatoris bonorum habet privilegium præferentiæ.*
15. *Etiam advocati bonorum.*
16. *Licet ab hærede cum beneficio inventarij adeunte conductus eſſet.*
17. *Salarium advocati vel procuratoris à debitore reſtans, an in concurſu habeat præferentiam? aliī affirmant.*
21. *Alii negant.*
22. *Declaratur.*
18. *Mutuans pecuniam ad reficiendam vel conſervandam rem præfertur aliis creditoribus.*
19. *Mutuans triticum pro ſemine, an præferatur locatori fundi.*
20. *Salarium advocati æquiparatur doti.*
23. *Procurator qui cauſam obtinuit præfertur aliis creditoribus in pecunia adiudicata pro ſalario.*
24. *Notarius habet jus retentionis actorum pro ſalario.*
25. 26. *Judex an habeat jus retentionis actorum & documentorum pro ſalario.*

25. 26.

25. 26. *Advocatus & procurator an habeant jus retentionis actorum pro ſalario.*
27. *Procuratores Camerales habent jus retentionis actorum & documentorum pro ſalario.*
28. *Retentio an detur omnibus qui litis expenſas fecerunt in rem alienam quam poſſident.*
29. *Maritus an habeat retentionem rerum dotalium pro expenſis litis in eis factis.*
30. *Apparitor an arreſtatum retinere poſſit pro alimentis.*
31. *Filiusfamilias non poteſt teſtari niſi de bonis quaſi caſtrenſibus.*
32. *Salaria & ſportulæ judicum annumerantur bonis quaſi caſtrenſibus.*
33. *Quid de ſalariis arbitrorum.*
34. *Salaria aſſeſſorum ſunt bona quaſi caſtrenſia.*
35. *Etiam ſalaria Notarii judicij.*
36. *Non verò notarii ſimplicis.*
37. *Salaria advocatorum ſunt bona quaſi caſtrenſia.*
38. *Salaria procuratorum & pedellorum bonis quaſi caſtrenſibus non poſſunt annumerari.*
39. *Excipe ſalaria procuratorum Rotæ Romanæ & Cameræ Imperialis.*
40. *Salarium proveniens ex officio, quod pater filio procuravit, an computetur in legitimam? diſtinguitur.*
41. *Alia diſtinctio, an emolumenta officii proveniant per ſe, an verò pro labore.*
42. *Salarium judicis, aſſeſſoris, Notarii & Advocati an veniat communicandum in ſocietate omnium bonorum? affirmant alii.*

43. *Alii*

43. *Alii negant.*
44. *Reſolvuntur contraria.*
45. *Declaratur.*
46. *Salarium judicis vel Advocati an pertineat ad lucra nuptialia, remiſſivè.*
47. *Fidejuſſor qui beneficio excuſſionis renunciavit ſi petat prius diſcuti principalem, an audiatur ſi expenſas ad id neceſſarias offerat?*
48 *Appellari non poteſt à condemnatione expenſarum in cauſa attentatorum. Et an à condemnatione expenſarum contumaciæ & retardatæ litis?*
49. *Expenſæ attentatorum & contumaciales refici debent antequam procedatur in cauſa, modò liquidæ ſint.*
50. *Reſtringitur ad perſonam attentantis.*
51. *Attentans vel contumax tenetur ad expenſas quamvis tranſactum eſſet inter partes.*
52. *Attentans gaudere poteſt beneficio. cap. Odoardu quoad expenſas, non quoad fructus.*
53. *Præſcriptio an locum habeat in expenſis & ſalariis.*

CUm hoc capite de litis expenſarum juribus & prærogativis quibuſdam dicere intendam, præmitto cauſam earum, quoties movetur, ſummariè tractandam & terminandam eſſe. Receſſus Imperii *de anno* 1600. §. Dieweil *in puncto expenſarum* 149. Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *part.* 3. *tit.* 59. unde condemnatione factâ ſaltem quoad judiciales ſeu proceſſales abſque longâ protelatione judicem taxando eas interloqui oportet, nec 1

2 nec earum rigoroſa ſed veriſimilis & quęvis poſſ bilis tantum exigitur probatio. Bichius *deciſ.* 53 *num.* 19. & *deciſ.* 73. *num.* 2. Carpzovius *in proceſſ*
3 *judic. tit.* 24. *art.* 3. *num.* 8. ſeu demonſtratio pe quietantias vel ſchedulas & confeſſiones actuario rum, nunciorum & procuratorum, ſemel niſi aud tò ſuper iis condemnato, ideò ex communi Impe rialis Cameræ decreto *de Anno* 1593. *die* 13. *De cembris* §. 4. victor ſine ponderoſis cauſis ad repli candum non admittitur, qui ob cauſam ad repli cam, & victus ad finaliter duplicandum admitt poteſt, Lauterbach. *diſputatione de expenſis victori theſ.* 34.

4 Nec ſemper eſt opus, ut victus ad expenſarun moderationem citetur, modò ob aliam cauſam ci tatus compareat, vel contumax emaneat, juxt Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ *parte* 3. *titul.* 59. §. 1. Ordinat. Monaſterienſem
5 *part.* 2. *tit.* 44. §. wir wollen auch. Cavebitqu judex circa expenſarum liquidationem, ſi eæ modi cę ſint, longam altercationem à partibus fieri, cun ejus officio incumbat rem ita temperare, ne ex lit lis oriatur, ac terminus cauſę unius, alterius exor dium fiat. *l. properandum.* 13. *Cod. de judiciis.* Quo circa in Ordinatione Monaſterienſi *part.* 2. *tit.* 44 utiliter providetur, quod referentes in perlection actorum materias & receſſus advocatorum & pro curatorum ſimul ponderare, & eventualem taxam actorum conficere debeant, quo citius cauſa ex penſarum earumq; moderatio dein terminari poſ ſit, ſed de his prolixius egi *cap.* 10.

A ta

A taxatis ſeu moderatis expenſis, ſi condemnatus eas illico victori non ſolvat, victor uſuras jure exigit; Quamvis enim acceſſiones acceſſionis de jure non admittantur, ſicut nec uſuræ fructuum quantumvis mala fide poſt litem conteſtatam perceptorum, *l. hæres furioſi.* 51. *§.* 1. *ff. de hæred. petit. leg. neque eorum fructuum.* 15. *ff. de uſuris.* nec actio privilegiata quoad ſortem intelligatur etiam privilegiata quoad pœnam, textus eſt ſingularis *in l. ſed ſi damnum.* 9. §. *ſive autem. verſ. ſed eſt quæſtionis ff. de peculio.* Vitalis de Cambanis. *tract. clauſularum inſtr. cap. clauſula & ſpecialiter. num.* 1. nihilo tamen minus expenſarum adjudicatarum uſuras præſtari æquum eſt ab eo tempore, quo earum taxatio eſt facta, ob moram à condemnato commiſſam, Faber *de erroribus pragmat. decade* 20. *err.* 1. *in fine.* & *in Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *def.* 75. *num.* 1. Bichius *deciſ.* 123. *num.* 7. Paponius *arreſt. lib.* 18. *titul.* 2. *in appendice. art.* 6. Ummius *diſputat.* 22. *num.* 40. cum ipſæ expenſæ poſt taxationem effectualiter ſolvi debuiſſent, ut nec oblatio earum ſufficiat, Pariſius *vol.* 4. *conſil.* 106. *num.* 3. Sint quantumvis expenſæ acceſſiones litis, non tamen rei in litem adductæ acceſſiſſe dici poſſunt, cum non ex ipſa re ſed è burſa victoris provenerint per calumniam vel temeritatem ſaltem condemnati cauſatæ, ſaltem non ſunt acceſſiones acceſſionis, ita nec in pœnam ſunt ſimpliciter, ſed ad redintegrationem patrimonii victoris per condemnati oppoſitionem diminuti.

6

7

Sed

8 Sed ubi à taxatione appellatum fuerit & reviſâ cauſâ non jure appellatum fuiſſe conſtiterit, licet ratio non ſit, cur injuſtè appellanti temeritas ſua prodeſſe, & victori obeſſe debeat, tamen non niſi à die deciſæ appellationis taxationisque confirmatę uſuras deberi, itaque ſuo tempore judicatum refert Faber. *dict. def.* 75. eo quod appellatio judicatum extinguat. *leg. furti.* 6. §. 1. *ff. de his qui notan. infam. l.* 1. §. *ult. ff. ad S. C. Turpil.* Niſi tamen per calumniam evidentem appellationis occaſio captata eſſet, ſiquidnm ea, quæ pœnam potius meretur, præmium habere nequeat.

Aſt mihi perſuaderi non patior, quod per temerariam appellationem condemnati victor interim in damno eſſe & uſuris carere debeat, per textus expreſſos *in leg. ult. ff. de re judicata. l. tutor.* 41. *in princip. ff. de uſuris.* & ibi Gothofred. *in notis lit. y. l.* 24. *ff. de appellat.* ubi condemnatus, qui per appellationem diu prolongaverat exſecutionem ſententiæ, tandem appellatione injuſtâ pronunciatâ etiam uſuras principalis pecunię medii temporis præſtare cogitur. Siquidem leges à Fabro citatæ & quidem *l. furti.* de pœnis & infamia diſponit, in quib. ſemper mitior fit interpretatio, ut deciſâ cauſâ appellationis tandem infamis habeatur, & altera ſtatuit de pœna deſiſtentis à condemnatione, quæ à noſtro caſu diſcrepat, nec appellatio judicatum propriè extinguit, ſed ſuſpendit, *l.* 11. *Cod. de reb. credit.* Si non magis placeat Fabrum explicare de ſententia confirmatoria expenſas appellationis compenſante, ut de juſta appellationis cauſa præſumi poſſit,

cum

cum juſta opponendi cauſa à mora excuſet Gylmannus *in ſymphorem. tom. 2. part. 2. voto. 22. num.* 59. nec prius quam mora commiſſa eſt uſurę currere poſſint; Procuratorem interim uſuras expenſarum nomine principalis ſui factarum etiam abſque morâ commiſsâ petere, dixi. *cap. 3. ſect. 2. n. 96.*

Dixi uſuras deberi, quo nomine intereſſe lucri ceſſantis vel emergentis damni puto, non propriè dictas, quæ jure Divino & Canonico prohibitæ ſunt, & ut illegitimæ peti nequeunt, unde Bichius ſupracitatus ita deberi dicit, ſi ob morâ victi non refundentis expenſas victor non potuerit extinguere proprium æs alienum debitum ſub uſuris, aut omiſerit certam occaſionem lucrandi; Alterum horum ſcil. lucri ceſſantis non admittit Gailius. *lib. 2. obſ. 6. num. 2.* & *de pignoribus. obſ. 17. num. 6.* per textum *l. ſi ſterilis. 21. §. cum per venditorem. ff. de act. empt.* niſi in mercatore ſolito negotiari per. *l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* Aliorum tamen opinio communior eſt argumento. *l. ſi unus. 67. §. 2. ff. pro ſocio.* vide P. Ludowicum Engels. *in manuali Parochorum. tit. de uſuris.* § *1. numer.* 4. Maſcardum. *de probat. concluſ.* 933. *numer.* 22. Felicium. *de ſocietate. cap.* 24. *numer.* 47. Non obſtat. *l. qui ſemiſſes. 13. §. 1. ff. de uſuris.* ubi quæſtio eſt, an mandatarius qui pecuniam domini apud ſe otioſam habuerat, debeat ex ea uſuras illi pręſtare, ſi dominus non ſolebat fœnerari? & deciditur, ſi contemplatione conſuetudinis domini reliquiſſet pecuniam otioſam, non debere quidpiam uſurarum nomine præſtare; Ibi procurator non erat in mora, nec 9

fuerat ipſi de uſuris mandatum, qui idcirco non eſt arguendus, quod in dubio ad conſuetudinem domini reſpexerat. Eadem enim ratio, quæ facit ut mercator æſtimare poſſit carentiam lucri, etiam in aliis militat, dummodo boni viri arbitrio æſtimetur, quamvis in non ſolito negotiari magis concludentem probationem lucri ceſſantis exigant, ſcilicet quod oſtendere debeat, ſe paratos habuiſſe venditores prædiorum, cenſuum & redditnum annuorum.

10 Poſtquam verò Doctores diverſimodè ſentiant de lucri ceſſantis probatione, ut apud Felicium. *d. cap.* 24. *n.* 36. *& ſeq.* videndum, ad evitandas tales altercationes & lites minuendas per legem Imperii in Receſſu Spirenſi. anno. 1600. §. ſo viel nun 152. & Conceptum Ordinationis Cameralis renovatæ, *part.* 3. *tit.* 60. §. 1. ſalubriter conſtitutum eſt, ut ex mutuo quolibet, 5. pro. 100. adjudicari debeant, quaſi pro lucro ceſſante, quod præſumatur. 5. pro. 100 lucrari poſſe in ſingulos annos, reſervatâ facultate creditori, quod ſi plus ſua intereſſe arbitretur, id ordinariâ probatione deducere poſſit.

11 Sed an victor taxatas expenſas in pecunia currente & minutiſſima, denariis & obulis à victo acceptare cogatur, poſito quod groſſam expenderit? affirmat Grævæus ad Gailium. *lib.* 1. *obſ.* 152. *numer.* 13. Ummius. *diſput.* 22. *numer.* 38. Molinæus. *de uſuris. quæſt.* 99. *num.* 748. qui refert, cum à tali ſententia victor appellaſſet ad ſenatum Regium Pariſienſem, eam in judicio ſuperiori confirma-

tam

tam eſſe; Non obſtat, ſi dicas minutiſſimam monetam non eſſe factam ad ſolvenda debita, ſed ſolum ad commutandum majores nummos vel ſupplendum quod excurrit, quando minutum aliquid addendum vel detrahendum eſt ſummæ, ſuppoſitum hoc verum non eſt, quia minutiſſima moneta quantumvis vilis ſit, publicè ad formam & definitionem publicam facta proba & vera eſt moneta. Quod ſi ſalaria judici, advocato notario in groſſa moneta de conſuetudine, vel ordinatione ſolvi debuerunt, tunc occurrente caſu ſententia hęc lenienda foret, ut victo ſimilem monetam reddere mandetur, Græværus. *ibidem.*

Quod ſi bona debitoris communis non exiſtentis ſolvendo in concurſu creditorum ad diſquiſitionem trahantur, & de privilegio præferentiæ inter eos lis emergat, eodem quo ſors principalis cujuſque creditoris gaudet loco, etiam expenſæ in litem antehac factæ & adjudicatæ fruuntur, ſunt enim eæ licet poſtea factę hoc reſpectu quaſi ſortis acceſſoriæ, ut de illis quantum ad condemnationem & executionem idem cenſendum ſit, quod de ſorte principali, Poſtius, *de ſubhaſtione. inſpect.* 41. *numer.* 20. ſicut in ſimili etiam uſuræ ſunt acceſſorię ad ſortem principalem, eodemque cum ſorte privilegio gaudent. *l. lucius titius.* 18. *ff. qui pot. in pignor.* 12

Expenſę autem ſubhaſtationis, taxationis, alięque ad litem in concurſu, à ſubhaſtante ſeu diſcutiente neceſſariò factę, creditis omnibus præferuntur. *l. cum apud veteres.* 10. *Cod. de bon. auth. jud. poſſ.* 13

 l. quod.

l. quod privilegium. 8. *ff. depoſiti.* Poſtius. *d. inſpect.* 41. *numer.* 1. Richter. *de privilegijs creditorum. cap.* 2. *memb.* 2. *numer.* 1. & 6. Brunneman. *cent.* 5. *decis.* 12. *numer.* 4. & ita quotidie ſervatur, modo legitimè erogatæ fuerint, ſunt enim omnium creditorum gratiâ factæ; Eæ verò his annumerandæ ſunt tantum, quæ cauſam omnium reſpiciunt, uti proclamationum, ſportularum, ſubhaſtationum, venditionum, non illæ, quas ſubhaſtans pro jure ſuo privato contra alios, creditores tuendo forſan erogavit, nam ſi temerè ſe concreditoribus oppoſuit, id facilitati ſuæ adſcribet, ſi verò injuriâ ab iis aggreſſus fuerit, eas ab opponentibus conſequitur, Poſtius. *d. inſpect.* 41. *numer.* 10. Cruſius. *ad ſtatuta. Mindenſia. lib.* 1. *tit.* 10. *decis.* 2. ubi addit quod peti & adjudicari debeant, quamvis in ſententia prioritatis omiſſæ
14 fuiſſent. Ideo & ſalario curatoris bonorum idem privilegium præferentiæ attribuitur, Richter. *d. memb.* 2. *numer.* 8. Carpzovius. *definit. forens. conſt.*
15 28. *def.* 36. Cruſius. *cit. decis.* 2. cujus nomine etiam advocatum debitoris loco creditoribus reſpondentem intelligit Brunneman. *ad l.* 2. *ff. de curat. bon. dand.* Et advocato & procuratori hæreditatis cujuſdam, qui eam à calumnioſis moleſtiis prætenſorum creditorum liberarunt præferentia conceditur
16 in ſalario, licet ab hærede adeunte cum beneficio legis & inventarii conducti eſſent, Lanfrancus Zacchias. *decis.* 82. *numer.* 7. *poſt. tract. de ſalario.* horum enim labor creditorum omnium gratiâ factus eſt, & ſalvam fecit conditionem hæreditatis; Quibus non obſtat, quod ab hærede conducti ſint, eumque

actione

actione perſonali obligatum habeant, cum & ipſe tales expenſas ex hęreditate prius detrahere poſſit ante omnes creditores, æquè ac alias pro confectione inventarii factas, vide. *cap.* 11. *num.* 15. *& ſeq.*

17 An autem advocati & procuratores in ſalariis à communi debitore ſibi reſtantibus in concurſu prærogativâ quadam gaudere, & aliis creditoribus anteferri poſſint, non eſt una omnium opinio, ſiquidem Gaitus. *de credito. cap.* 4. *quæſt.* 11. *numer.* 1566. *& num.* 2015. Salgado. *in labyrintho creditorum, part.* 3. *cap.* 9. *numer.* 18. Beuther. *de prælat. credit. lib.* 1. *cap.* 28. eis jus tacitæ hypothecæ & prælationem præ aliis creditoribus addicunt, in bonis tamen, quæ illorum operâ ante hac conſervata, & à litibus exonerata ſunt, non itidem in aliis; Sicut enim 18
mutuans pecuniam ad reficiendam aut conſervandam rem, domum reſarciendam, aut armandam navem, pręfertur creditoribus etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, & eadem cauſa eſt ejus, qui in cibaria nautarum, ſine quibus navis ſalva ad portum pervenire non potuit, vel pro ſolvendo naulo, aut penſione vecturæ dictarum rerum, vel pro locagio horrei, aut loci, in quo res conſervata eſt, expendit. *l. interdum.* 5. *cum ll. ſequent.* & ibi Gloſſa & Bartolus. *ff. qui pot. in pign. hab.* per rationem ibidem expreſſam, quod talis expenſa ſalvam faciat totam priorum creditorum pignoris cauſam, ut etiam hanc prelationem extendat Mantica. *de* 19
tacitis & ambig. convent. lib. 11. *tit.* 23. *numer.* 11. ad mutuantem triticum pro ſemine agri, quod is

locatori fundi, cui fructus pro locagio obligati ſunt prę feratur.

Hinc idem in advocatis & procuratoribus eſſe dicunt, cum rem litigioſam ex litibus recuperarunt & liberarunt, quod eorum patrocinia labores & ſervitia ſint rebus adeo annexa & cohærentia, ut tanto minus in illis adeſſe videatur, quantum pro ſalario & mercede eorum ſolvendum eſt, & tanto res meliorata ſit, ob recuperationem de calumnioſis litigantium moleſtiis, & ſalvam factam anteriorum creditorum pignoris cauſam, ut tales expenſæ neceſſariæ & rei ineſſe dicantur, & ſi factæ ſint ab hærede pro tuitione hæreditariarum rerum, detrahantur de hæreditate, Peregrinus, *de fidei-comm. art.* 50. *numer.* 11. Garſia. *de expenſis. & melior at. cap.* 6. *numer.* 19. Gaitus. *d. quæſt.* 11. *numer.*
20 1571. quia & ſalaria & honoraria advocatorum doti æquiparantur, & æque privilegiata ſunt ac dos ipſa, Bartolus, *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Gaitus. *d. quæſt.* 11. *num.* 1567. ideo, quod advocati ſummam præſtant utilitatem reipublicæ, & non minus provident humano generi, quam ſi præliis ac vulneribus patriam parenteſque ſalvarent, *l. advocati.* 14. *C. de advoc. diverſ. jud.*

21 Sed his non attentis in contrariam ivere ſententiam Koppen. *decis.* 28. *n.* 14. Hartmannus Piſtoris. *part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 12. Carpzovius. *definit. forens. part.* 1. *conſt.* 28. *def.* 30 Berlichius. *pract. concluſ. part.* 1. *concluſ.* 64. *numer.* 76. moti, quod de his in jure ſpecialiter nihil cautum ſit, idcirco legem extendere in damnum & præjudicium tertii grave

ſo-

foret, & quamvis advocati Reipublicæ maximè ſint neceſſarii & utiles, ex eo tamen ad privilegium prioritatis, quod jura quibuſdam creditoribus ſpecialiter tribuunt, nihil inferatur, argumento *l. pro debito 6. Cod. de bon. auth. jud. poſſid.* Nec obſtat, ſi forſan à curatore bonorum argumentum ſumeretur, is enim cauſa principalis exiſtit, ut res ſalva ſit, remque omnium creditorum in concurſu agit, ſic ab omnibus ſalariari debet, argumento *leg. 4. §. 1. ff. fin. regund.* advocatus verò & procurator cauſa tantum ſunt accidentalis, ut qui cauſam aliàs bonam & juſtam ratione officii publici ante hac defenderunt & obtinuerunt; Hos tamen chyrographariis ſaltem præferri, & judicando antelatos eſſe recenſet, Richter. *de privil. credit. c. 5. n. 36.*

Priorum fundamenta non videntur adeo contemni poſſe, ut non aliquando admittantur, veluti 22
ſi cauſa gravis fuerit, quæ abſque ſingulari labore advocati vexis adverſariorum ſubtrahi non potuit, quod enim advocato cunctorum bonorum conceditur, idipſum ad advocatum rei particularis reſpectu ejuſdem applicari poteſt, per regulam *in leg quæ de tota. 76. ff. de rei vindicat.* quod juris eſt de toto quoad totum, idem juris eſt & eſſe debet de parte quoad partem, niſi ſpeciali locorum conſuetudine vel ſtatuto aliud obſervaretur, prout Berlichius *cit. loc.* Ordinationem Saxonicam allegat, Interim judici diligenter inveſtigandum eſſet, ne ambages advocatorum & ſuperflua, ſed ea ſolum ad prærogativā admitterentur, ſine quib. res creditoris

 ullo

23 ullo modo defendi non potuit & manuteneri. Facit. Quod ſi procurator, qui cauſam obtinuit ex pecunia principali ſuo adjudicata, ſolutionem ſalarii ſui exigat, aliis creditoribus in ea præferatur, Gothofredus. *de ſalario cap.* 13: *thes.* 8. cum & jus retentionis in ea habeat, Gothofredus. *de ſalario cap.* 13 .*theſ.* 19 licet circa hoc ſint qui diſſentiant.

24 Notarius quidem habet jus retentionis actorum à ſe conſcriptorum pro ſalario ſuo. Gloſſa. *in l. ſi non ſortem.* 26. *§. ſi centum.* 4. *verb.retinebitur. ff. de condict. indeb.* & ibi Bartolus.*numer.* 3. Baldus, Jaſon. Boërius.*decis.* 15 .*numer.* 2. Molignatus.*de retentione. quæſt.* 7. & 9. competens non tantum ſibi, & ejus hæredibus, ſed & ſingulari ſucceſſori, puta ei cui notarius creditum hoc legavit, Surdus.
25 *lib.* 1. *decis.* 50. *per tot.* quamvis idem non ſit in judice, advocato & procuratore Capicius. *decis.* 11. *numer.* 1. Boërius. *d.decis.* 15 .*numer.* 3. Molignatus. *de retentione. quæſt.* 169. cum acta & inſtrumenta judici & advocato pignoris loco non dentur, ſed ut ex iis ſe informent, judex ſententiam dicat, advocatus partis adverſæ jura elidat, ſuæ corroboret, procurator ut ea judici exhibeat Faber. *ad Cod. lib.* 4. *tit.* 2. *def.* 2. *numer.* 1. nec procuratori ſubvenire poteſt textus. *in l. quæ omnia.* 25. *in fine. ff. de procurat.* qui de ſumptibus in litem factis intelligendus eſt non de ſalario, juxta. *leg. actoris.* 30. *l. qui proprio.* 46. *§. litis impendia. ff. eodem.* Bartolus. *ibidem.* Speculator. *tit. de actore. numer.* 56. *verſ. ſeptimo.* Boërius. *d. n.* 3. Faber. *ad. Cod. lib.* 2. *tit.* 8. *def.* 22. *n.* 1. Molignatus de retentione. *quæſt.* 75.

Et

Et eadem ratio eſt, quod Notario vel ſcriptori, cui liber vel membranæ datæ ſunt ad deſcribendum in iis quædam originalia, retentionem concedant membranarum & libri, in quo originalia deſcripſit, detentionem verò originalium denegent, quia ideo non ſunt originalia tradita, ut ea notarius retineat & pignori habeat, ſed ut deſcribat, nec quidquam in eis impenſum eſt, nec ullus labor in eis factus, ſicut in libro vel membranis traditis. Surdus *dict. deciſione* 50.

Contra hos concedunt omnibus indiſtinctè hoc 26
jus retentionis inſtrumentorum, ſcripturarum, actorum litis, proceſſus tam judici quam conſultori, advocato & procuratori, quouſque eis ſportulæ & ſalaria debita exſolvantur, ut tamen modus aliquis hac in re ſervetur, Gothofredus *de ſalario. cap.* 13. *theſ.* 17. Gailius *lib.* 2. *obſerv.* 12. *num.* 5. Simon von Leeven *in cenſura forenſi lib.* 4. *cap.* 37. *num.* 11. Rationem dant, quod etſi res pro alia regulariter retineri non poſſit, attamen ubi res ad aliquem ſine vitio venit, & ſubeſt cauſa rei detinendæ cohærens, tum retineri poſſit per textum *in l. colonus* 12. *ff. de vi & vi armata* & Gloſſam *ibidem verb. juſtam.* per textum *in l. qui injuriæ.* 53. §. *fin. ff. de furtis.* ſic jura concedant rei retentionem tantiſper, donec ſolvantur melioramenta in rem utiliter facta. *l. ſi in area.* 33. *ff. de condict. indeb. l.* 14. *ff. de dol. except. dict. l. ſi non ſortem.* 26. §. *ſi centum.* 4. *ff. de condict. indeb. leg. ſi neceſſarias* 8. *ff. de pignorat. act. l. quod dicitur.* 5. *ff. de imp. in res dot. fact.* ideo ad-

dicunt ſartori retentionem veſtis, & fabro retentionem equi curati, quouſque merces & impenſæ ſolvantur, Baldus *in leg. ult. n. 1. & 2. Cod. commodati.* Jaſon. *in d. §. ſi centum. n.* 10.

27 De jure Cameræ res deciſa eſt, ſiquidem patet ex Concepto Ordinationis Cameralis renovatæ *part. 1. tit.* 60. §. *ult.* à viſitatoribus Cameræ eſſe Domino Judici & Aſſeſſoribus nomine Sacræ Cæſareæ Majeſtatis injunctum providere, ne ſub tegumine retentionis iniqua ſalaria procuratores extorqueant, ſed ut præſtatione moderatę mercedis iis eorumve hæredibus factâ litigantes partes actorum ſuorum compotes fieri poſſint, & ex deciſione Rotali 81. *num.* 4. *poſt tract. de ſalario* Lanfranci Zacchiæ, poſſe procuratorem inſtrumenta, quæ ei dominus dediſſet pro inſtructione cauſę retinere propter ſumptus quos fecit, etiam pro ſalario ſuo, nec obeſſe ipſi oblationem ejus à Domino factam, cum regulariter non ſufficiant verba ubi facto opus eſt.

28 Sed quid cæteri, qui jus habent repetendi litis expenſas in rem alienam factas, quam poſſident, de quibus *capite* 11. actum, an & illi jure retentionis gaudeant, quouſque illis refundantur expenſæ? breviter dicam, puto ordinariè locum eſſe retentioni, velut ſocio in re communi, uſufructuario in re, in qua uſumfructum habet, vaſallo in re feudali reverſo feudo, uti *dicto capite* 11. *num.* 10. dictum, hæredi in re hæreditaria fideicommiſſo onerata, poſſeſſori majoratus, patri in bonis adventitiis filii, matri

tri in rebus prolium lite defenſis, argumento §. *ex diverſo.* 31. *verſ. certè illę. inſtit. de rerum diviſ. d. leg. quæ omnia* 25. *in fine ff. de procurat.* & eorum quæ modò *n.*26. retuli.

De marito dubitari poteſt, an retentionem habeat pro expenſis litis in bonis uxoris dotalibus factis? ſiquidem Garſia *de expenſis & meliorationi. capite* 6. *numero* 19. ſtatuit, marito nullam concedi retentionem rerum dotalium propter ſumptus in eis factos, ipſi favet *l. unica.* §. *ſed neq; ad impenſas. Cod. de rei uxoriæ act.* Explicat tamen ibidem Gloſſa, *in verb. minuant quantitatem,* quod ſi dos in quantitate conſiſtat, expenſæ neceſſarię ipſam dotem minuant in quantum expenſum eſt, non verò ſi fundus aut domus ſit, quæ in parte non deſinat eſſe dotalis niſi tanta ſit impenſa quanti eſt domus vel fundus, qui tunc deſinat eſſe dotalis, niſi uxor intra annum expenſas marito obtulerit, ex qua inferri poteſt, quod hoc caſu ſaltem retentio detur, & quod pro expenſis factis in exigendis nominibus dotalibus, caſu eo quo illarum repetitio datur, pro illa parte retentioni locus eſſe poſſit, vide *leg. ſi is qui* 56. §. *quod dicitur. ff. de jure dotium. leg. quod dicitur.* 5. *ff. de impenſis in res dotales factis.* 29

Similis eſt quæſtio, an apparitor arreſtatum relaxandum pro expenſis & alimentis præſtitis retinere poſſit, & eouſq; relaxationem impedire? Negat Guido Papæ. *deciſ.* 448. *n.* 1. niſi aliud de conſuetudine juri derogante obſervaretur, argument. *l. omnes.* 23. *C. de pœnis. l. ob æs.* 12. *C. de oblig. & act. &* 30

No-

Novellæ, ut nulli judicum. 134. *cap. quia verò &c.* Contrarium voluit Peckius *de jure ſiſtendi. cap.* 50. quod retentionis uſus ſit favorabilis in jure, & cui conceditur actio, retentio ejuſdem deneganda non ſit, quia melius & utilius apparitori ſit arreſtatum detinere quouſque ſibi ſolvatur, ne hic cum damno apparitoris locupletior fiat, quam eo relaxato longâ actione ſuum quærere; Sed eidem ſufficienter reſpondet Colerus *de alimentis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 86. *&* *ſequent.* liberi hominis retentionem non dari, quamvis actio contra eum habeatur, cum tale axioma generale intelligendum ſit de ſubjecto habili & idoneo, unde quamvis ingrediens fundum meum animo venandi me prohibente, teneatur mihi actione injuriarum, non poſſum tamen eundem detinere in fundo meo quouſque reddat captum. *leg. injuriarum actio.* 13. §. *penult. ff. de injuriis.* Medices *tract. de venatione part.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 1. An autem apparitor poſſit propriâ authoritate pro ſalario ſibi debito capere pignora à reo arreſtato? negativè reſpondet Peckius *dict. tractat. cap.* 27. *num.* 3. Gothofredus *de ſalario cap.* 13. *theſ.* 18. quia apparitor neque ex contractu neque de in rem vel utilitatem arreſtati verſo ratione ſalarii contra arreſtatum agere poteſt.

Salaria judicum, notariorum, advocatorum & procuratorum, quibus fruuntur, dum juris ſui nondum ſunt, & in patria poteſtate adhuc conſiſtunt, cui bonorum generi ſint adſcribenda, quaſi caſtrenſibus an adventitiis, ex eo ſcire utile erit,

quod

quod filiusfamilias patre conſentiente mortis quidem cauſâ donare poſſit, *leg. tam is.* 25. §. 1. *ff. de mort. cauſ. donat.* non tamen teſtari, quantumcunque pater aſſentiatur, *dict.* §. 1. & *leg. qui in poteſtate* 6. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* cum teſtamenti factio juris ſit publici, *leg. teſtamenti.* 3. *ff. eodem.* idcirco privatâ pactione concedi nequeat, ſive de bonis profectitiis ſive de adventitiis agatur, etiam iis, quæ pleno & proprietatis & uſusfructus jure ad filiumfamilias pertinent, *leg. nemo.* 11. *Cod. eodem.* Caſtrenſia verò bona & quaſi caſtrenſia eouſque privilegiata ſint, ut filiusfamilias liberè etiam invito patre de iis diſponere & teſtari queat, *leg fin. Cod. de inoffic. teſtam.* habetur enim eorum reſpectu loco patrisfamilias, *leg.* 2. *ff. ad S. C. Macedon.* ut etiam bonorum horum causâ contra parentem in judicio agat, licet aliàs inter eos nulla lis eſſe poſſit. *leg. lis nulla.* 4. *ff. de judiciis. leg. ſi quis uxori.* 52. §. 5. & 6. *ff. de furtis.* quę bona etiam collationi non ſubjacent, *leg. fori tui.* 4. *Cod. de advocat. diverſ. judic.* nec quęrelæ *dict. leg. fin.* neque in eis pater uſumfructum prætendere poteſt. 31

De ſalariis judicum, quæ iis ex cauſa publica annuatim tribuuntur, dubium non eſt, quod inter quaſi caſtrenſia annumerentur, propter textum, *in dict. leg. fin. Cod. de inoffic. teſtam.* Garſia. *de conjugali acquæſtu. num.* 124. Sed quoad ſportulas eorundem, advocatorum & procuratorum ſalaria determinat Speculator *tit. de actore.* §. 1, *num.* 23. non eſſe dicenda quaſi caſtrenſia, niſi quæ de publico 32

blico percipiuntur, per text. *in d.l.fin.* ibi. *qui ſalaria vel ſtipendia percipiunt publica*. nec habere advocatos moderni temporis bona quaſi caſtrenſia; Sed cum ſportulæ judicum in defectum vel ſupplementum ſufficientis ſalarii hodiédum percipiantur, non hæſito illas bonis quaſi caſtrenſib. adſcribere, ſurrogatum enim induit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur. Bartol. *in l.* 1. *§. hæc actio ff. ſi quis teſtam. lib. jus. fuer.* ubi eſt textus notabilis, & Bartol. *in l. ſi eum.* 10. *§. qui injuriarum. n.* 1. *ff. ſi quis caution.*

33 De arbitrorum ſalario, quod pro arbitrando conſequuntur, idem videri poſſet, cum ſub nomine judicum comprehendantur, excludit tamen eorum ſalarium & ſportulas à peculio quaſi caſtrenſi, Baldus *in l. cum oportet.* 6. *n.* 16. *C. de bonis quæ liberis.* Lanfr. Zacch. *de ſalar. part.* 1. *c.* 26. *n.* 9. quod eorum officium etiam infamis exequi poſſit, nec ſit publicum, ita ut à negotiatione, mercaturâ ſeu re familiari etiam non differat. Quod verò *in l.* 1 *ff. de recept. arbit.* dicitur arbitria ad ſimilitudinem judiciorū redacta eſſe, non ita generaliter intelligendum eſt, quaſi utrimq; eadem ſit vis & virtus, vide Zoëſium *ff. de recept. arb. n.* 29. Intellige de arbitro ſimplici, qui nullam juriſdictionē habet, non de arbitro juris, à quo ęque à judice appellatur, *c. ab arbitris.* 11. *de offic. deleg. in* 6. *l. fi. C. de judic.* qui ad minimum ſicut aſſeſſor peculium quaſi caſtrenſe habere poterit.

34 Quod aſſeſſores ex conſiliis propriis, licitis, honeſtisq; lucris judices adjuvando conquiſierunt, pro quaſi caſtrenſi habetur, non factâ diſtinctione inter ſalarium publicum & id quod à partibus ipſis oblaſum

tum eſt.*l.velut.7.C.de aſſeſſorib.*Bart.*ibid.*Bald.*in d. leg.fori tui.n.*3.Ummius *diſp.2.n.*13.

35 De notariis judicum, quod eorum ſalaria publica privilegiis bonorum quaſi Caſtrenſium gaudeant, videtur eſſe text.*in d.l.fin.C.de inoffic.teſtam. in verb. memorabilibus.*quod Gloſſa de notariis explicat, eſſe ſic dictos, quod memoriæ causà adſcribant, & hæc eſt communis opinio, Bartol.*in d. l. fin. in notis ibid.* Capella Tholoſana *q.*10. Julius Clarus §. *teſtamentum.q.*18.*n.*23. *& ibi in notis.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *tit.de pecul.reſol.* 1. *n.*5. licet in defectum ſalarii publici à litigantibus id percipiant, ſurrogatum quaſi in ejus locum, Lanfrancus Zacchias *dict.cap.*26.*n.*19.

36 Idem ſtatuere voluit Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *dict. quaſt.* 10. de mercede Notarii communis, qui privatorum cauſas excipit, & inſtrumenta & documenta deſuper conficere ſolet; Rectius tamen ei hoc denegatur, cum eorum taliter acquiſita non differant à mercantiis, & aliâ re familiari. Baldus *in leg. cum oportet.* 6. *num.* 16. *Cod. de bonis quæ lib.& in dict.leg.fori tui. num.* 4. Angelus de Calvaſio *in ſumma, verb. peculium. num* 4. Ferrerius ad Guidonem Papæ *deciſ.* 190. *in notis.* & hanc differentiam inter notarios amplectitur Zachias *dict. cap.* 26. *num.* 29. & Jacobus Gothofredus *de ſalario cap.* 13. *theſ.* 10. *lit. b. ad finem.* ſunt enim ii ſolummodo ad hoc privilegium per *d. l. fin.* admiſſi, qui in dignitate aliqua conſtituti vel ſalarium de publico olim habuerunt.

De

37 De advocatis non tantum fiſcalibus, ſed & quorumvis privatorum, etiam quod ex publico nihil habeant, ſtatuunt idem, quod bona ſtudio eorum à clientibus acquiſita quaſi caſtrenſia cenſenda ſint. Gloſſa *in dict. leg. fori tui. verb. Caſtrenſia. Cod. de advocat. diverſ. judic.* Joannes Andreæ ad Speculatorem *tit. de actore* §. 1. *num.* 23. *lit. g.* Angelus de Calvaſio *in dict. verb. peculium. num.* 7. Jaſon *in rubric. num.* 7. *Cod. de procurat.* Zacchias *dict. cap.* 26. *num.* 12. *& ſeq.* Vivianus *in cap. cum Sacerdotis.* 3. *extra de poſtulando.* Baldus *in dict. leg. fori tui.* ubi dicit idem eſſe de enceniis & donis occaſione advocationis datis. Bartolus *in leg. jubemus.* 5. *Cod. de ſilentiariis.* Julius Clarus §. *teſtamentum. quæſt.* 18. *num.* 7. Aufrerius *dict. quæſt.* 10. *num.* 2. Ferrerius *in notis ad dict. deciſ.* 190. rationem aſſignat Gloſſa eandem, quam ante dixi, quod ea quę à clientulis accipiunt, in locum ſalariorum publicorum ſuccedant, argumento *cap. magnæ.* 7. §. *cum igitur. extr. de voto.* Baldus *in dict. leg. fori. num.* 2. & *in dict. leg. cum oportet.* 6. *num.* 16. & *in l. fin. n.* 3. *Cod. de inoffic. teſtam.* argumento ſumpto ab Aſſeſſore, qui ex publico ſalarium non habebat. *leg. velut* 7. *Cod. de aſſeſſoribus.*

38 Procuratores, pedelli, & cęteri omnes ad hoc privilegium adſpirare nequeunt, quod tales nec unquam in dignitate, neque publicis ſalariis unquam ſuſtentati fuerint, ſed ſolo labore & induſtriâ ſtipendium conſequantur. Bartolus *ad d. leg. fin. in additionibus.* Baldus in *dict. leg. fori. num.* 3. & *in dict. leg. cum*

opor-

oportet numer. 16. Weſenbecius. *tit. de procuratoribus. numer.* 10. Jaſon. *in rubr. numer.* 7. *Codic. de procurat.* Gothofredus. *de ſalario. cap.* 13. *theſ.* 10. Quamvis Treutlerus .*volum.* 1. *diſput.* 9. *theſ. ult.* & Franciſcus Perſonalis. *de poſſeſſore. quæſt.* 6. *numer.* 10. poſt Riminald. *in* §. 1. *numer.* 61. *inſt. per quas perſon. nob. acq.* Trentacinquius. *variar. reresolut. lib.* 1. *tit. de peculio. reſol.* 11. *numer.* 4. de procuratoribus contrarium ſtatuere velint; Excipio tamen ſummorum tribunalium procuratores, ut in Camera Spirenſi & Rota Romana, ad quæ tribunalia cum non niſi graduati admittantur, ſic eos in dignitate eſſe conſtitutos, eorumque ſalaria pro caſtrenſibus haberi cenſendum eſt, Jaſon. *cit. loco. numer.* 6. Ferrerius. *cit. loco.* Tiraquellus. *de nobilitate. cap.* 30. Zacchias. *d. cap.* 26. *num.* 18. argumento. *l. nemo præfectus.* 5. *Cod. de dignitatibus.* & ita diſcordantes opiniones conciliari poterunt. 39

Si pater filio procuravit officium habens ſalarium annexum, an hoc legitimę ejus obſit ita, ut in defalcationem ejus computare teneatur? hanc quæſtionem ita reſolverunt quidam Doctores, quod ſi officium à patre procuratum eſt tranſmiſſibile ad hæredes, ſalarium ejus in legitimam computandum ſit; Vel ſi non tranſmiſſibile ad hæredes, ſit tamen tempore officialis vendibile; alii adhuc imputandum ſalarium voluêre, alii pretium tantummodò, quod ex venditione redigi poſſet; Quod ſi verò nec tranſmitti ad hæredes nec vendi poſſit, nihil inde in legitimam imputandum veniat. 40

41 Aliter diſtinguit Lanfrancus Zacchias *de ſalari quæſt.* 32. *numer.* 5. quod in legitimam imputan da ſint emolumenta officii, ſi illa proveniant e officio per ſe ratione pecuniæ in emptione illi erogatæ, non habito reſpectu ſit tranſmiſſibi vel vendibile nec ne, quia hujuſmodi emolumen ta tanquam provenientia ex pecunia paterna d cuntur profectitia, Bartolus. *in c. cum oportet.* *numer.* 3. & 4. *Cod. de bon. quæ lib.* Speculator. *ti de judiciis.* §. *ſequitur. verſ. quod ſi alter filiorum n.*14.quod membrum approbare videtur Bartolu *in l.* 1. §. *nec caſtrenſe.n.*7.*verſ.ſed quæro.ff.de colla bon.* Et ſi pro parte emolumenta illa ratione pe cuniæ erogatæ in emptione officii, pro altera vero parte ratione laboris officio adjuncti perciperen tur, quod ea tantum emolumenta in legitimam computanda ſint quæ officium reddit per ſe, non e quæ pro labore percipiuntur, quod hæc reputen tur peculium quaſi caſtrenſe, vel ſaltem adventi tium, quorum neutrum in legitimam computatu Dd. *in l. in quartam.* 91.*ff. ad leg. falcid.* nec dic poſſunt provenire ex pecunia patris; cum ſine in duſtria filii ceſſarent, ita ut quotieſcunque ex in duſtria filii emolumenta proveniunt, nullatenu illa in legitimam computanda ſint, licet officium in quo operæ verſentur ſit procuratum à patre Quod ſi vero officium ſit tale, ut non habeat emo lumenta niſi ea, quæ ex induſtria proveniunt & e operibus filii, ut ſi aliqua advocatura ſit procu rata filio à patre, judicatura, capitaneatus & ſimilia ſalarium inde filio proveniens, nullatenus legitima impu

imputandum eſſe reſponderant Marpurgenſes *volum.*1.*conſil.*26.*num.*334.

Iudex, Aſſeſſor, notarius vel advocatus aliquis inivit ſocietatem cum altero de omnibus bonis, an etiam ſalarium ejus cum hoc communicandum veniat? Affirmat Felicius, *de ſocietate. cap.* 12. *numer.* 26. Sagura. *in addit ad Baldum. in l. ſi fratres.* 42. *ff. pro ſocio.* & præter eum multi Doctores. *in d. l. ſi fratres.* 52. *§. item Papinianus.* ubi habetur, *ſi inter fratres voluntarium conſortium initum fuerit, & ſtipendia certaq; ſalaria in commune redigi judicio ſocietatis*, quod & æquitas id ſuadeat, inconveniens namque eſſet, quod unus ſocius quotidie ſe exerceat in ſocietate, nullique parcat labori pro ea conſervanda & augenda, alter vero operas ſuas pro ſalario locet non curans aliquod ſtudium pro ſocietatis utilitate impendere, & non teneatur lucrum ſalarii communicare alteri. 42

Diſcedit ab hac opinione Lanfrancus Zacchias. *tract. de ſalario. quæſt.* 31. *numer.* 7. ſtatuens quod ad ſocietatem omnium bonorum pertineant ea ſolum, quæ ex quęſtu veniunt, ſcilicet ſi quod lucrum ex venditione, locatione, conductione deſcendit, *l. coiri ſocietatem. ff. pro ſocio.* & licet in ſequenti *l. quæſtus* dicatur, intelligi quæſtum qui ex opera cujuſque deſcendit, eſſe tamen hanc intelligendam ſecundum explicationem legis prioris huic connexæ, ſcilicet ex operâ quæſtuaria & mercantili, quæ in emptionem, venditionem, locationem, conductionem vel ſimilem 43

contractum, negotiationem vel artificium impenditur. Felicius. *de ſocietate cap.13.n.5.*

44 Reſpondendo argumentis contrariis ſupponit Zacchias. in *d.l.ſi fratres.* eſſe legendum *ſtipendia cæteraque ſalaria.* quaſi in eo caſu fratres ita contraxiſſent, ut etiam talia ſalaria communicarentur, quia verbum *cætera* univerſaliter poſitum idem importat, quod reliqua omnia. *l. cæterorum.* 15. *ff. de verb. ſignif.* maximè quod verbum ſtipendia præceſſerit ſubſequente hoc verbo generali. *c. qui ad agendum. de procurat. in. 6.* ita ut nihil omnino excluſum videri, nec ille caſus ſpecialis in genere de omnibus ſumi poſſit, nec læditur æquitas per diſpoſitionem *l. ſi ſocietatem. 6. l. ſi non fuerit. 29. ff. pro ſocio.* ubi ſtatuitur, non eſſe æqualiter dividenda lucra ſocietatis, ſi alter plus operæ & induſtriæ vel pecuniæ contulerit, ejque majorem partem juxta arbitrium boni viri communicandam, qui plus contulerit; Imò ęquitas non ſervaretur ſi indiſtinctè ſalaria conferri deberent, quia judex vel advocatus magna ſalaria propter ſcientiam non habita ratione laborum conſequi poteſt, alter vero ſi vilis perſona ſit vix ultra quidquam lucrari valet, quantum pro alimentis ſufficit.

45 Concedit tamen Zacchias. *num.* 16. in ſocietate conceptâ ſub verbis *univerſorum quæ ex quæſt. & opera deſcendunt*, etiam ſalaria & ſtipendia communicanda eſſe, cum ſub nominibus *quæſtus & operarum.* ſimul acceptis compræhendantur quælibet operæ, ſint fabriles, officiales vel quæſtuariæ, Bartolus. *in l. ſi non ſortem. §. libertus. num.* 28. *ff. de condict.*

condict. indeb. ut quilibet ſocius debeat in ſocietate ponere quidquid lucratus ſit ſuis operibus quibuſcunque.

46 An autem ſalaria judicis vel advocati ad lucra nuptialia pertineant, ita ut ſoluto matrimonio illa communicet filiis ex matrimonio quo conſtante judex factus eſt? videas Garſiam. *de conjugali acquaſtu. n.* 124. ubi contra Gutierez pro negativa concludit.

47 Dein nota, quod fidejuſſor qui beneficio excuſſionis renunciavit, ſi conveniatur à creditore, poſſit non obſtante renunciatione obtinere, ut prius excutiatur principalis à creditore ſuo fidejuſſoris periculo, ſi modo expenſas ad litem & excuſſionem neceſſarias ſubminiſtret & deponat, ſecundum Surdum. *decis.* 174.*n.*28. & Ant. Hering. *de fidejuſſoribus. cap.* 27. *n.* 196. argumento. *l. ſi mandavero.* 22. §. *interdum ff. mandati.* ibi: *cum rogatu fidejuſſoris cum reo experior.* hoc enim modo creditoris non intereſſe putant, ſequentes doctrinam Bartoli *in l.* 3. §. *ubi duo. n.* 15. *ff. de duob. reis conſt.* ubi ſimile quid de duobus reis debendi tradit, ſed hanc ſententiam admitto quidem, ſi creditoris non multum interſit vel fidejuſſorem, vel debitorem excutere, alias creditorem adſtringi poſſe non judico, quid ſi reus in remota provincia habitaret, vel ſi prope, eſſet tamen rixoſ9 & difficilis conventionis? Allegata *l. ſi mandavero.* creditorem non neceſſitat, quę de ſpontanea excuſſione ad petitionem fidejuſſoris facta meminit

48 Finaliter, quamvis à condemnatione expenſarum appellatio concedatur, prout dixi. *cap.* 8. *ſect.* 4. *n.* 55. *& ſeq.* quod clarè patet ex eo, quia condemnatio in expenſis facta in cauſa poſſeſſorii operatur, ut etiam à ſententia lata in poſſeſſorio appelletur, licet regulariter ab ea provocatio denegetur; A condemnatione tamen facta in cauſa attentatorum non poteſt appellari, juxta Lancellottum *de attentatis part.* 3. *cap.* 30. *n.* 160.

Nec à condemnatione expenſarum contumacialium, quia denegatur contumaci omnis audientia, ergo non appellat, Scaccia. *de appellationibus. quæſt.* 17. *limit.* 21. *n.* 67. ubi *n.* 68. dicit, idem eſſe circa condemnationem expenſarum quæ facta eſt propter litis retardationem, quod v. g. tardè productum ſit inſtrumentum ſolutionis, aut alterius tenoris relevantis producentem à petitis, vel quod clericus tardè allegat privilegium ſui clericatus, niſi de eo conſtitiſſet, ut quia tanquam clericus citatus fuit.

Quibus obſtat, quod idem Scaccia. *d. quæſt.* 17. *limit.* 47. *memb.* 2. *n.* 16. Lancellottus *de attentatis part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *n.* 9. contrarium velle videantur, dum ſtatuunt, quando appellatur à condemnatione expenſarum in aliquo articulo, vel ratione contumaciæ, quod idcirco non ſuperſedeatur in negotio principali apud judicem à quo; Eos intelligo, quando idcircò appellatum eſt, quod judex impedimenta purgantia contumaciam admittere noluit, vel ut irrelevantia rejecit, quia tunc non ſupponitur contumacia vel malitioſa protractio; Hinc diſtin-

diſtinguo, quod à condemnatione expenſarum contumaciæ vel retardati proceſſus non appelletur, appelletur tamen à declaratione aliquem fuiſſe contumacem vel retardaſſe proceſſum malitiosè. Quibus expenſis & hoc privilegium eſt, quod 49
refici debeant antequam procedatur in cauſa principali, ſicut & omnes contumaciales de quibus jam dixi. *cap.* 8.*ſect.*6.*n.*1.*& ſeq.& ſect.*2.*n.* 45. ut nec compenſationem allegare, nec pro eis depoſitum facere liceat modò liquidæ ſint, & eum in finem datâ ſemel dilatione ad illas liquidandas, ſi non fuerint omnes ſufficienter liquidatæ, tunc factâ in liquidis ſatisfactione proceditur in negotio principali, ita tamen ut quandocunque ſuperveniat reliquarum liquidatio illico ſatisfiat. Lancellottus, *d.part.*3.*cap.* 31. *n.* 166. ubi: *n.* 171. declarat procedere quando 50
attentans condemnatur in expenſas, non autem quando condemnatur is, qui dicit contra ſe attentatum, & temere petit attentata revocari, licet enim in expenſas condemnari debeat, per hoc tamen quod expenſas non refecerit, non prohibeatur agere in petitorio & negotio principali, & valeat proceſſus etiam non refectis expenſis.

Ulterius has expenſas, quas contumax vel attentans debet, poſſe exigi, quamvis ſuper negotio principali vel attentatorum fuerit inter partes tranſactum & concordatum, docet Lancellottus. *d.part.*3. *cap.* 31. *n.* 127. *& plures ibidem. citati.* ubi: *n.* 153. ſubjungit, quod attentans ſi pauper ſit probatâ paupertate, ſit admittendus ratione expenſarum ad beneficium *cap. Odoardus.* 3. *extra. de ſolutionib.* 51 52

licet quoad reſtitutionem fructuum perceptorum eo jure gaudere non poſſit, ſicut *n.*49.ſtatuit, per hanc rationem diverſitatis,quod in reſtitutione fructuum agatur de lucro captando, quia attentans illos verè percepit,& niſi eos reſtitueret, locupletaretur cum aliena jactura, & ex hoc ęquum non ſi admittere eum ad dictum beneficium, quæ ratio ceſſaret in expenſis, quas attentans nullas ab adverſario recepit,ſed in illis erogandis etiam ſemetipſum exinanivit,conſequenter tractet de damno vitando inter quæ longè diverſa ratio militet, ut eſt juris notorii; Contrarium tenet Lotterius *de re beneficiar lib.*1.*q.*38.*n.*250.per hanc rationem,quod textus *d cap. Odoardus* contempletur debitum extra cauſam delicti vel quaſi delicti, & quod attentans commiſerit delictum attentando, ad citatos authores me remitto.

53 Expenſis quidem & ſalariis certo tempore præſcribi meminit Gothofredus *de ſalario cap. fin.* §. 2 quod in Gallia pręſcribantur ſalaria Advocatorum procuratorum & Actuariorum biennio computando à die quo poſtulare deſiit advocatus ſeu proceſſus finitus eſt,vel quo notarius acta, inſtrumenra ve documenta confecit, vel ut dicunt, biennio poſt *datam*,quod idem obtineat in Flandria, in Occitania verò præſcribantur quinquennio,Avenioni triennio, Stilo Caſtelletti Pariſienſis anno; In Sabaudia ſex menſibus. Imo addit §. 5. quod aliquo tantum annorum cumulatorum ſalaria à quibuſdam peti poſſint, velúti à Notariis duorum tantum à di aſſignationis computandorum, ab Advocatis no

niſ

niſi paucorum etiam annorum; Sed hoc ſtatutis particularibus in locis illis ita cautum eſt, quæ exteros non ſtringunt. Allegat etiam quod Cevallos referat, vidiſſe ſe judicatum contrarium favore cujuſdam Advocati, cui decem annorum ſalaria fuerint ſoluta non obſtante tranſcurſu temporis, ex eo quod continuè advocârat pro cliente ſuo, quod & juri & æquitati conſentaneum eſt. Manet ergo tempus actioni perſonali præſtitum de jure communi, quod obvium eſt.

Executionem ſententiæ in cauſa ſalarii non retardari, eamq; regulariter accelerari ad exemplum alimentorum, etiam non obſtante appellatione ſtatuit Gothofredus *d. tract. c.* 13. §. 3. *&* 4. neceſſe tamen eſt, ut adſit notoria paupertas petentis, ut ferme non habeat unde ſe alat, ſic loco alimenti ſuccedat, ceſſante aliàs paupertate, quę celeritatem executionis promovere ſolet, appellationi deferendum erit. Hæc fuſius laudatus Author, ideo ſuperſedeo & finio.

DEO TRINO ET UNI,
BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ,
OMNIBUSq; SANCTIS

Sit Laus, Honor & Gloria.

Index rerum & verborum, ſecundum capita, ſectiones & numerum marg.

A.

Abbas ad correctionem contra monachum lite agens, an teneatur ei ſubminiſtrare expenſas? c. 6. n. 48. argumenta contraria. n. 49. reſolvuntur. num. 50.
Abbas à lite contra monachum deſiſtere, & ad correctionem regularem procedere poteſt. c. 6. n. 51.
Abſens victor condemnatur victo pręſenti in expenſas. c. 9. ſ. 2. n. 1. an in eas computentur omnes quas victus fecit? Affirmant alii. n. 2. alii putant detrahendas eſſe eas quas victor fecit. n. 3. Opinio prior eſt verior. n. 4. ſecundam ſequitur Abbas. n. 5.
Abſolvitur ab expenſis, qui notoriè nihil habet. c. 9. ſ. 3. n. 88.
Abſurdum eſt alteri ſubvenientem in damno eſſe. c. 1. num. 12.
Acceſſiones acceſſionis non admittuntur c. 13. n. 6.
Acta mittuntur ad juris peritos pro concipienda ſententia ſumptib. utriuſq; partis, ſi utraq; tranſmiſſionem petat, c. 4. n. 33. ſecus ſi altera tantum petiiſſet. n. 34. referuntur Doctores contrariantes. n. 35. conciliantur diſtinctione. n. 36.
Acta inrotulantur utriuſq; partis expenſis. c. 4. n. 44
Acta primæ inſtantię conſcribuntur & mittuntur judici ad quem ſumptibus appellantis. c. 4. n. 49.
Actorum copias ſolvit qui petit eas. c. 4. n. 6,
Actorum conſcriptionem pro ferenda ſententia ſolvit utraque pars æqualiter. c. 4. n. 46.

Actis ad Camerá mittendis ſubſcribi debet quantum pars appellans pro iis ſolverit. c. 3. ſ.1.n.64.
Actor ſatiſdare tenetur in caſum ſuccumbentiæ de refundendis expenſis,c.3.ſ.2,n.98.
Actor non comparens in prima citatione condemnatur in expenſis.c.8.ſ.2.n.18.
Actore plus petente & reo totum negante an ſint expenſæ compenſandę? Affirmant alii.c.9.ſ.1.n. 8. alii negant.n. 9. retinetur affirmativa.n.13.limitatur.n.14.
Actore plus petente an teneatur reus offerre quod liquidò debet abſque eo quod debitum abneget? c.9.ſ.1,n.10.
Actore plus petente reus totum abnegans ſaltem non eſt tutus in conſcientia. c.9.ſ.1.n.11.
Actor adiens judicem in competentem condemnatur victo in expenſas.c.9.ſ.2.n.6.
Actor differens exhibere documentum condemnatur victo in expenſas. c. 9.ſ.2.n.7.
Actor doloſè differens exhibere inſtrumentum, ſi tandem exhibeat,& reus non acquieſcat, an expenſæ compenſandæ? Alii negant & volunt reum condemnandum in omnes. c. 9. ſ.n. 2.n.9. reſpondetur. n.10.limitatur.n.11.13.explicatur lex.illud. ff.de peric.& commod.rei vend.n.12.
Actor plus debito petens condemnatur in expenſis.c.9.ſ.2.n.15.
Actor qui adverſus reum initio litis debitum agnoſcentem ulterius procedit condemnatur victo in expenſas.c.9.ſ.2.n.16.
Actor non interpellans reum extrajudicialiter an expenſas recipiat à citato agnoſcente.c.9.ſ.2.n. 17.

Actum

Actum petens eum perſolvere debet,c.4.n.1.
Adminiſtrator bonorum communis debitoris habet ſalarium,c.3.ſ.2.n.98.
Adminiſtratores quatenus repetant expenſas litis à civitate,c.11.n.7
Advocatis erat vetitum per legem Cinthiam,ut ſalarium acciperent à litigantibus,c.1.n.6. quinam effecerint ut Lex Cinthia reſtringeretur,n.15.
Advocati & procuratores acceſſoriè ad judicium veniunt,c.3.n.4.
Advocatis olim uſque ad tempora Neronis nihil dabatur pro patrocinio,c.3.ſ.2.n.1.2.
Advocatis debetur ſalarium de jure Canonico & civili,c.3.ſ.2.n.3
Advocatorum officium laudabile & humanæ vitæ neceſſarium eſt.c.3.ſ.2.n.4.
Advocatis debetur ſalarium etiamſi non eſſet promiſſum.c.3.ſ.2.n.5.
Advocatis debetur ſalarium pro modo litis, eorum facundia & fori conſuetudine,c.3 ſ.2.n.6.
Advocato non datur actio pro ſalario ultra centum aureos,c.3.ſ.2. n.8. niſi ſalarium juramento promiſſum eſſet.n.9.
Advocatus initio cauſæ ſalarium pactus non poteſt pendente lite de majori paciſci. c.3.ſ.2.n.27.
Advocatus non debet pro minimo ſalario patrocinari,nec ſalarium rigidius exigere. c.3. ſ.2. num. 42.43.
Advocati pro ſordidis habentur, qui pecuniam magis quam clientum cauſas curant. cap. 3. ſect. 2. num. 44.

Ad-

Advocatus exigens ſalarium à tutore conſtitutum de labore docere debet, c.3.ſ.2.n.51.
Advocato debetur ſalarium conventum, licet cauſa ad finem non deducatur, ſi per eum non ſtetit. c. 3.ſ.2.n.55.
Advocato debetur ſalarium lite tranſactâ. c.3. ſect. 2.n.57.
Advocato debetur palmarium lite tranſactâ, quando cliens intentum obtinuit. c.3.ſ.2.n.59. vel ſi non obtinuit ſi dolo tranſegit.n.60.
Advocato non debetur palmarium ſed ſalarium pro rata ſervitii, quando cliens de conſilio advocati tranſegit, quia cauſa erat dubia, c.3.ſ.2. n.61. diſtinctio Zacchiæ.n.62. diſtinctio Sichardi. n.63.
Advocatus quando palmarium habeat, licet tranſactioni cauſæ intervenerit? c.3.ſ. 2. n. 64. diſtinctio Pilei Modicenſis, an cauſa ſit ad ſubmiſſionem deducta, an verò in præliminaribus adhuc conſiſtat.n.65.
Advocatus in una parte cauſę victor in alia ſuccumbens an totum palmarium habeat? affirmat gloſſ. c.3.ſ.2.n.66. rectius negatur & facienda eſt deductio pro rata.n. 68. item ſi pro pluribus cauſis conſtitutum eſſet.n.69.
Advocatus pro tribus cauſis ſalarium pactus, ſi duas tantum defendit, exigit ſalarium pro rata.c.3. ſ.2. num.70.
Advocatus qui pactus eſt ſalarium annuum pro una certa & aliis movendis cauſis, integrum conſequitur, ſi alia mota non ſit.c.3.ſ.2.n.72.
Advocatus ſuccumbens non accipit palmarium ſed ſalarium.c.3.ſ.2.n.73.

Advocatus non tenetur pro eodem ſalario patrocinari in cauſa appellationis.c.3.ſ.2.n.76.77. ſi appelletur à definitiva, ſecus ſi ab interlocutoria vel reſtitutio petatur.n.78.
Advocatus intentans actionem ineptam pro eodem ſalario aptam proponere debet,niſi ex falſa relatione clientis hoc feciſſet.c.3.ſ.2.n.79.
Advocatus à duobus ſalarium annuum habens,ſi ii inter ſe litigare velint, cui patrocinari debeat, c. 3.ſ.2.n.80.argumenta pro eo qui prior ſalarium conſtituit. n. 81. argumenta pro ſecundo. n. 82. debet aſſiſtere ei qui bonam cauſam fovet, vel ſi hoc dubium ſit; priori, & ſecundo advocatum idoneum ſubſtituere.n.83.
Advocati in qua parte litis ſalarium exigere poſſint? c.3.ſ.3.n.15.diſtinctio.Freyers.n.16.
Advocati pendente lite implorare poſſunt officium judicis pro ſalario conſequendo. c. 3. ſ. 3. n. 17. quid ſit de conſuetudine. n.18.
Advocato debetur annuum ſalarium initio anni. c. 3.ſ.3.n.19.
Advocati hęredes exigere poſſunt totum ſalarium & ſi is initio anni mortuus eſſet. c.3.ſ.3.n.20.probatur per leges & reſpondetur contrariis.n.21. & ſequent.
Advocati triplici actione ſalarium exigunt. c.3.ſ.3. n.24.25.26.
Advocati quâ actione ſalarium exigant? c. 3. ſ.3.n. (27.
Advocatus quomodo dominium conſequatur rei ſibi à cliente,in ſolutum datę?c.3.ſ.3.n.28.
Advocatus an actionem habeat contra partem victam pro ſalario conſequendo? c. 3.ſ.3.n.29.

Ad-

Advocati & procuratores gratis inſervire debent pauperibus, c. 5. n. 20. etiamſi juraſſent ſe nunquam gratis patrocinaturos.n.23.
Advocati & procuratores à judice cogi poſſunt ad inſerviendum pauperibus.c.3.ſ.3.n.24.
Advocatus denegans pauperi auxilium in extrema neceſſitate peccat mortaliter.c.3.ſ.3.n.25.
Advocatis fiſci calumnia prohibita eſt.c.8.n.4.
Advocato victori an taxetur ſalarium quod alteri debuiſſet dare? alii negant. c. 10. n. 38. Limitant alii n.39.diſtinguit Gailius n.40.opinio Scacciæ n.41.alii affirmant, n. 42.
Advocatorum ſalaria an reficiantur inter expenſas contumacię? c.10. n. 51.
Advocatum gratis habens an ſalarium ejus petere poſſit in taxa? alii negant. c. 10. n. 52.alii diſtinguunt n. 53. alii affirmant indiſtinctè. n. 54.
Advocatus tenetur clienti, ſi ſub ſpe victoriæ extorquet ampla ſalaria aut proponit ſententiam dubiam tanquam juſtam c.12.n.55.ſi colluſerit cum adverſario. n. 56. ſi revelaverit ſecreta clientis.n. 57.ſi dimittat clientem indefenſum in ſtatu periculoſo.n.58.
Advocatus tenetur ad reſtitutionem ſalarii accepti, ſi reperiatur indoctus. c. 12.n.59.ſi patrocinium non præſtitit. n. 60.ſi per imprudentiam vel negligentiam cauſam amiſit.n.61.
Advocatus an teneatur reſtituere ſalariũ acceptum excedens centum aureos? affirmatur.c.12.n.62. negatur n.63 maxime ſi juramentum acceſſiſſet. n.64.reſpondetur affirmantibus,n.66.

Ad-

Advocatus paciſcens de quota litis vel informan clientem negare verum, tenetur adverſario ad intereſſe.c.12.n.67.

Advocatus & procurator an habeant jus retentionis actorum pro ſalario? c.13.n.25.26.

Æqualitas in judiciis ſervanda eſt.c.5.n.7.

Ætas omnis ab adoleſcentia in malum prona eſt. c 1. num.2.

Apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ dantur ſumptibu appellantis.c.4.n.47. & denunciatio fit appellationis factæ.n.48.

Apparitor an arreſtatum retinere poſſit pro ali mentis.c.13.n.30.

Appellatio non datur ab Officiali ad Epiſcopum, quo hic Oſnabrugi receſſum eſt vi pacti ſpeciali c.3.ſ.1.n.32.33.

Appellatus ſi adhærere velit appellationi ab adverſario interpoſitæ, debet concurrere in ſum ptus actorum, c.4.n.51.

Appellationis extrajudicialis documentum intima tur judici à quo ſumptibus appellantis.c.4.n.53

Appellator qui non proſequitur appellationem ve omiſſo ordine provocat, condemnatur in expen ſas.c.8.ſ.3.n.22.

Appellatione deſertâ quando judex à quo, vel quan do judex ad quem in expenſas condemnet.cap. ſ.3.n.23.

Appellans in abſentia judicis tenetur ad expenſas i articulo executionis factas, quouſque appellatio nem produxit, etiam ad expenſas executioni poſt appellationem procuratoris uſque ad pro ductionem mandati.c.8.ſ.3.n.24.

Ap

Appellatus ſi ſuccumbat, an condemnetur in expenſis? affirmant alii. c. 8.ſ.4. n24. alii diſtingunt, an ex iisdem an noviter productis condemnatio facta ſit, n.25. alii ſimpliciter negant. n. 26. limitatur negativa. n. 28. 29. in Camera Imperiali communiter compenſantur expenſæ hoc caſu. n. 31. in reviſorio Camerali ſemper compenſantur expenſæ quando ſententia reformatur. n. 32. in Camera compenſantur expenſæ ſi cauſa ibi reſervetur, licet conſtet de evidenti nullitate. n. 30.

Appellans ſuccumbens ſemper condemnandus eſt in expenſas. c. 8. ſ.4. n. 33. limitatur. num. 36. Carpzovii ſententia rejicitur. n.34.

Appellari an debeat vel poſſit ab omiſſione condemnationis expenſarum cap. 8.ſ. 4. 1.55. diſtinguendum, an victus appellaverit nec ne. n. 56. an appellaverit ab articulo ſolo contra ſe faciente. num. 57. an victor appellare poſſit ſi in prima inſtantia expenſas non petiit. n. 58.

Appellatio an admittatur â ſententia tertia confirmatoria quę victum in expenſas omnium trium inſtantiarum condemnat. c. 8.ſ.4 n. 60.

Appellatus ſi ſuccumbat an excuſetur ab expenſis? c. 9. ſ. 4. n. 20. declaratur & reſtringitur. num. 21. 22.

Appellatio datur â moderatione expenſarum. c. 19. num. 62.

Appellatio non admittitur in caſu quo lex ſimpliciter mandat aliquid fieri. c. 10. n. 65.

Appellatione pendente an poſſit judex â quo in ſyndicatu conveniri? c. 12. n. 34.

Appellari non poteſt à condemnatione expenſarum in cauſa attentatorum & an à condemnatione expenſarum contumaciæ, & retardatæ litis c. 13. n. 48.
Arbiter à partibus ſalarium habet. c. 3, ſ. 1. n. 48.
Arbiter an ſumptus itineris habeat? c. 3. ſ. 1. n. 50.
Arbitri ſumptus alimentorum moderati eſſe debent. c. 3. ſ. 1. n. 51.
Arbitrator ſportulas habet. c. 3. ſ. 1. n. 52.
Arbiter non tenetur ſententiam promulgare niſi ſalario prius recepto. c. 3. ſ. 3. n. 4.
Arbiter ſententiam ſuam exequi non poteſt. c. 3. ſ. 3. num. 3.
Arbiter an poſſit moderari expenſas an etiam Executor? c. 10. num. 7.
Arreſtum procurans apparitori ſolvere tenetur. c. 4. num. 5.
Arreſtatus inops petit alimenta & expenſas ab arreſtante. c. 6. n. 61. & ſi arreſtans non exhibeat, debet is à judice dimitti facto prius mandato de exhibendo. n. 62. in quibuſdam locis certi nummi dantur arreſtato. n. 64.
Arreſtantibus non eſt ſemper conſultum pauperes debitores arreſto detinere. c. 6. n. 65.
Aſſeſſores Cameræ Imperialis dicuntur judices ordinarii. c. ſ. 1. n. 6.
Aſſeſſores Cameræ Imperialis ſi ad eos quaſi arbitros acta mittantur pro ſententia exigunt amplas ſportulas. c. 3. ſ. 1. n. 49.
Aſſeſſores qui? c. 3. ſ. 1. num. 53.
Aſſeſſores ſportulas habent pro relationibus vel pro alio actu expediendo. c. 3. ſ. 1. n. 54.

Aſ-

Aſſeſſores an ſalarium non conventum exigant? c.3.ſ.1.n.55.

Attentans contra mandatum judicis in expenſas condemnatur.c. 8.ſ.2.n.36.

Attentans omnia damna reſarcire debet, & quid in cauſis pignorationum ſtatuendum ſit. c.10. n.45.

Attentans vel contumax tenetur ad expenſas quamvis transactum eſſet inter partes. c.13. n.49. 51.

Attentans gaudere poteſt beneficio.cap. Odoardus quo ad expenſas, non quo ad fructus. c.13.n.52.

Avocatio cauſę fit ſumptibus petentis. c. 4. n.52.

Aurem qui tetigit totum hominem tetigiſſe videtur.c.3.ſ.2.n.67.

B.

Beneficium paupertatis ceſſat in paupertate fraudulenter procurata. c. 5. n. 43.

Beneficio ceſſionis bonorum non gaudet qui ſub ſpe hujus beneficii debita contraxit. c.5.n.44.

Bonacoſſa cœlibem dicit eum qui ſine lite eſt. c. 1. num. 24.

Bonæ fidei poſſeſſor excuſatur qui ſervum bonæ opinionis non cuſtodivit. c.9. ſ. 3. n. 47.

Bono æquo non convenit ut alter in dote damnificetur ex alterius lucro. c. 7. n. 8.

Bovi trituranti os occludi vetuit Deus.c.1.n.13.

C.

Calumnia & audacia coërceri debent.c.8.n.3.

Calumnioſè litigans poteſt actione injuriarum conveniri finitâ cauſâ c. 8. n.13. & notatur infamiâ in quibuſdam caſibus.n.14.

Calumnioſè litigans ſi non poſſit ſolvere expenſas victori, punitur in corpore. c.8.n.23.

Cauſæ ob quas neceſſarium fuit advocatis ſalaria conſtituere. c. 1. n. 8.
in Cauſâ criminali ordinariè majus ſalarium debetur advocato quam in civili. c. 3. ſ. 2. n. 25.
Canonicus contra Prælatum agens repetit expenſas ab Eccleſia. c. 11. n. 14.
Cardinalis dicto injurato an ſit credendum. c. 9. ſ. 3. num. 10.
Cauſæ ſummariæ an ſint immunes â ſportulis? c. 5. num. 56.
Cauſæ pauperum citius expediuntur cum expenſis quam abſq; eis. c. 6. num. 2.
Cauſæ condemnationis expenſarum ſunt quatuor. c. 8. num. 29.
Cauſæ ſunt variæ quę condemnationem expenſarum impediunt. c. 9. num. 3.
Cauſa expenſarum ſummariè tractanda eſt. c. 13. num. 1
Cautela contra eum qui remorandæ litis cauſâ vult teſtes è longinquis evocare. c. 3. ſ. 3. n. 46.
Ceſſionarius an ſuis expenſis experiri debeat? c. 7. num. 17.
Chilon lites fugiendas docuit. c. 1. num. 23.
Citatio expeditur & intimatur ſumptibus petentis eam. c. 4. n. 3.
Citationis copia an, & cujus ſumptibus danda ſit citato? c. 4. num. 4.
Citationis temerariæ expenſas luit, qui libellum æquivocè concepit, ut non conſtet de certo citando ſi plures ſunt ejuſdem nominis. c. 8. ſ. 1. num. 5. qui non ſatis explicari facit ad quod judicium

cium vocetur reus. num. 6. qui coram incompetente judice citari facit, velut clericum coram laico. num. 7. vel coram eo qui ratione ſummæ incompetens eſt. n. 8. qui aliorſum citari facit, cauſâ jam coram alio pendente.num. 9. tempore non debito,vel ad locum non tutum.n.10.

Citationis temerariæ expenſas ſolvit, qui mandatum impetrat ad falſa narrata. c. 8. ſ. 1. num. 11. an obtineat mandato caſſato vel confirmato. num. 12.

Citatio trina an requiratur ad conſtituendum quem contumacem? c. 8. ſ.2. n.7.

Citatio in tres terminos diſtincta an det electionem citato, ut compareat in quo termino velit? c. 8. ſ. 2. num. 8.

Citatio prima conſtituit emanentem ſtatim in contumacia. c.8. ſ. 2. n. 9.

Citatio trina requiritur ut procedi poſſit ad excommunicationem vel miſſionem. c.8. ſ.2.n.11.

Citatio peremptoria non requiritur ad conſtituendum quem contumacem quo ad expenſas. c. 8. ſ. 2. num.17.

Citatio una gratuita eſſe debet. c. 8.ſ. 2. n.17.

Citatio circumducitur actore emanente. c. 8. ſ. 2. n. 23. modò reus contumaciam actoris accuſet, & recedat cum licentia. n. 25.

Citatus ſi judicem infirmum vel impeditum inveniat non debet abſq; licentia abire. c. 8. ſ.2.n.30. non tenetur alibi judicem quærere quam in loco tribunalis. n. 31. ſatisfacit ſi exhibeat reſponſionem in ſcriptis in judicio legendam de ſtylo Romano.n.33.

Citatus peremptoriè ad certum diem emanſit, quo tamen judex etiam adeſſe non potuit, quid juris circa expenſas. c.8. ſ. 2. n.34.

Citatus impeditus an teneatur mittere procuratorem? c.8. ſ. 2. n.69.

Citatus an præter impedimentum probatum teneatur probare, quod adhibuerit diligentiam removendi illud. c.8. ſ.2. n.70.

Citatus ad diem feriatum an teneatur comparere die ſequenti? c.9. ſ.1. n.6.

Cives habent inter ſe ſocietatem quandam lucri & damni. c.7. n.37.

Clericus beneficiatus an poſſit pro advocatura ſalarium exigere? alii putant quod non poſſit, ſed oblatum accipere. c. 3. ſ. 2. n. 44. 45.

Clericus poteſt exigere ſalarium advocaturę, maximè ſi non ſit ſufficienter præbendatus. c. 3. ſ. 2. num. 46. 48.

Clericus petens ſe remitti ad judicem Eccleſiaſticum ſolvit ſumptus transmiſſionis. c. 4. n. 2.

Clerici olim minores dabant ſportulas. c. 5. n. 1. ſicut & in ſacris ſcriniis militantes, eorum uxores, liberi & coloni. n. 2.

Clericus ante ſententiam non excipiens de privilegio clericatus, tenetur ad expenſas. c.8. ſ.3 n.5.

Cliens promittens advocato ultra centum aureos obligatur ſaltem naturaliter. c. 3. ſ. 2. n.25.

Cognatio vel affinitas litigantium an inducat cauſam compenſationis expenſarum? affirmant alii c. 9. ſ. 1. num. 1. rectius negatur. num. 2. limitatur num. 3.

Com-

Commiſſario debetur ſalarium. c. 3.ſ. 1.n.39.
Commiſſarii gratis dantur pauperibus. cap. 5. numer. 26.
Committendo gravius delinquitur quam omittendo. c. 12. n. 18.
Commodans obtinet expenſas à debitore cujus gratiâ rem pignori dedit.c.7. n 27.
Condemnatio expenſarum an ſit magis in pœnam an in reparationem damni? c. 8. n.21.
Condemnatio expenſarum habet ſummam æquitatem. c. 8.n. 16.
Condemnationis expenſarum prima cauſa eſt temeraria citatio.c.8.ſ.1. n.1.
Condemnatio expenſarum peti debet, ut judex ad eam adſtringatur.c. 8. ſ. 4.n. 37. ſi non expreſſè ſaltem implicitè, velut ſi dicatur peto ſententiam ferri pro me. num. 43. peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari , vel proteſtor de expenſis. num.44.
Condemnatio expenſarum in appellatorio facta extenditur in dubio ad primam inſtantiam. c.8. ſ.4. n. 22. niſi in prima inſtantia compenſatio facta fuiſſet. n.23.
Condemnatione expenſarum factâ competit victori actio ad eas ex judicato.c.8. ſ.6.n.22.
Confeſſionem qui vult revocare condemnatur in expenſas. c.8. ſ.4. n.9.
Conductori imputatur damnum datum in re conducta propter inimicitiam in eum conceptam. c. 7. num. 24.

Conſanguineus retrahens tenetur emptori reſtituere laudemia ſolita â domino ipſi remiſſa. c. 10. num. 55.
Conſiliis Doctorum quis adjuvetur ut â condemnatione expenſarum liber ſit? c. 9. ſ. 3. num. 63.
Conſtitutio Carolina teſtibus plebeis certum quid in ſingulos dies aſſignavit. c. 3. ſ. 2. n. 122.
Conſuetudo valida eſt ut judices certum quid â partibus accipiant. c. 3. ſ. 1. n. 12.
Conſuetudo derogat legi. c. 5. n. 16.
Contumacia derivatur â verbo contumeo c. 8. ſ. 2. num. 1.
Contumacia quid ſit? c. 8. ſ. 2. n. 2. 4.
Contumacia vera & ficta quę ſit? c. 8. ſ. 2. n. 5.
Contumacia vera & ficta évidens vel præſumpta quæ ſit? remiſſivè. c. 8. ſ. 2. n. 6.
Contumacia neceſſariò accuſari debet. c. 8. ſ. 2. num. 37. poteſt tamen judex ex officio condemnare contumacem in expenſas. n. 38.
Contumacia vera an requiratur ad condemnationem expenſarum, an verò ficta ſufficiat? c. 8. ſ. 2, num. 39.
Contumacia ficta ſufficit ad miſſionem ex primo decreto. c. 8. ſ. 2. n. 40.
Contumacia vera procuratoris dicitur ficta domini. c. 8. ſ. 2. n. 41.
Contumacia ſi procedat â procuratore debet ab ipſo & non â domino purgari. c. 8. ſ. 5. n. 7.
Contumacia vel dolus æqualis litigantium inducit compenſationem expenſarum c. 9. ſ. 1. n. 7.
Contumacem excuſant quinq; impedimenta. c. 8. ſ. 2. n. 53.

Con-

Contumacem excuſat morbus ſonticus, qui cujuſq; rei agendæ impedimento eſt. c. 8. ſ. 2. n. 54. an excuſet morbus conſanguinei? num. 56. excuſat gravis morbus uxoris vel liberorum. nu. 58. excuſat funus domeſticum. n. 57.

Contumacem excuſat captivitas. c. 8. ſ. 2. n. 59. peregrinatio & abſentia probabilis, velut ex devotione, n. 60. Studiorum vel valetudinis cauſâ. nu. 61. etiam reipublicę cauſâ. n. 62.

Contumacem excuſat juſtus metus loci non tuti, hoſtium incurſus, graſſantis peſtis, vel morbi contagioſi, tempeſtatis, vel periculi famæ. c. 8. ſ. 2. n. 63.

Contumacem non excuſant impedimenta fictitia, vel quæ de facili removeri potuerunt. c. 8. ſ. 2. num. 64.

Contumaciter emanens â diæta reficere debet expenſas. c. 8. ſ. 2. n. 45.

Contumax quoties quis dicatur. c. 8. ſ. 2. n. 3.

Contumax eſt qui ad primam citationem non comparet, & condemnatur in expenſas etiam ſi una fuerit citatio in tres terminos diſtincta & emanſerit in primo termino. c. 8. ſ. 2. n. 10. reſolvitur objectio de alternativis. n. 12. non comparens ad primum terminum quas expenſas reficiat. num. 16.

Contumax debet ſtatim condemnari in expenſis etiam ante litem conteſtatam. c. 8. ſ. 2. num. 42. poteſt tamen illa condemnatio differri uſq; ad definitivam. n. 43.

Contumax expenſas ſtatim refundere debet antequam audiatur. c. 8. ſ. 2. num. 44. uſq; ad ultimum

nummum. num.46. ut nequidem contra expenſas attentatorum compenſatio allegari poſſit. num. 47.
Contumax non recuperat expenſas ſolutas ſi poſtea vincat in cauſa.c.8. ſ.2. n.48.
Contumax excuſatur ſi ſtatim compareat poſt contumaciam, modò adverſarii non interſit. c.8.ſ.2. num. 50.
Contumax allegans juſtam cauſam abſentiæ reſtituitur adverſus contumaciam.c.8.ſ.2.n.51.
Contumax ut excuſari poſſit juſtam cauſam habere debet non futilem.c.8. ſ.2.n52.
Contumax impedimentum allegatum probare debet. c. 8. ſ. 2.num.65. ſummariè per teſtes, atteſtatum medici & in defectum per juramentum. num.66.
Contumax non refundit expenſas termini, in quo propter contumaciam documenta habentur pro recognitis.c. 8. ſ.2. num.67. vel in quo proceſſum eſt ad ulteriora.n.68.
Creditor immiſſus repetit à concreditoribus æquè privilegiatis partem expenſarum. c.11.n.1.idem eſt in deponentibus.n.2.
Culpa & negligentia procuratoris ab eodem reſarcienda eſt.c. 8.ſ.5. n.8.
Curis alienis nemo ſe gratis ſubmittit. c.1.n.7.

D.

Damna an admittantur in moderatione expenſarum? c. 10. n. 36. diſtinguitur.n. 37. an veniant inter expenſas contumaciæ? n. 43. opinio Berlichii & Teſſauri. num. 44. an veniant inter expen-

penſas retardati proceſſus. nu. 46. non veniunt inter expenſas temerariæ citationis. n. 47.
Damna merè extrinſeca parcius admittenda ſunt ad taxam. c. 10. n. 48.
Damnum dans illud compenſare tenetur. cap. 8. num. 17.
Damnum quomodo differat ab expenſis. cap. 8. numer. 22.
Dans occaſionem damni ipſum damnum dediſſe cenſetur. c. 8. n. 18.
Dans judici pecuniam ut juſtitiam celeriter adminiſtret non amittit cauſam. c. 12. n. 44.
Defenditur Guido Papæ. c. 6. n. 7.
Definitio in jure periculoſa eſt c. 9. n. 2
Delictum non præſumitur niſi probetur. cap. 6. numer. 38.
Depoſitarius ſi laborem & incommoda habet, pro eis exigit ſalarium, alias non. cap. 3. ſ. 2. numer. 109.
Depoſitum pro ſalario irregulare eſt. c. 3. ſ. 2. numer. 110. pro Depoſito proprio non debetur merces & illa ſoluta repeti poteſt. c. 3. ſ. 2. num. 112.
pro Depoſito facto in gratiam depoſitarii nullum debetur ſalarium. c. 3. ſ. 2. n. 113.
Dictum legalis viri præbet titulum ſufficientem ad præſcriptionem. c. 9. ſ. 3. n. 40.
Diffamator citatus ex lege diffamari emanens in expenſas condemnatur. c. 8. ſ. 2. num. 35.
Diffamator in actione legis diffamari condemnatur in expenſas. cap. 9. ſ. 3. num. 38.

Dif-

Differentia inter vocabula xenia & munera.c. 3.ſ.1. num. 27.29.
Digniora minus dignis præponenda ſunt. c. 3. n. 6.
Diſtinctio inter laborem ſimplicem & laborem ſcientiæ combinatum. c. 3. ſ. 3. n. 23.
Diſtinctio inter uſumfructum dotis & bonorum adventitiorum filii. c.7. n. 10.
Diſtinctio inter temeritatem & temerariam citationem. c. 8. ſ. 1. n. 3.
Diſtributio operis. c. 1.n. 31.
Doctor legens ſalarium exigere non debet â ſtudioſo paupere. c. 5. n. 22.
Doctoris & advocati teſtimonio creditur atteſtantis de ſtylo c. 9. ſ. 3. n. 65. declaratur. n.66.
Dolo non caret qui magiſtratui non obtemperat. c. 8. ſ.2. n. 13.
in Donatione remuneratoria, quæ legitimæ liberorum nocet, non ſufficit confeſſio patris jurata, ſed merita probari debent. c. 3. ſ. 2. n. 52.
Donatarius tenetur ad alimenta donatori pauperi ſub periculo rei donatæ.c. 7.n. 29.
Duellum fuit ante hac probationis & defenſionis ſpecies quædam. c. 9. ſ. 4. n. 17. eſt omni jure prohibitum. n. 18. ad id evocatus poteſt ſalvo ſuo honore emanere. n. 19.

E.

Emptor ſuis expenſis denunciare debet venditori litem eſſe motam. c. 4.n.55. non tenetur tamen copiam libelli transmittere.n.56.
Emptor ſuccumbens in lite evictionis repetit expenſas â venditore. c. 11. n.21. declaratur.n.22. 23.

23. 24. ſed ubi contra evincentem litem obtinet compenſatis expenſis, an adhuc repetat eas â venditore? n. 25. negant alii. num. 26. alii affirmant. n. 27. reſpondetur negantibus. n. 28. & ſi emptor fuit advocatus repetit etiam ſalarium advocaturæ. n. 29.
Emptoris intereſt rem potius habere quam pretium. c. 7. n. 18.
Emptor redhibitoriâ actione agens nec deſiſtens, ſi interim equus ſanatus ſit, condemnatur in expenſas poſteriores, & venditor in priores. c. 9. ſ. 2. num. 10.
Epiſcopus de calumnia jurare debet etiam in cauſis ſpiritualibus. c. 9. ſ. 3. n. 4.
Errans in jure dicitur in lata culpa, & eſt in expenſas condemnandus. c. 8. ſ. 4. n. 2. velut prætendens præſcriptionem quę jure completa non eſt n. 3. emptor expellens colonum, cui venditor rem emptam obligaverat. n. 4.
Errans in jure temerarius dicitur. c. 8. ſ. 1. n. 4.
Eſculenta & poculenta judex accipere poteſt, nec ſunt de iis leges abrogatę, modo non ſapiant avaritiam judicis. c. 3. ſ. 1. n. 17. 18. 19.
Evictio in ſingulis rebus hæreditatis venditę non præſtatur. c. 7. n. 22.
Exceptionem ſeu replicationem non probans condemnatur in expenſis. c. 8. ſ. 3. n. 15.
Excipiens contra mandatum ſine clauſula, ſi ei demandetur paritio, condemnatur in expenſas. c. 8. ſ. 3. num. 13.
Excipiens & ſimul procedens in cauſa & dans reſpon-

reſponſiones,licet in exceptione ſuccumbat non condemnatur in expenſis retardationis. c. 8.ſ.3. num.17.
Excommunicationem non objiciens in termino dato ad proponendum dilatorias, ſi poſtea de ea excipiat condemnatur in expenſas. c. 8.ſ.3. n. 6. ſi omittit obmovere excommunicationem judicis condemnatur, num.7. non condemnatur hodie qui non excipit de excommunicatione actoris,n.8. limitatur, ſi coram delegato per reſcriptum dato.num. 9.declaratur, modò actor neſcierit ſe excommunicatum eſſe. n. 10. ut omittens condemnetur,debet ſciens doloſè omiſiſſe, num. 11.
Exemplum Samuelis proponitur. c. 3. ſ. 1. n.22.
Exhibere differens doloſè inſtrumentum, ex quo dependet deciſio cauſæ,condemnatur in expenſas retardationis. c. 8.ſ.3. n. 18.
Expenſa antiquiſſimum vocabulum eſt. cap. 2. numer. 12.
Expenſa verbum unde derivetur.c.2. n.13.
Expenſare quid ſit. c. 2. n. 17.
Expenſæ verbo quid intelligatur. c. 2.n. 18. & quidem in præſenti ſignificatione, n. 19.
Expenſę dicuntur etiam inpenſę, impendia, ſumptus.c.2. n. 20. 21.22.
Expenſæ aliæ judiciales aliæ extrajudiciales. cap. 2. num. 23.
Expenſarum quatuor differentiæ.c.2.n.24.
Expenſarum quinta claſſis. c. 2. num. 27
Expenſarum aliæ voluntariæ aliæ neceſſariæ. cap. 2. num. 28.

Expenſæ transmiſſionis quęnam illæ ſint, quas una pars ſola ſolvere debet.c.4. n.37.
Expenſę examinis teſtium in quo conſiſtant. c. 4. num. 24.
Expenſæ à marito in litem erogatę an dotem minuant. c.7. num. 2. hoc ſtatuit Bartolus. num.3. Contrarium alii. num.4. diſtinctio Zaſii. n. 5. diſtinctio Pinelli & aliorum. n.6.
Expenſæ modicæ non attenduntur.c.7.n.7.
Expenſa magna vel modica circa dotem quæ dicatur. c. 7. n. 9.
Expenſæ contumaciales petuntur jure actionis. c.8. ſ.6. n. 1. etiam per modum exceptionis. num.2. poteſt hæc actio intentari poſt ſententiam, quæ in judicatum tranſiit.num.3.negant hoc alii. n. 4. reſpondetur. n. 5.
Expenſæ quæ occaſione delicti debentur peti poſſunt poſt ſententiam etiam quamvis transactum eſſet inter partes. c. ſ.6. n.7.
Expenſę retardati proceſſus an actione ſeparatâ peti poſſint. c.8. ſ. 6. n. 11. 13.
Expenſę deſertionis petuntur actione ſeparatâ poſt ſententiam.c.8.ſ.6.n.12.
Expenſæ debitę ex lege vel ſtatuto petuntur jure actionis. c.8. ſ. 6. n. 14. 24.
Expenſæ temerariæ citationis quo jure petantur. c.8.ſ.6.n.15.
Expenſæ victoriæ petuntur ſolo officio judicis mercenario, reſolvuntur contraria. c. 8. ſ.6. n. 16.
Expenſæ debitæ ex mutatione libell, an jure actioctionis petantur? c. 8. ſ. 6.n. 17.ſunt prejudiciales

les ut proceſſum impediant quouſq; refundantur. n. 18.

Expenſæ debitæ ex contractu peti poſſunt poſt ſententiam actione ſeparatâ. c. 8. ſ. 6. n. 23.

Expenſę adjudicatæ moderari debent antequam reficiantur. c. 10. n. 1.

Expenſarum liquidatio ſpecifica eſſe debet. c. 10. num. 8.

Expenſæ prius moderantur, poſtea jurat victor. c. 10. n. 9. an hoc juramentum ſemper accedere debeat. n. 10. quid ſit de conſuetudine. n. 11. declaratur. num. 12.

Expenſæ judiciales probantur per quietantias notariorum. c. 10. num. 22.

Expenſas judiciales judex moderari non debet. c. 10 num. 23.

Expenſæ notarii adjuncti non admittuntut in taxa. c. 10. num. 24. neq; delicatæ & voluntariæ. n. 25. quid ſervetur in Curia Romana. n. 26.

Expenſę in advocatos & procuratores erogatæ quatenus admittantur in taxa. c. 10. n. 27. 29. Conſilia Doctorum an admittantur. n. 28.

Expenſæ examinis teſtium admittuntur in moderatione. c. 10. n. 30. & acceſſus ad locum differentiæ. num. 31.

Expenſæ itineris & hoſpitii admittuntur in moderatione. c. 10. n. 32. declaratur, ſi evitari non potuerunt. num. 33. & ſecundum modum factæ ſunt. num. 34. an detrahatur de iis, quod victor aliàs domi conſumpſiſſet. n. 35. an etiam de expenſis coutumacię. n. 49.

Ex-

Expenſæ contumaciæ & retardati proceſſus illę ſolum reſtituuntur, quæ contumaciam concernunt & articulum retardantem.c.10.n.50.
Expenſæ poſt latam ſententiam emergentes an in taxa admitti debeant, c.10.n.58. expenſæ moderationis expenſarum an reficiantur. n.59.61.
Expenſarum probatio rigoroſa non requiritur, c.13.num.2.
Expenſę probantur per quietantias actuariorum, nunciorum & procuratorum.c.13.n.3.
Expenſæ litis in concurſu creditorem eodem jure gaudent quo ſors ipſa,c.13.n.12.
Expenſæ ſubhaſtationis creditis omnibus præferuntur. c.13.n.13.
Expenſæ attentatorum & contumaciales refici debent,antequam procedatur in cauſa, modò liquidę ſint, c.13.n.49. reſtringitur ad perſonam attentantis,n.50.
Explicatur textus Iſaiæ.c.3.ſ.1.num.23.
Explicatio Bedæ ſuper verba Marci. c.3.ſ.1.n.24.
Explicatur textus Concilii Tridentini,c.4.n.50.
Explicatur.lex fin. C.de fruct. & lit.exp. c.4.n.12.
Explicatur. lex. imperatores. ff. de tutel.& rat.diſt. c.6.n.5.
Explicatur. lex. cum autem. §. cum redhiberetur. ff.de ædilit. edict. c.8.ſ.2.n.49.
Explicatur. lex. quę omnia. §. 1. ff. de procurat.c.9. ſ.3.n.35.

F.

Factum procuratoris contumacis an noceat domimino quo ad condemnationem expenſarum;

Sententia Bartoli.c. 8. ſ. 5. n. 1. affirmat Innocentius. n. 3. reſpondetur contrariis. n. 4.
Factum procuratoris in quibus noceat domino. c 8. ſ. 5. n. 2.
Fama excuſat à dolo, & dat titulum ad præſcribendum c. 9. ſ. 3. n. 45.
Fidejuſſor an poſſit ſalarium exigere pro actu fidejuſſionis. c. 3. ſ. 2. n. 99.
Fidejuſſionis actus eſt debitum charitatis & miſericordię c. 3. ſ. 2. n. 100.
Fidejuſſor magnas habet difficultates & pericula. c. 3. ſ. 2. n. 102.
de Fidejuſſore ſententia Salamonis. c. 3. ſ. 2. n. 103.
pro Fidejuſſione licet quid paciſci. c. 3. ſ. 2. n. 104. honeſtius tamen eſt nihil accipere ſi periculum non ſubeſt. n. 106.
Fidejuſſor conventus an expenſas habeat à debitore. c. 7. n. 26.
Fidejuſſor non ſciens exceptionem doli vel non numeratę pecuniæ competere debitori, ſi eam omiſit, non arcetur ab actione mandati. cap. 8. ſ. 3. numer. 12.
Fidejuſſor repetit à debitore expenſas in lite factas. c. 11. n. 11. declaratur. n. 13. non à confidejuſſore. num. 14.
Fidejuſſor qui beneficio excuſſionis renunciavit, ſi petat prius diſcuti principalem, an audiatur ſi expenſas ad id neceſſarias offerat. c. 13. n. 47.
Filiatio quando probetur probatione juris & de jure. c. 6. n. 30.
Filii divites parentes pauperes alere tenentur. c. n. 32

Filiusfamilias non poteſt teſtari niſi de bonis quaſi caſtrenſibus.c. 13. n.31.
Fiſcus immunis eſt ab expenſis & litigat gratis, c. 5. n.3.nec dat vectigalia,n. 34. declaratur. n. 5.
Fiſci adverſarius an ſit etiam immunis ab expenſis. c. 5. n. 6. & ſeq. quid ſit de conſuetudine. n. 11.
Fumi venditores quinam ſint & an teneantur ad reſtitutionem accepti. c. 12. n.46.

G.

Gloſſa ultima magis attendi ſolet quam prima, c. 5.num.13.
Gloſſæ authoritas maxima eſt, c.3.ſ.2.n. 47.

H.

Hæres debet actionem litigioſam legatario legatam proſequi expenſis & periculo legatarii. c. 7.n.12 declaratur. n. 13.
Hæres quando teneatur ad expenſas ob commiſſam contumaciam à defuncto. cap. 9. ſ. 3.numer. 28.
Hæres an excuſetur ab expenſis conventionalibus. cap. 9. ſ. 3.num. 75.
Hæredes vaſalli quando repetant expenſas in lite factas à ſucceſſore feudi.c.11.n.10.
Hęres expenſas litis an detrahat ex hæreditate ante omnes creditores.c. 11.n.15.
Hæres repetit expenſas litis à fideicommiſſario, c.11.n.16.declaratur, n.17.
Homo proprius pauper, ſi ad prædium non admittatur, obtinet à domino expenſas ad litem ex prædio.c.6.num.45. & ita hic judicatum, n.46.
Hominum ingenia in litibus fundandis feracia ſunt. c.8.n.1.

Honorarium pro ſtudio decreti ſolvit utraq; pars æqualiter c.4. n. 45.
Hoſpes an habeat actionem contra dominum pro eo quod procurator conſumpſit. c.3.ſ.3.n. 13.

I.

Idonei non tam patrimonio quam fide æſtimantur, c. 9. ſ. 3. n. 42.
Ignorantia quomodo excuſet, demonſtratur exemplis. c. 8. ſ. 3. n. 25.
Ignorantia juſta, craſſa & ſupina, affectata quę ſit, c.8. ſ.3. n.29.
Immiſſio ex ſecundo decreto, requirit veram contumaciam. c. 8.ſ.5.n.6.
Improbitas quorundam advocatorum & procuratorum.c.1. n.16.
Imprudentia lata dolo comparatur.c.12.n.3.
Incola novus non tenetur ad collectam pro debitis veteribus. c. 7. n.34.
Incola novus an teneatur ad collectam pro expenſis litis jam ante ventilatæ, negat Thomatus, c.7.n. 35. amplectitur affirmativa. n. 36.
Injuſti litigatoris votum. c. 1. n. 28.
Inquiſitus de crimine non notorio ſi cum juramento interrogatus hoc neget, non dicitur perjurus, licet mendacium dicat.c.9.ſ.3.n.33.
Intereſſe partis non impeditur per cauſam criminis c.8.ſ. 2. n. 29.
Intereſſe lucri ceſſantis an petere poſſit qui non eſt ſolitus negotiari.c.13. n. 10.
Interrogatoria qui exhibet non ſolvit expenſas examinis.cap. 4. n.18. niſi in termino non exhibuiſſet ea.n.20. limitatur. n.22. In-

Interrogatoria exhibentis gratiâ, ſi differatur examen, is ſumptus ex mora cauſatos exſolvit. c. 4. num. 21.
Intimatio quęcunq; facienda eſt ſumptibus ejus cujus intereſt. c.4. n.54.
Judex dignior eſt inter eos qui de litis expenſis accipiunt.c.3.n. 1.
Judex ordinarius non accipit ſportulas nec ſumptus itineris, nec eſculenta & poculenta, neq; pretium equi in itinere mortui vel rei amiſſæ. c. 3. ſ. 1. n. 2.3.4.5.
Judex ordinarius qui ſufficiens ſalarium non habet ſportulas accipere & licitè petere poteſt, c.3.ſ.1. num. 7. (15.
Judex pedaneus quantum olim habuerit. c.3. ſ.1.n.
Judex quanta eſculenta accipere poſſit.c.3 ſ.1.n.26.
Judex delegatus ad univerſitatem cauſarum ſportulas accipit,etiam delegatus ad cauſam ſpecialem.c. 3. ſ. 1.n. 30. 38.
Judex Eccleſiaſticus non accipit ſportulas ſi habeat beneficia ſufficientia, ſecus ſi non ſit ſufficienter proviſus, in quibus eſt conſuetudo & mens Epiſcopi attendenda. c. 3. ſ. 1, n.34. 35. 36.
Judex delegatus Pontificis accipit ſola eſculenta & poculenta gratis oblata, niſi extra domicilium eat,quo caſu alimenta & vecturas habet, nec ei defalcatur id,quod alias domi conſumpſiſſet,modo ſint alimenta moderata; limitatur, in non habente beneficium Eccleſiaſticum; qui in recompenſationem laboris ſtipendium exigit,c.3. ſ.1.n.40.41.42. 43. 44.

Judex delegatus ad exequendam diſpenſationem poteſt modicum quid pro labore accipere, c. 3. ſ. 1. n. 46.
Judex moderatur mercedes notariorum, c. 3. ſ. 1. n. 63
Judex ſportulas conſequi poteſt executione mandatâ. c. 3. ſ. 3. n. 2.
Judex non tenetur mittere acta ad univerſitatem, niſi litigantes exhibeant expenſas transmiſſionis, c. 3. ſ. 3. n. 6. nec publicare ſententiam niſi prius ſolutis ſportulis. n. 7.
Judex ex officio interrogatoria facere debet. c. 4. num. 19.
Judex reſecare debet interrogatoria exceſſiva. c. 4. num. 23.
Judex mittit notarium vel peritos, & accedit ad locum differentiæ ſumptibus petentis. c. 4. num. 25 argumentum contrarium. num. 26. reſpondetur & explicatur, l. 4. §. 1. ff. fin. regund. n. 27.
Judex ſi motu proprio mandet acceſſum ad locum differentiæ, is fit expenſis communibus. cap. 4. num. 28.
Judex ſi mittat notarium ad partem abſentem pro recipiendo juramento vel reſponſione ad poſitiones, cujus id ſumptibus fiat. c. 4. n. 29. diſtinguitur per caſus. n. 31. & ſeq.
Judex motu proprio acta transmittere poteſt. c. 4. n. 40. & tenetur in caſu difficili n. 41. expenſis communibus. n. 42.
Judex motu proprio ultra probationes partium recipere poteſt teſtes, idq; ſumptibus communibus, c. 4. n. 43.

Digitized by Google

Judex in cauſa pauperum an teneatur dare teſtibus alimenta ex ſuo ſalario. c.5. n.27. danda ſunt ex publico ærario.n. 28.
Judex quilibet poteſt in expenſas condemnare. c.8. num. 24.
Judex incompetens poteſt in expenſas condemnare.c. 8. n. 25.
Judex appellatione deſertâ cognoſcit ſuper expenſis deſertionis.c. 8. n.26.
Judex laicus clericum actorem poteſt in expenſis condemnare. c.8. n. 27. (num. 28.
Judex recuſatus non cognoſcit ſuper expenſis. c. 8.
Judex præfigendo terminum duo mandat, comparere,& comparere in termino.c.8.ſ.2. n.29.
Judex appellationis quandoq; pejorem ſententiam pronunciat quam judex à quo. c.8. ſ. 4. n.27.
Judex poteſt de expenſis pronunciare licet non ſit à parte petitum. c. 8. ſ.4. n. 39 an etiam de expenſis ante litem conteſtatam factis.n.40.
Judex an teneatur condemnare in expenſas licet petitum non ſit, Affirmant alii. c. 8. ſ 4. n.41. 59.alii negant.n.42.
Judex an debeat pronunciare de expenſis per verba abſolvo vel condemno, an vero poſſit facere per æquipollentia. c.8. ſ.4. n.45 ſed ubi verbum omnino deficit in condemnatione, quid ſtatuendum, velut ſi condemnatio vel abſolutio fiat in cauſa principali,& ſequatur, victum victori in expenſis,vel addatur, quarum taxationem nobis,vel, victum in expenſis,vel, victum victori ab expenſis. n.46.uſq; 50.
Judex omiſſam condemnationem expenſarum totâ

illâ die ſupplere poteſt. c. 8. ſ. 4. num. 51. limitat Berlichius. n. 52.

Judex non condemnando victum in expenſis abſolviſſe cenſetur. c. 8. ſ. 4. n. 53. verius tamen omiſiſſe cenſendus eſt, n. 54.

Judex abſolvens ſimpliciter ab expenſis, cenſetur abſolviſſe ab iis quę judiciis officio mercenario veniunt, non quæ jure actionis. c. 8. ſ. 6. n. 6.

Judex declarans aliquem contumacem an cenſeatur tacitè in expenſis condemnaſſe. c. 8. ſ. 6. n. 8.

Judex revocans attentata an cenſeatur implicitè in expenſas condemnaſſe. c. 8. ſ. 6. n. 9.

Judex an poſſit in ſententia reſervare ſibi condemnationem expenſarum, vel victori actionem ad eas. c. 8. ſ. 6. n. 19.

Judex reſervans ſibi condemnationem expenſarum amittit facultatem ſupplendi eâdem die, c. 8. ſ. 6. num. 20.

Judex in interlocutoria reſervare poteſt comdemnationem expenſarum ad definitivam. cap. 8. num. 26.

Judex æſtimare debet an expenſę condonandæ vel compenſandæ ſint; c. 9. nu. 4. non debet tamen abſq; ſufficienti cauſa ad compenſationem vel condonationem earum declinare, n 5.

Judex an teneatur cauſam exprimere in ſententia quare victum ab expenſis abſolverit, affirmant plerique, c. 9. ſ. 3. n. 84. negatur, n. 85. reſpondetur affirmantibus, n. 86.

Judex moderationem expenſarum ſibi reſervare poteſt. c. 10. n. 2.

Judex vel ejus ſucceſſor ex intervallo expenſas moderari poteſt c. 10. n. 3.

Ju-

Judex appellationis an poſſit expenſas primę inſtantię moderari. c. 10. n. 4.
Judex delegatus an poſſit expenſas moderari. c. 10. num. 5.
Judex delegatus an poſſit ſententiam ſuam exequi. c. 10. num. 6.
Judex ante moderationem debet victum audire ſuper deſignatione expenſarum. c. 10. n. 19. an debeat victus citari ad moderationem. n. 20.
Judex in moderatione ſtylum curiæ obſervat. c. 10. num. 21.
Judex moderatione factâ & juramento præſtito, an poſſit moderationem revocare & condemnare in minus, ea quorundam eſt ſententia. c. 10. numer. 66. reſpondetur, num. 67. ſententia Jaſonis. num. 70.
Judex quando interlocutoriam revocare poſſit. c. 10. num. 69.
Judex tenetur litigantibus ad refuſionem expenſarum & intereſſe malè judicando. c. 12. n. 1. etiam per imprudentiam. num. 2. per ignorantiam juris, n. 4. limitatur in magiſtratu municipali, n. 5. vel quando caſus controverſus eſt valde dubius, n. 6. ſive ordinarius ſit, ſive delegatus. n. 36. etiam Arbiter. num. 37. limitatur, num. 38. 39. quid in Arbitratore. n. 40.
Judex contra communem judicans facit litem ſuam, c. 12. n. 7. limitatur, n. 8.
Judex qui vult in caſu inter Doctores controverſo amico gratificari non eſt in conſcientia tutus. c. 12. n. 49.

Judex tenetur parti ad expenſas & intereſſe eam injuſtè gravando. c. 12. n. 10. inquirendo ſine indiciis ſufficientibus.n. 11. admittendo exceptionem non admittendam, n.12. non audiendo partium probationes.n. 13. non examinando teſtes productos n. 14.
Iudex proferens ſententiam nullam vel contra jus abſolvens ab inſtantia an teneatur parti. cap. 12. num. 15.
Iudex non condemnando victum in expenſas tenetur victori ad eas. c. 12. n. 16. an etiam ad illas, ad quas victori actio ſupereſt. n. 17.
Iudex per imperitiam omittendo an gravius delinquat quam committendo. c. 12. n. 19.
Iudex mittens acta ad referentes motu proprio, ſi ii malè judicent, tenetur partibus ad intereſſe, c. 12.n. 20. etiam ſi partes in transmiſſionem conſenſiſſent. n. 21. niſi conſenſiſſent vel ſtatuto caveretur, ut ſententia feratur juxta conſilium. n.22. quid moderno tempore dicendum.n.23.
Iudex remiſſam ſententiam mutare vel corrigere non poteſt. c. 12. n. 24.tenetur parti ſi in transmiſſione non fideliter egerit, n. 25.
Iudex qui litem ſuam fecit, & parti læſæ intereſſe ſolvit,an poſſit ab altera parte id repetere, alii affirmant.c. 12.n.26.negantium opinio verior eſt. n.27. reſtringitur. n. 28.
Iudex iniquè judicando tenetur parti læſę, etſi illa non appellaſſet,c. 12. num.29. vel deſeruiſſet interpoſitam appellationem. num. 30. an etiam ſi appellationi expreſſè renunciavit. num. 31. tene-

netur, quamvis iniqua ſententia à ſuperiore confirmetur. n. 33.
Iudex non tenetur ſi notarii vel pedelli circa eorum officia deliquerunt, c. 12.n.35.
Iudex non tenetur parti ex conditione ad reſtituendam pecuniam, quam accepit ut injuſtam ferat ſententiam. c. 12. n. 41. vel ut juſtam pro dante ferat ſententiam. n.42.
Iudex tenetur parti ad reſtituendam pecuniam quam accepit, ut juſtam ferat ſententiam, vel ut juſtitiam celeriter adminiſtret. c. 12. n. 43.
Iudex vel Aſſeſſor immoderatas ſportulas exigens tenetur ad reſtitutionem.c. 12. n.45.
Iudex cavere debet, ne lites oriantur ſuper expenſis. c. 13.n.5.
Iudex an habeat jus retentionis actorum & documentorum pro ſalario.c. 13. n. 25. 26.
ſine Iudice lis judicialis eſſe nequit. c. 3. n. 2.
à Iudice denominatur judicium c. 3. n. 3.
Iudices accipere poſſunt in recompenſationem laboris, non pro adminiſtratione juſtitiæ, licet in eum finem daretur ut recta ſententia dicatur. c. 3 ſ. 1. n. 10. 11.
Iudices non accipiunt hodie tanta ſalaria quam olim. c. 3. ſ. 1. n. 14.
Iudices licitè ſportulas exigunt, ſi illæ ſint in partem ſalarii aſſignatę, vel ad certum modum à ſuperioribus taxatæ. c. 3. ſ. 1. n. 16.
Iudices caveant à muneribus crebro accipiendis. c. 3. ſ. 1. n. 21.
Iudices aditi pro captura proſpiciunt ſibi per cautionem. c. 6. n. 63.

Iudi-

Iudicibus non licuit olim à litigantibus quidpiam accipere. c. 1. n. 5.
Iudici ſolvuntur jura pro quolibet actu, c. 3. ſ. 3. n. 5.
Iudicis officium durat uſq; ad executionem ſententiæ, c. 10. n. 61.
Iudicum alii ſunt ordinarii alii delegati. cap. 3. ſ. 1. num. 1.
Iuramentum calumnię generale ordinavit Juſtinianus, c. 8. n. 5. ſpeciale jam ante cognitum fuit, n. 6. prętatur initio litis à partibus & olim ab advocatis earum, quod adhuc viget in Camera. num. 8.
Iuramentum malitiæ jure Canonico introductum eſt, c. 8. n. 7. præſtatur quovis incidente caſu. n. 9.
Iuramentum ſuppletorium an faciat, ut per id victus excuſetur ab expenſis, alii affirmant, c. 9. ſ. 4. num. 3. alii negant. n. 4. diſtinguit Lanfrancus num. 5. declaratur, quando utraq; parte ſemiplenè probante judex alteri juramentum detulit, n. 6.
Iuramentum litis deciſorium an excuſationem tribuat, ne is qui detulit per id victus in expenſas condemnetur, negant alii. c. 9. ſ. 4. n. 7. alii affirmant. n. 8. referens hoc juramentum ſibi delatum excuſatur. nu. 9. declaratur ſi victor aliam vincendi cauſam non habuit quam juramen tum, num. 10.
Iuramentum calumniæ præſtitum, an excuſet victum à condemnatione expenſarum, alii id voluerunt, c. 9. ſ. 4. n. 11. diſtinguunt alii. n. 12. rectius negatur, n. 13. confirmatur, n. 14. rejicitur diſtinctio Antonii del Re. n. 15.

Iu-

Iuramentum an ſemper reguletur ſecundum naturam actus cui apponitur, c. 12. n. 65.

Jure digeſtorum & Codicis filius oſtendere debebat ſe injuriâ neglectum eſſe ex teſtamento paterno, quod immutatur per Novellas. c. 6. n. 37.

Iuriſconſultus pro conſilio ſalarium accipit, quamvis non revolviſſet libros. c. 3. ſ. 2. n 85.

Iuſta cauſa litigandi excuſat à condemnatione expenſarum, c. 9. ſ. 3. nu. 13. rejicitur opinio Antonii del Re, qui in actore contrarium voluit, n. 14. & opinio Scacciæ, qui vix ullam cauſam admittit, n. 15.

Iuſta cauſa litigandi an præſumatur, c. 9. ſ. 3. n. 16. non ex eventu ſed ex conſiliis litigantis judicanda eſt, n. 17. non debet eſſe futilis, ut excuſet à condemnatione expenſarum. n. 18.

Iuſtam cauſam prębet obedientia & neceſſitas litigandi, velut in procuratore fiſcali. c. 9. ſ. 3. n. 19. limitatur, n. 20. 22.

Iuſtam cauſam litigandi facit probabilis ignorantia, c. 9. ſ. 3. num. 23. v. g. facti alieni quæ in hærede eſt, n. 24. reſtringit Matthæus in actore. n. 26. declaratur, n. 27. 28. ubi quando hęres teneatur ad expenſas ob commiſſam contumaciam à defuncto.

Iuſtam litigandi cauſam habet qui pro tuenda dignitate vel honore ſuo litigat. c. 9. ſ. 3. n. 30. quomodo hoc intelligendum. n. 31. 32. 34. reſpondetur contrariis. n. 36. 37.

Iuſtam litigandi cauſam habet, qui de perſonis honeſtis & fide dignis ita audivit. c. 9. ſ. 3. n. 38.

quia id cenſetur certò ſcire. n. 39. an ſolis divitibus ad hunc effectum credendum ſit. num. 41. declaratur. n. 43.

Iuſtam cauſam litigandi dat publica fama. c. 9. ſ. 3. num. 44.

Iuſtam litigandi cauſam habuit pro quo teſtes extrajudicialiter dixerunt, licet poſtea juratò depoſuerint contrarium. c. 9. ſ. 3. n. 46.

Iuſtam litigandi cauſam habuit pro quo teſtes extrajudicialiter dixerunt, quamvis ante examen mortui ſint vel in remota abierint. c. 9. ſ. 3. n. 48.

Iuſtam litigandi cauſam habuit, qui per teſtes probavit, qui poſtea ut infames, cognati vel ex alio defectu ſimili rejecti ſunt. c. 9. ſ. 3. n. 49.

Iuſtam litigandi cauſam dat decretum magiſtratus. c. 9. ſ. 3. n. 50.

Iuſtam litigandi cauſam dat ambiguitas cauſę. c. 9. ſ. 3. n. 51. quando lex eſt ambigua. n. 52. quando ſuper articulo controverſo ſunt contrariantes Doctorum opiniones. n. 53. quando de communiori & recepta non conſtat. n. 54. quando cauſa eſt intricata. n. 55. quando veritas actionis eſt incerta & velata, n. 67.

Iuſtam litigandi cauſam habet, qui nititur authoritate & opinione celebris Doctoris. c. 9. ſ. 3. num. 56. declaratur. nu. 57. 58. qui opinionem communem habet pro ſe. n. 60. qui habet conſilium duorum Doctorum. n. 62. modò non ſint advocati cauſę. n. 64.

Iuſta litigandi cauſa non excuſat ab expenſis debitis per ſtipulationem. c. 9. ſ. 3. n. 68. 70. exemplum eſt in evictione. n. 71. declaratur in contra-

ctu

ctu voluntario extrajudiciali, n. 72. ſecus eſt de neceſſario in judicio inito. n. 73. vel ad litis initium, num. 74.
Iuſta litigandi cauſa an excuſet à condemnatione expenſarum ſi adeſt ſtatutum, victum victori in expenſas condemnandum eſſe, negant alii. c. 9. ſ. 3. n. 76. diſtinctio Scacciæ. n. 77. affirmant alii. n. 78. diſtinguitur. n. 80.
Iuſta litigandi cauſa non excuſat ab expenſis contumaciæ, tamen juſta non comperandi cauſa, c. 9. ſ. 3. num. 81.
Iuſta litigandi cauſa ſuper negotio principali non excuſat ab expenſis debitis propter articulum incidentem, ut quia in exceptione ſuccubuit. c. 9. ſ. 3. n. 82.
Iuſta cauſa litigandi an excuſet à refuſione ſportularum. c. 8. ſ. 3. n. 83.
Iuſti litigatoris ſolatium. c. 1. n. 29

L.

Labor & vigiliæ vitam reddunt breviorem. c. 1. n. 9. pro labore debetur remuneratio. c. 1. n. 10.
Labore diminuto minuitur ſalarium. c. 3. ſ. 2. n. 71.
Lauterbach omne pactum rejicit inter advocatum & clientem initum ante finitam cauſam. c. 3. ſ. 2. num. 37.
Lege ſtatui vel conſuetudine introduci poteſt, ut judices exigant aliquid à litigantibus. c. 3. ſ. 1. n. 9.
Leges inſertæ corpori juris vim habent conſtitutionis generalis. c. 3. ſ. 3. n. 22.
Leges non admittunt frivolas exceptiones. c. 8. ſ. 3. (n. 3.
Lex 1. ff. mandati explicatur, c. 3. ſ. 2. n. 92.
Lex eum quem temere. ff. de judiciis, an ſolum actorem concernat. c. 8. ſ. 1. n. 2.

Li-

Libelli copia danda reo expenſis actoris ſecundum quoſdam. c. 4.n. 7.etiam inſtrumenti in eo mentionati,n. 8. rationes,n. 10. datur expenſis ipſiusmet rei,n. 11. rationes,n. 12. 13.

Libellum qui mutat,vel generalem declarat condemnatur in expenſas,c.8. ſ.4.n. 5. limitatur ſi reus nullum damnum pateretur ex mutatione vel declaratione. n. 6. mulier & minor an excuſentur ab his expenſis.n.7.

Licentiatus à judice quando quis dicatur.cap. 8. ſ.2. num. 26.

Licentia judicis expreſſa hodie non requiritur ad evitandam contumaciam. c. 8 ſ.2. n.27.32.

Lis vulgariter pro omni controverſia ſumitur.c. 2 n. 4. juridicè pro inſtantia,vel pro re in controverſiam deducta,n. 5.6.communius pro actione tam in rem quam perſonam, n. 7. & pro cauſa in judicium deducta, n. 8. ſecundum præſentem materiam latius ſumitur n. 10.

Lis & cauſa ex uſu forenſi promiſcuè ſumuntur. c. 2. n.9.

Lis ordinata quando dicatur.c.2. n. 11.

nulla Lis hodie ſine expenſis ventilatur. c.1. n.30

Lites ortæ ſunt ex lucri cupidine.c. 1.n.3.

ad Lites primitus non requirebantur magnæ expenſæ.c. 1. n. 4.

à Lite diſcedens ſatis lucratur. c.1.n.21.

Lites ſunt alimenta procuratorum. c.1.n.19.

Litigantes poſt litem obliviſcuntur remunerationis. c.1. n.11.

Litigantes ſæpe experiuntur ſe plus expendiſſe quam recipiat.c.1.n.17.

Liti-

Litigantes chymiſtis ſimiles. c.n.18.
Litigantes ſemper eſſe debent quaſi litantes. c.1. num.20.
Litis moleſtiæ.c.1.n.22.
Litigare pro modico muliebre eſt.c.1.n.25.
Litis nomen à limine deducitur.c.2.n.1.alii à verbo licet deducunt.n.2.alii à veteri Teutonum vocabulo Liden. n.3.
Ludowicus Rex Galliæ non interdixit judicibus ſuis xenia accipere.c.3.ſ.1.n.25.

M.

Major pars univerſitatis præjudicat minori.c.6.n.79
Mandati procuratorii copia cujus ſumptibus communicetur adverſario.c. 4. n.14.
Mandato quando jubetur pareri non obſtantibus exceptionibus,an cenſeantur expenſæ comprehenſæ.c.8.ſ.6.n.10.
ad mandatum procuratorium ſuſcipiendum nemo cogitur.c.3.ſ.2.n.89. fallit in bene conſtitutis judiciis. n.90.
Mandatum procuratoris conſideratur dupliciter. c.3 ſ. 2. n.93.
Maritus uxorem pauperem de adulterio accuſans, ei expenſas ad litem ſubminiſtrare debet. c. 6. n.53. ſed an teneatur quando adulterium eſt notorium.n.54. negat Pariſius. n. 55. affirmat Cævallos.n.56. diſtinguit Zanchez inter forum externum & internum.n.57.diſtinguitur inter notorium. nu. 58. fundamentum diſtinctionis deſumitur ex Innocentio. n.60.
Maritus an habeat retentionem rerum dotalium pro expenſis litis in eis factis.c. 13.n.29.

Martialis à cliente ſuo plus exegit cauſâ perditâ ob ruborem incuſſum.c.3.ſ.2.n.75.
Mater defendens bona filii minorennis repetit expenſas.c.11.n.20.
Medicus ægros pauperes gratis curare debet. cap.5. num.21.
Mendacium occidit animam.c.9.ſ.1.n.12.
Mercedem accipiens pro eo ad quod tenebatur, turpiter facit,c.3.ſ.2. n. 101. id generaliter verum non eſt n.105.
Miſericordia illa dicitur injuſta, quæ fit cum præjudicio tertii. c. 9. ſ.3. n.7.
Moderatio expenſarum eſt ſententia declaratoria. c.10. n.64.
Moderatio expenſarum an ſit ſententia interlocutoria.c.10.n.68.
Monachus alendi patris cauſâ egrediens monaſterium,non eſt apoſtata.c.6. n.34.
Monachus injuſtè ſe dejectum prętendens obtinet ab Abbate expenſas ad litem. c.6. n.47.
Monachus victus an condemnetur in expenſis,ſi juſta cauſa litigandi non appareat.c.9.ſ.3. n.2.
Monachus an ſit in expenſis condemnandus,c.9.ſ.3 n.89.an poſſit monaſterium obligare. n.90. non condemnatur in expenſas,ſi agit nomine ſuo, ſecus ſi nomine monaſterii. n.91.
Monachus agens de conſenſu Abbatis docere debet,poteſt alias ad cautionem adſtringi de refundendis expenſis in caſum ſuccumbentiæ, c.9.ſ.3. num.92.
Moneta publica fuit etiam primis temporibus. c. 2. num.16.

Mulcta requirit veram contumaciam, expenſæ fi-
ctam. c. 8. ſ. 5. n. 5.
Mulier poſt mortem mariti repetens dotem obtinet expenſas ab heredibus & aliis poſſeſſoribus bonorum. c. 6. n. 43.
Mulier partui proxima excuſatur à contumacia. c. 8 ſ. 2. n. 55.
Munera excœcant animos ſapientum. c. 3. ſ. 1. n. 20.
Mutuans pecuniam ad reficiendam vel conſervandam rem præfertur aliis creditoribus. c. 13. n. 18.
Mutuans triticum pro ſemine an præferatur locatori fundi. c. 13. n. 19

N.

Natura humana poſt lapſum primi parentis facta eſt imbecillor ad reſiſtendum appetitui ſenſitivo, c. 1. n. 1.
Naturæ jure prohibitum non eſt, ut judices à partibus aliquid accipiant, c. 3. ſ. 1. n. 8.
Nefas eſt alterum alteri nocere. c. 8. n. 20.
Negotiorum geſtor qui utiliter cœpit repetit expenſas, quamvis non ſuccedat negotium. c. 3. ſ. 2. num. 95.
Nemo debet nocere ſibi ut aliis proſit. c. 1. n. 14.
Nobilis mille in bonis habens pauper eſt, & ruſticus minus poſſidens dives eſt. c. 5. n. 37. (n. 38.
Nobili fœminę dedecus eſt laborare ad lucrum. c. 5.
Nominatus per Regem Franciæ ad beneficium vacaturum exemplum collatori exhibere debet. c. 3. num. 57.
Notarii & pedelli acceſſoriè veniunt ad judicium. c. 3. n. 4.
Notarii actione locati mercedem conſequuntur. c. 3. ſ. 3. n. 8.

Notarii non exigunt mercedem niſi opere perfe-
cto.c.3.ſ.3.n.9.
Notarii an poſſint petere partem mercedis ante-
quam inceperint. c.3.ſ.3.n.10.
Notarii habent jus retentionis. c.3.ſ.3.n.11.
Notarii an habeant actionem pro ſalario contra
cauſarum procuratores.c.3.ſ.3.n.12.
Notariis ſalarium debetur à partibus. c.3.ſ.1.n.57.
Notariorum officium.c.3.ſ.1.n.56.
Notarius non tenetur dare partibus copias niſi ha-
bitâ mercede.c.3.ſ.1.n.59.
Notarius quando habet ſalarium ſufficiens ex pub-
lico,nihil exigit à partibus, niſi quædam emolu-
menta in adjumentum ſtipendii.c.3.ſ.1.n.60.61.
Notarius taxam publicam excedere non poteſt.c.3.
ſ.1.n.62.
Notarius falſum ſcribens tenetur parti adverſæ ad
intereſſe,etiam ſi ex errore vel negligentia,vel ita
ſcripſiſſet ut legi non poſſit.c.12.n.47.
Notarius occultando protocollum vel amittendo
tenetur parti ad intereſſe.c.12.n.48.
Notarius tenetur reſtituere quidquid ultra ordina-
riam taxam extorſit. c. 12.n.49. vel ſi acta ultra
modum dilatavit.n.50.
Notarius habet jus retentionis actorum pro ſalario.
c.13.n.24.

O.

Obligatio antidoralis an detur,c.10.n.56.
Officialis Epiſcopi ſportulas accipit de conſuetudi-
ne.c.3.ſ.1.n.31.36.
Omittens opponere excommunicationem conde-
mnatur in expenſas. c.9.ſ.2.n.14. Ope-

Operarius eſt dignus mercede ſuâ, c.5. n.10.
Opera miſericordiæ exhibere nemo obligatur niſi conſtet,quòd pauperi aliter ſubveniri non poſſit. c.6. n.1.
ab Opinione communi an liceat recedere in judicando, c. 9.ſ.3.n.61.

P.

Pacta de palmario improbantur. cap. 3. ſ. 2. numer. 29.
Pactum de palmario non improbatur cauſâ finitâ, c.3.ſ.2. n.30.
circa Pactum de palmario facit Salicetus tres caſus, c.3.ſ.2.n.31.
Pactum ut advocatus in caſum victoriæ certum quid,alias nihil habeat,invalidum eſt,c.3.ſ.2.n.32
Pactum ut præter ſalarium advocatus etiam palmarium habeat,alii admittunt, alii damnant, alii diſtinguunt inter tempus litis, alii inter ſummam modicam & exceſſivam,quæ ſententia retinetur, c.3.ſ.2.n.33. 34. 35.36.37.38.
Pactum quo in caſu victoriȩ 50 promiſſa ſunt nulla mentione factâ de ſalario. c.3. ſ.2.n.39.
Pactum de quota litis prohibetur. c.3.ſ.2.n.41.
à Pacto ad ſtatutum an validè argumentemur. c. 9. ſ.3.nu. 79.
Pactum an valeat,quod nudo creditoris aſſerto ſtetur ſuper expenſis,negant alii, c. 10.num. 13. alii affirmant.n. 14.pactum de juratâ aſſertione valet, n.15.an immodicam judex moderari poſſit. num 16.an ſi victus prætendat nulliter juratum eſſe.n.17. ad quid tale pactum proſit.n.18.

Palmarium advocatis ſolet promitti, c.3.ſ.2. n.28.
Palmarium juramento promiſſum à cliente ſolvendum eſt, c.3.ſ.2. n. 40.
Par imprudentia inducit compenſationem expenſarum, c.9.ſ.1.n.4. exemplum in obtinente citationem ad diem feriatum, & reo comparente die præcedenti. n.5.
Pater filium emancipatum ob alimenta denegata in poteſtatem ſuam revocare poteſt.c.6. n.33.
Pater pauper contra filium pro alimentis agens petere poteſt expenſas lite pendente. c.6. n.35.
Pater vel filius agens quærelâ inofficioſi accedente præſumptione obtinet expenſas ab adverſario, c.6.n.36
Pater ſuis expenſis exigit uſumfructum bonorum adventitiorum filii, c.7.n. 10.niſi plus in locũ impendere debeat quam fructus importent. n.11.
Pater defendens bona adventitia filiorum quatenus expenſas repetat, c.11.n.19.
Pauperes immunes ſunt ab expenſis dandis.c.5.numer.18.
Pauperibus acta gratis eduntur.c.5. n.19.
Pauper quis dicatur. c.5.n.29.30.31.32. relinquitur arbitrio judicis.n.33.
Pauper eſt qui extremâ paupertate laborat & juramentum paupertatis præſtitit.c.5.n.34.
Paupertate extremâ laborat, qui non habet tantum in bonis ut expenſas litis ſolvere poſſit. c.5. n.35. intellige præter ea, quæ ad ſuſtentationem vitæ neceſſaria ſunt.n.36.39.
Puper fideli atteſtato de ſua paupertate docere debet.c.5. n.40.

Pau-

Pauper jurare debet ſe non habere in bonis unde expenſas ſolvere poſſit,& ubi pervenit ad meliorem fortunam,quod eas exſolvet.c.5.n. 42.
Pauper in jure quando quis pręſumatur. c.5 n.41.
Pauperes ſi ad meliorem fortunam pervenerint reſtantes expenſas ſolvere debent. c. 5. n. 49. vel ubi in cauſa vicerint. n.50,
Paupertate ceſſante ceſſat privilegium. c. 5. n.51.
Pauper ſi ſub prętextu paupertatis alios litibus vexet,pro gravitate delicti punitur.c.5. n.53.
Paupere ſuccumbente in cauſâ laborem iis impenſum Deus remunerabit.c.5.n.54.
Pauper an ab adverſario ſuo expenſas litis ſibi ſubminiſtrari petere poſſit.c.6.n.3.
Pauper an ab adverſario ſuo litis expenſas exigere poteſt, ſi pro eo militet juſtitia cauſæ, c. 6. nu.6. modo adverſarius dives ſit, & ipſe pauper non ſciat artem ex qua ſe poſſit ſuſtentare. nu. 8. vel non ſit robuſtus ad eam exercendam. n.9. vel laborare dedignetur,ut nobilis.num.10. declaratur, num.11.
Pauper expenſas ad litem ab adverſario obtinet,licet patrem vel filium locupletem habeat, c. 6. num.12.
Pauper debet præſumptionem bonæ cauſę probare ſaltem per unicum teſtem, antequam ab adverſario expenſas obtineat.c.6. n.13. nec debet illa contrariâ pręſumptione elidi poſſe.n.14.ut quod bonis ceſſerit de quibus litigat, n. 15. aut qui de filiatione agit,licet in domo viri natus ſit,vir tamē diu domo abſuit vel decrepitæ eſt ætatis. n.16.

Pauper ab adverſario expenſas pro lite obtinere non poteſt, ſi conſtat ab initio ei nullum jus competere, c.6. n.17 velut ſi filio de alimentis agenti objiciatur crimen exhæredatione dignum, idq; probetur. n. 18. ſi filio adoptivo objiciatur teſtamentum patris in quo præteritus eſt. n. 19. aut filio naturali petenti hæreditatem ſe opponant naturales & legitimi. n.20.

Pauper præſumptionem habet pro ſe ex prima ſententia quam pro ſe obtinuit. c.6. n.21.

Pauper in cauſa matrimoniali, ſi vicit in prima inſtantia, non tenetur litigare extra provinciam, niſi adverſarius ſubminiſtret expenſas. c.6.n.22.

Pauperi, ut expenſas ab adverſario obtineat, non eſt neceſſe, ut cum præſumptione boni juris etiam ſententiam pro ſe habeat. c. 6.n.23. explicatur. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo, ff. de in off. teſtam.n.24.

Pauper qui ſe filium contendit quas debeat habere præſumptiones pro ſe, ut litis expenſas conſequatur, c. 6. n.25. an ſi celebratis nuptiis natus eſt ex uxore ejus contra quem agitur, n. 26. an ſi educatus & tractatus ſit ut filius, n.27. an ſi nominatus ſit filius. n.28. an ſi habeat famam viciniæ. n. 29. an obſtet quod emancipatus ſit vel legitimatus n.31.

Pauper ex teſtamento fratris vel ſororis bona petens ab adverſario expenſas obtinet ad litem. c.6 num.39.

Pauper quando contendit bona eſſe communia, & præſumptionem habet pro ſe, obtinet expenſas ad litem ab adverſario. c.6.n.40.

Pauper cujus bona vel fructus ſequeſtrantur obtinet expenſas ad litem ex iis.c.6.n.66,

Pauper ab adverſario obtinens expenſas an teneatur cavere de reſtituendis iis in caſum ſuccumbentiæ. Govarruvias affirmat. c. 6. n. 67.alii negant.n.68.reſpondetur contrariis.n.69.

Pauperes an ſint advocatis an idoraliter obligati c 10.n.57.

Peccatum eſt dare pauperibus cibaria nimis delicata.c.3.ſ.2.n.121.

Pedelli olim habuerunt ſportulas ſecundum quantitatem in libello expreſſam, hodie habito reſpectu ad milliaria c.3.ſ.1.n 65.66.

Pedelli quomodo mercedem conſequantur. cap. 3. ſ.3.n.14.

Pedelli ſi falſo aſſerant ſe mandatum intimaſſe, aut ſi minus rectè intimaverunt tenentur ad intereſſe.c.12.n.51.

Pedelli an hodierno tempore teneantur in quadruplum ejus, quod ultra taxam partibus extorquent, negat Faber. c. 12. n. 52. affirmant alii.n. 53. diſtinctio Zaſii.n.54.

Petitionis ſummariæ copiam accipit reus ſumptibus ſuis.c.4.n.9.

Petitorio ſuſpenſo qui ad poſſeſſorium recurrit, an ſit condemnandus in expenſas. c.8.ſ.4.n.13.

Pinellus intendit impugnare communes ſententias, c.3.ſ.2.n.26.

Plus re vel tempore qui petit condemnatur in expenſis.c.8.ſ.4.n.8.

Pœna talionis olim conſtituta in deſuetudinem abiit.c.8.n.10.

Pæna calumnioſè litigantis fuit quondam decima pars ejus quod libello continebatur. c. 8. n. 11. fuit etiam duplum damni dati.n.12.
Pæna calumnioſè litigantis eſt condemnatio expenſarum.c.8.n.15.
Pontifex non intendit alicui præjudicare per ſuum reſcriptum.c.3.ſ.1.n 45.
Populus Romanus quando pecuniâ ſignatâ primum uſus fuerit.c.2.n.15.
Poſſeſſor majoratus an repetat expenſas litis à ſucceſſore.c.11.n.18.
Præſcriptio an locum habeat in expenſis & ſalariis? c.13.n.53.
Præſumptio, quæ eſt pro judice, quomodo intelligatur c.9.ſ.3 n.21.
De Principali prius agendum eſt quam de ſucceſſorio.c.3,n.5.
Privilegium per non uſum non amittitur, ſi non occurrat occaſio utendi.c.3.ſ.2.n.56.
Privilegium nobilitatis non debet operari in præjudicium tertii alium effectum, quam ad quem datum eſt.c.4.n.30.
Privilegium perſonale perſonam non egreditur.c.5. n.8.datur ſalvo jure tertii.n.9.
Privilegium litis ordinationem concernens conceſſum uni, an proſit alteri.c.5.n.14.
Privilegium non ſolvendi ſportulas non prodeſt aliis, qui eodem judicio condemnati ſunt c. 5.n.15.
Privilegium immunitatis pauperum non extenditur ad conſortes litis.c.5.n.47.
Privilegio eodem gaudent conſortes litis quo ad forum fundandum.c.5.n.48.

Privilegium immunitatis ab expenſis porrigitur ad Eccleſias opibus carentes. c. 5. n. 55.

Privilegium victoris ad expenſas non obligati, extenditur ad victum, ut in eas condemnari non debeat. c. 9. ſ. 2. n. 18. quomodo hoc intelligendum num. 20.

Probatio perfecta extinguit imperfectam. cap. 9. ſect. 4. n. 1.

Probatio ſemiplena an excuſet à condemnatione expenſarum, c. 9. ſ. 4. n. 2.

Procurator quis. c. 3. ſ. 2. n. 86. procurator reipublicæ, Univerſitatis, n. 87. privatorum. 88.

Procurator ad lites exigit ſalarium. c. 3 ſ. 2. n. 91.

Procurator repetit expenſas in litem factas quamvis ſuccumbat. c. 3. ſ. 2. n. 94.

Procurator repetit etiam uſuras expenſarum quamvis mora non intercedat, c. 3. ſ. 2. n. 96. tanquam intereſſe lucri ceſſantis. n. 97.

Procurator ſi cauſam propriam habeat, an in cauſa aliena quam ſimul agit exigat expenſas itineris, & quid in damnis fortuitis. c. 9. ſ. 2. n. 98.

Procuratori debetur ſalarium finitâ cauſa. cap. 3. ſect. 3. num. 30.

Procurator an pendente lite ſalarium exigere poſſit. c. 3. ſ. 3. n. 31.

Procuratori quando debeatur ſalarium annuum. c. 3. ſ. 3. n. 32.

Procurator ſalarium non habet propter doctrinam, ſed propter ſolum laborem. c. 3. ſ. 3. 33.

Procurator licet doctus & in praxi expertus ſit, non gaudet privilegiis Doctoribus conceſſis. c. 3. ſ. 3. n. 34.

Procuratoribus Curiæ Romanæ & Cameræ Imperialis debetur annuum ſalarium initio anni, & tranſmittunt ad hæredes.c.3.ſ.3.n.35.

Procurator quâ actione ſalarium exigat ſi res certa promiſſa ſit.c.3.ſ.3.n. 36. quando incertum quid promiſſum eſt.num. 37. ſi nihil promiſſum ſit. num.38.

Procurator cui nihil promiſſum eſt non agit ex locato,implorat tamen judicis officium.c. 3.ſ.3.n.39.

Procurator videtur velle gratis ſervire propter conjunctionem.c.3.ſ.3.n.40.propter accepta beneficia.n.41.propter magnam amicitiam.n.43.

Procurator principalem ſuum ad judicium ſiſtere, & ei denunciare debet ſuis non adverſarii expenſis.c.4.n.32.

Procurator fiſcalis non tenetur contra ſe agere in cauſa fiſcali.c.6.n.4.

Procurator non exhibens mandatum præfixo tempore condemnatur in expenſis retardationis.c.8. ſ.3.n.14.& c.8.ſ.5.n.9.

Procuratorum tergiverſationes coërcendæ ſunt.c.8. ſ.5.n.10.

Procurator falſus ſine mandato litigans tenetur adverſario ad intereſſe.c. 12.num. 68.& contra eum facienda eſt executio judicati. n. 69. limitatur.n.70.

Procurator immiſcens ſe advocaturæ, ſi cauſam confundit tenetur ad intereſſe.c.12.n.71.

Procurator qui cauſam obtinuit prefertur aliis creditoribus in pecunia adjudicata pro ſalario. c. 13. num.23.

Pro-

Procuratores Camerales habent jus retentionis actorum & documentorum pro ſalario.c. 13.n.27.
Proverbium ob Parni Schaphulam.c 1.n.26.
Prudentia eſt perdere quandoque de proprio quam litigare.c.1.n.27.

Q.

Qualitas Religioſi vel vitæ honeſtæ non facit, ut recedatur à regulis juris communis.cap.9.ſect.3. num.8.
Quantitas expenſarum determinatur ſecundum ſtylum curiæ.c.4.n.58.

R.

Rationes decidendi non ſunt proferendę in ſententia.c.9.ſ.3.n.87.
Redintegrationem petens inſtantiæ ſuâ culpâ peremptæ condemnatur in expenſas. c. 8.ſ.3.n.21. ſi verò adverſarii culpâ perempta eſt, recuperat ab eo expenſas.n.20.
Regula tam firma non datur, quę non habeat ſuas exceptiones.c.9.n 1.
Rejicitur ſententia Zacchiæ circa privilegium pauperum.c.5.n.52.
Remunerationes debent eſſe fertiles. c.3. ſ.3.n.43.
Renuncians liti in expenſas condemnatur. c. 8. ſ. 4. num. 10.
Renuncians appellationi non approbat ſententiam. c.12.n.32.
Reo comparente in termino abeunte tamen ſine licentia, & actore comparente die altera, quid juris ſit circa expenſas contumaciales. cap. 8. ſ. 2. num.28.

Re-

Reſcriptum cum illa clauſula,omni exceptione remotâ, intelligitur de exceptione frivola non de rationabili.c.9.ſ.3.n.69.

Reſtitutionem petens adverſus ſententiam ex cauſis non legitimis,in expenſas condemnatur.cap.8. ſect.4.n.35.

Retardans proceſſum condemnatur in expenſas, nec auditur ante refuſionem. c.8.ſ.3.n.1.condemnatur etiam ante litem conteſtatam.n.2.diſtinguit Gloſſa.n.4.

Retardans proceſſum ſtatim condemnari debet in expenſas, nec differri ad finem litis,licet tunc etiam fieri poſſit.c.8.ſ.3.n.25.

Retentio an detur omnibus, qui litis expenſas fecerunt in rem alienam quam poſſident. cap.13. num.28.

in Reviſorio ob ſummam ad Cameram non appellabilem fit tranſmiſſio expenſis utriuſque partis. c.4.n.38.diſtinctio inter reviſionem Cameralem & hanc.n.39.

Reus comparens in primo & ſecundo termino citationis in tres terminos diſtinctę emanente actore, & emanens in tertio comparente actore,quid juris,c.8.ſ.2.n.19.alii dicunt reum contumacem, n. 20. alii actorem.n. 21.reſolvuntur argumenta contraria n. 24.

Reus accepto libello , ſi ſtatim ſolvere paratus ſit, non condemnatur in expenſas.c.8.ſ.4.n.11.limita,niſi tempus ſolutioni præfixum fuiſſet;declaratur limitatio.n.12.

in RotaRoma.taxatur ſalarium habito reſpectu ad laborem & tempus quo lis duravit.c.3.ſ.2.n.14.

S.

Salarium quod advocato datur â lege determinatum eſt ad.100.aureos.c.3.ſ.2.n.7.
Salarium advocati non eſt ad 100. aureos arctandum in cauſa gravi & intricata,maximè ſi plures quæſtiones & inſtantię incidant.c.3.ſ.2.n.12.13.
Salarium advocati excedere poteſt 10. aureos in cauſa Epiſcoporum,Abbatum,de ſtatu eorum,in cauſis principum, aut ſi devita hominis agitur.c. 3.ſ. 2.n.14.15.16.17.Pinelli ſententia refertur & refutatur.uſque ad n.24.
Salarium duplex habet qui duorum vice fungitur.c. 3.ſ.2.n.54.
Salaria & expenſæ ante calculum ſententiæ exigi debent.c.3.ſ.3.n.1.
Salarium curatoris bonorum habet privilegium prę-ferentiæ. c. 13. n.14.etiam advocati bonorum.n. 15.licet ab hærede cum beneficio inventarii adeunte conductus eſſet,n.16.
Salarium advocati vel procuratoris à debitore reſtans an in concurſu habeat præferentiam, alii affirmant.c.13.n.17. alii negant.n 21.declaratur. num.22.
Salarium advocati æquiparatur doti.c.13.n.20.
Salaria & ſportulæ judicum annumerantur bonis quaſi caſtrenſibus.c.13.n.32.quid de ſalariis arbitrorum.n.33.
Salaria Aſſeſſorum ſunt bona quaſi caſtrenſia. c. 13. n. 34. etiam ſalaria notarii judicii. n. 35.non verò notarii ſimplicis.n.36.
Salaria advocatorum ſunt bona quaſi caſtrenſia. c. 13.n.37.

Sala-

Salaria procuratorum & pedellorum bonis quaſi caſtrenſibûs non poſſunt annumerari, cap.13. n.38. excipe ſalaria procuratorum Rotæ Romanæ & Camerę Imperialis.n.39.

Salarium proveniens ex officio, quod pater filio procuravit,an imputetur in legitimam, diſtinguitur. c. 13. n.40. alia diſtinctio an emolumenta officii proveniant per ſe, an verò pro labore. num.41.

Salarium judicis, Aſſeſſoris, notarii Advocati, an veniat communicandum in ſocietate omnium bonorum, affirmant alii. c. 13.n.42.alii negant n.43. reſolvuntur contraria. num,44. declaratur. num.45.

Salarium judicis vel advocati an pertineat ad lucra nuptialia.c.13.n.46.

Sententia expenſarum an ſit definitiva vel interlocutoria c.8.ſ.4.n.61.

Sequeſter an ſalarium exigere poſſit, rejicitur diſtinctio.c.3.ſ.2.n.107.

Sequeſter fructuum habet ſalarium.c.3.ſ.2.n.108.

Solitus quis dicatur.c.9.ſ.3.n 59.

Socius expenſas in lite factas repetit à ſocio.c.11.n.3. declaratur, ubi etiam de altera ex ſororibus expugnante teſtamentum matris.n.4.

Sportulæ quid ſint,& unde dicantur. c 2.n.25.26.

Sportulas & jura judiciorum partes ſolvere tenētur, quamvis ante publicationem inter ſe quæſtionem componant, declaratur.c. 3 ſ.1.n.67.68.69.

Ex Statutis & moribus omnium fere locorum hodie judices exigunt ſportulas.c.3.ſ.1.n.13.

Statutum ſub certa pœna mandans judici quid facere in commodum privatum, intelligitur ſi fuerit petitum.c.8.ſ.4.n.38.
Stipendium laboris rationem muneris non habet, c. 3.ſ.1.n.47.
Stylus curiæ jus facit maxime circa ſportulas. c. 5. num.17.
Submiſſionem ſine cauſa reſcindi petens condemnatur in expenſas, vel qui reſtitutionem obtinet adverſus lapſum termini.c.8.ſ.3.n.19.
Superiores curię majores expoſcunt expenſas.c.4. num.59.

T.

Taxatio expenſarum an fieri poſſi [illegible]pellatione pendente.c.10.n.71.
Teſtes alimenta & ſumptus itineris h[illegible]nt. c.3.ſ.2. n.114. tam adeundo quam redeun[illegible] & morando in loco teſtimonii dicendi. n.115. quantitas ſumptuum taxatur arbitrio judicis. n.116. Nobili, perſonæ honoratiori, ſeni, infirmo, vel ad eundum inepto dantur ſumptus vecturę equorum, etiamſi propriis equis uſi fuerint. numer. 117. 118. mulieri prægnanti debetur vectura, ſi abſque periculo accedere non poſſit.num. 119.
Teſtis ruſticus & robuſtus pedes adire debet. c.3.ſ. 2.num.120.
Teſti de longinquis evocato in via ægrotanti debentur ſumptus erogati in infirmitate. cap. 3. ſect.2.n.123.

Teſti non defalcatur id quod domi conſumpſiſſet. c. 3. ſ. 2. n. 124. reſpondetur argumentis contrariis. n. 125.

Teſtis non exigit ſalarium pro tempore inſumpto. c. 3. ſ. 2. n. 126.

Teſtis dicit teſtimonium gratis. c. 3. ſ. 2. n. 127.

Teſtis qui ex operis diurnis ſe & familiam alit, diurnam mercedem ceſſantem repetit. cap. 3. ſect. 2. numer. 128. reſpondetur ad contraria. num. 130.

Teſti non debet eſſe damnoſum ſuum teſtimonium c. 3. ſ. 2. n. 129.

Teſtis qui habet laborem, quem ſufferre non ſpectat ad teſtis officium, pro eo mercedem exigit. c. 3. ſ. 2. n. 131.

Teſtis ſi à producente accepit ſumptus pro decem diebus, & per ſex niſi abeſt, reſiduum reſtituit. c. 3. ſ. 2. n. 132.

Teſtis ſi non abſumpſit quod ſibi datum eſt, ut qui ab amicis fuit invitatus, ſi ita datum eſt ut habeat ſimpliciter provictu, retinet, ſi verò ita, ut ad rationes ferat totum reſtituit. cap. 3. ſect. 2. num. 133.

Teſti qualiter damnum in itinere paſſum refici debeat à producente, ſub diſtinctione. c. 3. ſ. 2. num. 134.

Teſti alimenta & ſumptus itineris pręſtantur antequam domo exeat. c. 3. ſ. 3. n. 44.

Teſtis an teneatur comparere antequam ſumptus exhibeantur. c. 3. ſ. 3. n. 45.

Teſtes

Teſtes producens ſumptus exhibere debet. cap. 4. num. 15.
Teſti pro una parte deponenti non creditur ſi pro altera parte reſpondere nolit. c. 4. n. 16.
Teſtes ſi ab utraque parte producantur, æqualibus ſumptibus examinantur. c. 4. n. 17.
Teſtis falſum deponens aut ſe ſubtrahens tenetur parti ad intereſſe. c. 12. n. 72. recipiens pecuniam ut veritatem deponat, tenetur eam reſtituere. n. 73. niſi data eſſet ut veritatem pro producente deponat. n. 74.
Teſtimonium paupertatis dare poteſt parochus loci adhibitis vicinis. c. 5. n. 45. poteſt etiam juramento quandoque ſuppleri. n. 46.
Tibi quod non vis fieri alteri ne feceris. c. 8. n. 19.
Titulo poſſidens conventus petitione hęreditatis differens edicere titulum condemnatur victo in expenſis. c. 9. ſ. 2. n. 8.
Tranſactio cauſæ victoriam ſapit. c. 3. ſ. 2. n. 58.
Tutores advocatis ſalarium conſtituere poſſunt. c. 3. ſ. 2. n. 49.
Tutores remuneratoriè donare poſſunt. cap. 3. ſ. 2. num. 50.
Tutor ſi cauſas pupilli patrocinando defendit, ſalarium advocaturæ recipit. c. 3. ſ. 2. n. 58.
Tutor vel adminiſtrator litem malitiosè inſtituens in expenſas condemnandus eſt. c. 8. ſ. 5. n. 11. ſecus ſi malitia abeſſet. n. 12.
Tutor ſumptus litis repetit à pupillo. c. 11. n. 5. declaratur. n. 6.

V.

Varia genera calumnioſè litigantium.c.8.n.
Vaſallus duorum antiquiori domino in perſona aſſiſtit,& poſteriori ſervit per ſubſtitutum.c.5.n.2 num.84.
Vaſallus inops contra dominum de feudo litigans obtinet expenſas ad litem.c.6.n.44.
Vaſallus an teneatur domino pauperi prębere alimenta ſub pœna privationis, alii affirmant. c. 7. n.28. alii negant,n.29. declaratur, n.32.
Vaſallus non tenetur ſubminiſtrare domino expenſas litis intentatæ ab alio, c. 7. n. 31. declaratur.n.32 33.
Venditor debet ſubminiſtrare expenſas emptori ad litem evictionis, quando illæ ſpeciatim promiſſæ ſunt.c.7.n.14.
Venditor tenetur emptori ad duo, de evictione, & ad litem defendendam.c.7.n.15.
Venditor an teneatur emptori expenſas ſubminiſtrare ad litem evictionis, quando nihil de eo actum eſt,negant alii,c.7. n.16.plures affirmant. n.19.limitatur, n.23. 25.
Venditor tenetur emptori ad habere licere cum effectu, & ſine interpellatione.c.7.n.20.
Venditor an præciſè cogi poſſit ad rem defendendam.c.7.num.21.
Veniens in termino ultimo dilationis tenetur reficere expenſas aliarum dilationum.c.8.ſ.2.n.14
Veterum in rationibus ſolvendi modus. cap. 2. numer.14.
Victoria æqualis facit locum compenſationi expenſa-

ſarum, c.9.ſ.1.n.15. quid ſi victoria ſit in partibus diſparibus, declaratur Carpzovius. n.16.
Victoria exiſtente æquali ſi judex dicat, victus victori &c. neuter condemnatus cenſetur. c.9.ſ.1. num. 17.
Victus in interlocutoria condemnatur in expenſas, quando procedat. c.8 ſ.3.n.16.
Victus victori in expenſis condemnandus eſt, c.8. ſ. 4. num. 1.
Victus in omni cauſa tam temporali quam ſpirituali, maximè civili condemnatur in expenſas. c. 8. ſ.4. n. 14.
Victus in cauſa criminali an in expenſas condemnetur, alii hoc ſtatuunt, c. 8. ſ. 4. n. 15. alii negant, num.16. diſtinguitur in reo inter pœnam, an ſit corporis afflictiva nec ne, n.17. in actore retinetur affirmativa. n.18. reſpondetur contrariis. n.19
Victus in expenſas condemnatur etiam in cauſa appellationis. c.8. ſ.4. n.21.
Victus an advocato victori condemnetur in expenſas advocaturæ. c.9.ſ.2. n.21.
Victus vir vitę honeſtæ an ſit in expenſas condemnandus, negant alii. c.9.ſ.3. num.1. affirmatur, n.3.6. reſpondetur negantibus. n. 9. declaratur. n.11. quænam talis ſit perſona. n. 5.
Victus in duello an ſit in expenſis condemnandus, c. 9. ſ. 4. n. 16.
Victus an citari debeat ad moderationem expenſarum. c.13. n.4.
Victus an poſſit refundere expenſas in pecunia minuta, c.13. n.11.

Vitium ſæpe naturæ eſt non artificis. c.3. ſ.2. n. 74.
Ultima mora nocet.c.8.ſ.2.n.21.
Univerſitatis membrum litigans contra univerſitatem ſeu collegium ſuum,ſi pro expenſis pro univerſitate imponatur collecta, an hic contra ſe contribuere teneatur,negat Baldus. c.6.n.70.affirmant alii, num.71.confirmatur. nu.72. limitatur in eo, qui contendit ſe immunem eſſe à collectis.n. 74.
Univerſitas non amittit jus collectandi per litem ſibi motam.c.6.n.73.
Univerſitatis major pars reclamante parte minori litigans contra eum, qui ſe voluit eximere ab onerib. ſuccubuit cum condemnatione in expenſas, adhuc minor pars debet ad eas contribuere. cap.6.num.75.
Univerſitatis membrum litigans contra eam obtinuit etiam expenſarum condemnationem, an hic ad collectam expenſarum ſibi exſolvendarum contribuere debeat, negant alii ex doctrina Abbatis.c.6.n.76 cæteri rectius affirmant.n.77.confirmatur affirmativa. n.78.
Uſufructuarius repetit à proprietario expenſas in lite factas.c.11.n.8.declaratur.n.9.
Uſuræ debentur ab expenſis moderatis. c. 13. n. 7. quod ſi à moderatione appellatum & ſententia confirmata fuerit, à qua ſententia currant uſuræ, num. 8.
Uſurę propriè dictæ ſunt omni jure prohibitæ. c. 13.n.9.

Uxor

Uxor pauper accuſans matrimonium de invaliditate obtinet expenſas ad litem à marito, cap. 6. n.41.& è converſo maritus ab uxore.n.42.
Uxor propter adulterium amittit dotem & jus thori & menſæ c.6.n.52.
Uxor per adulterium non amittit jus ſuum ſed per ſententiam.c.6.n.59.
Uxor an teneatur ſubminiſtrare marito expenſas pro exigendis nominibus dotis.c.7.n.1.

X.

Xenodochium & xenoparochus quid, cap.3.ſect.1. num. 28.

FINIS.

ANT 1319101

[illegible] by Google

9888

Digitized by Google

Digitized by Google